00083081

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 01 June, 2019

EDDA

SÆMUNDAR HINNS FRÓDA.

83081
ac.

H-C-9

SUMTIBUS
LEGATI MAGNÆANI ET GYLDENDALII.

B 2282

00083081

EDDA SÆMUNDAR HINNS FRODA.

EDDA

RHYTHMICA SEU ANTIQVIOR,

VULGO SÆMUNDINA DICTA.

PARS I.

ODAS MYTHOLOGICAS, A *RESENIO* NON EDITAS, CONTINENS.

EX CODICE BIBLIOTHECÆ REGIÆ HAFNIENSIS PERGAMENO, NEC NON DIVERSIS LEGATI ARNA-MAGNÆANI ET ALIORUM MEMBRANEIS CHARTACEISQVE MELIORIS NOTÆ MANUSCRIPTIS.

CUM INTERPRETATIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIIS, NOTIS, GLOSSARIO VOCUM ET INDICE RERUM.

HAFNIÆ 1787.

SUMTIBUS LEGATI MAGNÆANI ET GYLDENDALII.

AD LECTOREM.

Inter monumenta Antiqvitatum Borealium, qvæ in harum rerum ſatis inſtructa penu Arna-Magnæana, tanto ſtructoris de indigena hâc Arcti noſtræ literatura omne citra dubium optime meriti conamine & impendiis, undecunqve, dum viveret, comparata, etiamnunc viſuntur, ſi non primas jure popoſcerint, priores certe vix ulli conceſſerint EDDÆ. Harum qvidem recentior, qvæ cum mythica ſeptentrionalis hiſtoriæ primordia, tum piſcæ Borealium poëſeos claves & condimenta fabulis numero ſolutis complectitur & exhibet, magnoqve rerum Norvegicarum ſcriptori *Snorrio* tribuitur, *Reſenii* & *Göranſonii* beneficio lucem dudum adſpexit publicam. Hæc etſi decentius aliqvanto in ſcenam produci olim forte potuerit, virorum tamen ſupra laudatorum ſtudioſum ſui animum grata debet agnoſcere, qvorum qvippe manu vindice pluteorum tineis & caligini erepta eruditis palam & liberius innotuit. Altera autem Eddarum eſt rhythmica, priſcarum ſcilicet illa cantilenarum congeries, unde argumenta fabularum mutuatus eſt recentioris iſtius Eddæ concinnator Sturlæſonius, qvi ad hæc carmina, ceu genuinos mythologiæ borealis fontes identidem provocat. Eddam hanc rhythmicam, Sturlæſonio vetuſtiorem, utpote haud paucis non ethnicæ modo, ſed magicæ etiam majorum ſuperſtitionis veſtigiis famoſam, pio Papalis Cleri zelo preſſam, & in angulos abſtruſam, diu latuiſſe qvis miretur; qvin his illa tenebris intermortua haud dubie fuiſſet, niſi Islandorum ſuo tempore literatiſſimus, Dioeceſeos Skalholtinæ Epiſcopus, *Brynjolfus Svenonius*, ejus interitum ſanctiſſimæ noſtræ religionis neutiqvam intereſſe judicaſſet. Nimirum renaſcentibus illud bonis literis debetur, qvod, qvemadmodum ſoli a nebula nihil metuendum, ita ſuæ luci reſtituta veritas, jam dudum ejurata hæc & ſua obſcuritate Sphingis fere ænigmatibus magis inexplicita opinionum & ſuperſtitionis commenta haud ultra reformidet.

Ex ſuis ita latebris priore tandem ſeculo protracta tantum ſqvaloris & ſitus attraxerat, tantumqve ex longa deſvetudine diurnæ lucis odium concepit, ut cum vel damna corporis & formæ reparare ſeni viva, vel delicatulis elegantiarum Troſſulis anus jam tetcrrima placere ludum deſperaverit, ſui hunc pudorem & ævi faſtidium nondum ſatis depoſuiſſe videatur. Verum, cum latere penitus ultra neqviret, poſt incertos de ſe rumores eminus paulatim propiusve conſpecta variis homin m, ut fieri ſolet, ſtudiis excepta fuit. Qvidam inſolente forma territi, a qve ſordes amictus & inamoenæ frontis rugas cohorrentes, diffugiunt iſu exſangves, & Maronianum inclamantes: di talem terris avertite eſtem! Hi, ut ad ſe ſuosqve rediere, Eddam, qvam ne cominus qvidem tueri ſuſtinebant, ut pannoſam, nugivendulam & delirám ruris & infictiarum inſtitricem, prætereaqve nec viſu facilem nec dictu affabilem uli traducunt. Alii paullo propius inſpectam velut annoſiſſimam vatem, retuſtiſſimæ philoſophiæ interpretem, & Odinianis præſtigiis antiqviora dogmata intus foventem venerantur; qvantum igitur illis velut inſipida & frivola ſordebat, tantum ab his admirationis retulit, qvaſi qvæ arcanioris foeta ſapientiæ, qvin et enthea ſæpe nec mortale ſonans, cuiqve magnam ſubinde mentem animumqvé neſcio qvis deus inſpiraverit. Nec deniqve deſunt, qvi reliqvorum hebetudinis pertæſi, re propius inſpecta, animadvertiſſe ſibi videntur, Eddam illam vetuſtiorem, nam de recentioris ætate magis conſtat, perſonatam eſſe larvam, qvæ, qvo tempore religio Chriſtiana in loca hæc borealia beneficos ſpargere coepit radios, ex hoc lucis & umbræ contubernio enata, furtivis antiqvitatis coloribus ſpurios natales occultare ſatagat. Hujus qvæ ſunt antiqviſſima, ſemipaganos eſſe volunt ſeculi a Chriſto nato X^mi & IX^ni foetus & commenta; reliqva autem ortus eſſe longe inferioris, & ad ſeculum uſqve XII^um & XIII^um deprimendi. In hanc ſe ſententiam inductos ajunt ipſis Odarum Eddicarum, qvæ religionis dogmata, ritus & myſteria tangunt, argumentis; horum enim plurima ex religione Chriſtiana aut ſacra Scriptura eſſe depromta, licet figmentis impie turpiterqvé conſpurcata, ac inſulſis involuta fabulis.

In

In tantis autem de Edda ſententiarum divortiis litis dirimendæ partes in nos transſumere adeo non eſt noſtrum, ut nemini ſive contemtum Eddæ, ſive mirabundum illius ſtudium, ſeu tepidum deniqve & ſuſpicax ejusdem tædium, noſtris laudibus aut vituperiis nec auctum eamus, nec ademtum; qvin liberrimum potius de eadem ſentiendi arbitrium cuivis integrum cupimus. In adornanda vero horum carminum editione illud ſaltem conſilium vōtumqve, præter officium, qvō talia typis vulgare jubemur; nobis fuit, ut cordatius de iſthoc non incelebri Antiqvitatis arctoæ monumento æſtimare Lectores poſſent, ipſisqve ad hoc facilior tutiorqve, qvam hactenus patuit, via ſterneretur.

Haud eqvidem diſſimulandum, multos ante nos ſoſpitalem & amicam Eddæ Rhythmicæ, in diem iterum emergenti, porrexiſſe manum; qvis enim neſcit *Reſenii*, *Gōrauſonii*, *Malletii*, *Schimmelmanni*, *Sandvigii*, *Thorkelini* &c. merita, qvi aliqvot horum carminum in lingvam Latinam, Danicam, Svecicam, Gallicam, Germanicam ſuo qvisqve ſucceſſu transtulerunt: qvis *Wormii*, *Stephanii*, *Bartholini*, *Mölleri*, *Rudbechii*, *Beronii*, *Keysleri* & aliorum in Eddam ſtudia reticeat, qvi vel ſingulária ejusdem loca occaſione data explanarunt, vel honorifica illius mentione orbi eam literato commendarunt? Qvæ cum ita ſint, induci tamen non poſſumus, ut operam in his carminibus explicandis & publicæ luci exponendis noſtris auſpiciis collocatam, inutilem aut ſupervaneam eſſe credamus. Qvicqvid enim beneficii modò laudatorum virorum, induſtria Eddæ noſtræ hactenus præſtitit, ad exiguam tantum corporis Eddici partem pertinet, cujus paucula membra ac membrorum disjectæ minutæqve particulæ, nec eodem, ſed centum locis fruſtatim qværendæ, typorum ope juris facta ſunt publici; reliqva autem, qvibus injuria temporis pepercit, affecta & ambeſa per forulos, blattis brevi, ni ſubveniatur, futura pabulo, etiamnunc deliteſcunt. Codices enim Eddæ Rhythmicæ membranei, & qvibus ob ætatem aliqva fides & auctoritas, pauciſſimi jam ſuperſunt; chartacea vero, qvæ circumferuntur, exemplaria, ab ignota plerumqve ac indocta manu profecta, unum alterum

ſe

ſe vitioſius progignit, & qvo longius a fonte deſcendunt, eo ſunt mendorum, qvæ ignorantia librarii aut incuria, pariter utraqve laſciviens fudit, uſqve dum omnem deniqve medicinam reſpuant, magis magisqve referta; cum tamen in his carminibus loca paſſim occurrant, qvorum ob argumentum mythicum & per ſe obſcurum, ob verborum & dictionis obſoletam vetuſtatem, ritusqve dudum antiqvatos, ea eſt difficultas, qvæ, ſi vel primæva & genuina contextus caſtitas haberetur, Islandorum hac in palæſtra exercitatiſſimis ſat negotii faceſſit, laboremqve creat vix ſuperabilem; nedum ubi in ipſas lectionis corruptelas, omni ſenſu caſſas, commentari miſere coguntur. Haud igitur miramur, ſi tot inter ſalebras nonnunqvam ceſpitaverint, mentemqve auctoris minus ſubinde feliciter fuerint aſſecuti viri cætera doctiſſimi, qvi Eddicis his carminibus in alias lingvas convertendis operam dederunt, utpote qvi nec priſci Borealium idiomatis mythico-poëtici ſatis gnari, nec tanta codicum, qvanta nobis eſt, copia aut bonitate inſtructi eſſe poterant; qvod tamen citra omne vituperium & calumniam dictum eſſe nos volumus, qvos, ſi qvando in hæc opaca locorum exſpatiari libuit, aliorum oculis videre non piget, unde reduces qvandoqve didicimus, hos ipſos viæ duces & monſtratores, nobis licet multo oculatiores, a ſua tamen arte deluſos atqve deſtitutos interdum cæcutire.

Verum indignabundas qvorundam voces audire nobis videmur, ſuum jam apage nobis occinentium. His nimirum totum hoc Eddicum ſtudium, qvippe qvod laboris & incertitudinis plurimum, utilitatis vero parum aut nihil habeat, haudqvaqvam eſſe tanti videtur, ut in eo erudita ſudet induſtria, bonis & proficuis rebus ſapientius impendenda; nauci has & plusqvam ſemibarbaras ſuis auctoribus gerras, ſuam araneis telam relinqvi debere illi clamitant. Horum nos hominum faſtidia expugnare non valde laboramus: nec vero omnibus aut invitis hoc mythologiæ borealis ſtudium obtrudendum ipſi putamus. Siqvi autem fuerint, qvi de hac Antiqvitatum borearum parte paulo aliter ac illi judicaverint, qvidni his etiam ſua ſeqvi placita, aliorum, qvibus iſta ſordent, pace licuerit?

cuerit? Nempe nugatur & ſcurratur omnis mythologia; nil mirum igitur, ſi idem borealis faciat. Divinis Græcorum & Romanorum fabulis, qvibus tantopere delectamur, qvid inſulſius aut magis crudum cogitari dicive potuit! Neqvid de eo dicamus, qvod mythologiæ Græcanicæ origo tota fere ſit exotica; multa Phoenicibus & Ægyptiis, nec pauca Thracibus Scythisqve & aliis debentur; qvam tamen numinum & myſteriorum peregrinitatem Græcia ſenſim literatior figmenta figmentis contemerando callidius occultare ſtuduit. Et hæc tamen inſipida ſatis & agreſtis commentorum farrago lectu nobis nec injucunda nec inutilis habetur; habetur, inqvam, nec id prorſus temere: tam arctis enim hæ fabulæ cum ipſa Gentilium religione, cum religione ritus, cum ritibus leges, nexibus cohærent, ut horum unum ſine altero rite cognoſci neqveat. Antiqviores porro gentium de rebus theologicis, hiſtoricis, phyſicis, ethicis & politicis opiniones ſub ejusmodi fabularum involucris reconditas latere, res eſt inter eruditos fere confeſſa. Nemo itaqve, niſi rerum imperitus, inficiabitur, harum fabularum notitiam non utilem modo, verum neceſſariam qvoqve iis eſſe omnibus, qvi veterum nationum poëtas, hiſtoriam & leges intelligere cupiunt. Hæc vero omnia qvidni de priſca Borealium mythologia eodem, qvo de cæteris dicuntur, jure valeant, haud ſatis nos videmus.

Multorum eqvidem corrugant nares, aures vulnerant infrunitæ Eddicarum fabularum hyperbolæ, & digna bardis ruſticitas, qvas nec ad exqviſitæ & lepidius juvenantis, qvæ Romanenſes ævi recentioris fabulas commendat, urbanitatis guſtum compoſitas aut caſtigatas contendimus. Qvaſi vero mythicæ Græcorum deliciæ tenuem grajæ ſpiritum camoenæ, harumve auctores inter fingendum Logicam aut Æſtheticam probabilitatem in conſilium ſemper adhibuerint. Aut valde nos fallimur, aut arctoæ mythologiæ cum græcanica antiqviore aliqvanto curatius, qvam hactenus factum, inſtituta comparatio, qvemcunqve ſcholæ, qvod ajunt, idolis non occæcatum docebunt, ovum ovo ſimile; nec illius, qvam hujus pigmenta magis eſſe pingvia, aut filo craſſiore deducta. Qvin etiam hy-

perbolicum & rude illud de rebus divinis & naturalibus fingendi genus, ultimam vetuſtatem coarguere & Aſiaticam ſapere originem haud temere forſitan ſtatuerit, qvi paullo ultra ſolitos mythicæ doctrinæ terminos egreſſus, priſcarum nationum mythologias, Græca & Romana antiqviores inſpexerit. Plebi ſcilicet illa agreſti, & munditiarum, qvas mollior literarum guſtus ſenſim intulit, ignaræ ad palatum olim fuere, qvæ nos ſaturnium virus & herbis ſardois amariora vocamus. Eddica hæcce fabularum monſtra ac miracula vulgus qvamvis amaret olim, & pro veris forſitan haberet, cordatiores tamen Borealium, vel ipſo ethnicismo vigente, religioſis ejusmodi traditionibus haud plus tribuiſſe fidei teſtis eſt hiſtoria, qvam mythologiæ patriæ præco & interpres Ovidius credidit

Ora Meduſæ
Gorgonis angvineis cincta fuiſſe comis:
Eſſe canes utero ſub virginis: eſſe chimæram,
A truce qvæ flammis ſeparet angve leam:
Qvadrupedesqve hominum cum pectore pectora junctos:
Tergeminumqve virum, tergeminumqve canem:
Sphingaqve & Harpyias, ſerpentipedesqve Gigantes:
Centimanumqve Gygen, ſemibovemqve virum.

Cæterum boreales illæ fictionum qvisqviliæ, ſi ab extima facie duntaxat æſtimentur, ſatis horridæ, qvamvis nobis, ſereniore religionis & ſcientiarum luce fruentibus, ad morum & ingenii culturam parum facere nec immerito videantur, earum tamen notitiam haud prorſus ſterilem aut bonæ frugis expertem illi ſaltem judicabunt, qvos priſca noſſe tempora temporumqve opiniones, noſſe, inqvam, veterem patriæ & Sacris Chriſtianis anteriorem conditionem & fata, aut jubet officium, aut ſua cogit voluptas. Præſtat autem cultoribus, ut omnis, ita vetus Borealium mythologia uſum univerſe triplicem, *poëticum*, nempe, *hiſtoricum* & *philoſophicum*.

Siqvidem tantus poëſeos in Septentrione noſtro honos qvondam fuit & pretium, ut liberalium, qvæ animum formant atqve erudiunt, ſi a juris-

jurisprudentia patria diſceſſeris, artium, hæc ſola digna cenſeretur, cujus diſciplinæ & exercitiis ab ungve tenero bene nati adſveſcerent; qvoniam porro omnium fere nationum priſcæ præſertim poëſis & mythologia fororio ſunt connexæ vinculo, eximiæ hujus artis amatoribus doctrina mythica opus fuiſſe, nec niſi illius myſteriis initiatos ad ſacratiora arctoi Phoebi penetralia aditum habuiſſe, omnibus eſt perſpicuum. Ex iſto artis appollineæ ſtudio illud qvoqve majorum juventus lucrabatur, ut cum poëticis præceptis religionis ſtatim dogmata, patriique ſermonis ubertatem & veneres ſimul addiſcerent. Hac certe mythologiæ borealis utilitate motus Sturlæſonius, poëſeos æqve ac hiſtoriæ patriæ conſultiſſimus, de his artis adminiculis ab interitu vindicandis cogitare coepit. Videbat qvippe vir perſpicax & prudens brevi futurum, ut carmina mythica, ab ethnicis temporibus etiam tunc reliqva, vel interciderent, vel ob archaicam dictionem plerisqve, maxime tyronibus obſcura redderentur; qvamobrem, qvæ illis carminibus continebatur, materiem in fabulas ſtylo facili & plano conſcriptas digeſſit, poſterisqve reliqvit; his etiam qvoddam qvaſi mythicum cornu copiæ, phraſeologiæ poëticæ ærarium (*Eddo-kenningar*) & regulas proſodicas vel ipſe Snorrius, vel poſt eum alii adjecerunt, ut haberent, unde ſua velut aganippeis lymphis arva rigarent juniores poëtæ. Nec vota fefellit eventus; mythologicus enim iſte apparatus Islandorum poëtis, qvi rhythmos hiſtoricos hodieqve conficiunt, mire inſervit, qvod illis non magis fraudi eſſe debet, qvam muſæ latialis amatoribus mythologiæ Græco-Romanæ uſus. Hæc qvidem fere omnia etſi cum priſca Septentrionis dialecto Danis, Norvegis & Svecis dudum jam exoleverint, ſunt tamen recentiorum poëtarum nonnulli, qvi Eddicis hiſce guſtus irritamentis ſuas ſubinde dapes condire geſtiunt: nec dum omnia hæc ex qvotidiano ſermone prorſus exularunt; qvemadmodum enim *Hel*, *Æger*, *Gimle*, *Naſtrand*, muſis rediviva non diſplicent, ita aliqvot etiam, præter nomina locis, hominibus, diebus propria, ex. gr. *Ælle-Koner*, *Helſot*, *Hylle-Mænd*, *Mare Lok*, *Torden*, *Vætte-Lys*, & aliæ mythicæ originis voces in ore vulgi adhuc ſuperſunt.

Uſus mythologiæ borealis hiſtoricus, ut eo jam progrediamur, qvo ad omne ævum certius deſcendit & diffunditur, eo omnibus una evidentior magisqve luculentus patebit. Saxonem Danicæ & Snorrium Norvegicæ hiſtoriæ parentes ſi audiamus, omnem Septentrionis patrii notitiam, qvæ ſuam memoriam, vel Chriſtianæ ſaltem religionis his in locis exſplendeſcentis initia, comitesqve literas, (non *runicas* dico; qvas libris unqvam conſcribendis adhibitas merito dubitatur), anteverteret, priſcorum vatum, qvæ fida majorum memoria ad poſteros utiliter transmiſit, carminibus fere deberi, ambo confitentur. Hæc vero veterum monumenta poëtica mythicis plena locutionibus fuiſſe, cum ex latina paſſim Saxonis verſione colligi, tum ex ipſis poëmatum fragmentis, qvæ ſuæ hiſtoriæ ad faciendam narratis fidem Snorrius intexuit, conſpici poteſt. In tantillis hiſce carminum laciniis intercurrunt loca, qvorum ſenſus mythologicis verborum griphis adeo eſt abstruſus & inextricabilis, ut illi ſatis enucleando univerſa, qvæ ſupereſt, Eddarum ſupellex hermeneutica vix ac ne vix qvidem ſufficiat. Qvodſi igitur hi viri, qvos hiſtoriæ borealis antiqvæ lumina non immerito dixeris, mythologicæ artis imperiti ſuos, qvos ſeqvebantur, auctores poëtas, intelligere neqviviſſent, vel fide & auctoritate carentia poſteris tradere, vel ſemihiulca atqve demutilata narrationum fruſta relinqvere fuiſſent coacti. Imo nobis ipſis, ſi Eddis careremus, eſſetqve nemo, qvi poëtas veteres interpretari poſſet, horum tam crebra allegantes teſtimonia Snorrius & reliqvi antiqviores, qvos magno numero habemus, rerum ſeptentrionalium ſcriptores, ſurdis narrarent fabulam. Et ne ipſos qvidem hiſtoricos veteres utiliter & jucunde legere nobis liceret, apud qvos freqventer obvias habemus loqvendi formulas, ritus & ſacra gentilium tangentes, qvæ a paganis profectæ temporibus, absqve penitiore antiqvitatum ethnicarum & mythologiæ cognitione nec perſpici nec explicari poſſunt. Ad hiſtoricum mythologiæ arctoæ momentum, qvantum noſtri eſt inſtituti, uberius demonſtrandum accedit etiam illud, qvod mythica Eddarum materies, ſive rhythmicæ noſtræ carmina, horumqve prologos veteres, ſive, qvæ illius

eſt

eſt ectypa, Snorrianæ fabulas ſpectaveris, bona ſui parte res hiſtoricas aut genealogicas, aliunde vel notas vel ignotas pertractet. Qvotqvot enim ſunt, vel pleriqve ſaltem mythici heroes, qvid? qvod ipſi etiam Odiniani Senatus Dii Conſentes, poſtqvam in hoc adſpectabili mundo perſonam bene vel ſecus egerunt, theatro vitæ mortalis excedentes, qvod aliárum qvoqve gentium mythologiis ſolenne, in utopicum hoc fabularum inane commigrarunt, illudqve, olim ſuperſtitionis ſpectra, nunc fictionum larvæ pervolitant. Qvemadmodum igitur a mythologia gentium hiſtoricis rebus haud parum lucis affundi & foenerari viri docti dudum obſervarunt, ita Eddarum hæc commenta, qvoad ejus fieri potuit, qvantumqve fidei & probabilitatis hiſtoricæ patitur amuſſis, ſuis ſingula temporibus locisqve reſtituit SUHMIUS, qvi Hiſtoriæ Danicæ telam ab integro exorſus, qvoscunqve illius fontes perqviſivit, nec primoribus tantum deguſtavit labris. Nec aliter de Eddis ſenſit *Th. Thorfæus*, cujus in hiſtoriam ſeptentrionalem merita eruditis dudum innotuerunt. Ille enim *Regum Daniæ Seriem* denovo texturus inter fundamenta hiſtorica primum fabulis, & has inter principem Eddis locum attribuit. Hos de multis duos, hiſtorici Eddarum momenti teſtes idoneos modo nominaſſe hic ſuffecerit.

Numqvid deniqve ſubſidii lucriqve, qvod ſuum facere philoſophum, aut, ſi mavis, hiſtoriæ philoſophicæ ſtudioſum non pigeat, ab Eddica mythologia exſpectari qveat, dicturis porro nobis gradu jam properante per proclivia pergitur. Summa qvædam rerum faſtigia digito monſtraturi, qvæ in Eddicis his carminibus intus latent dogmata omnia plenius & ſpeciatim eruere, examinare, atqve cum mythologicis aliarum gentium placitis collata ad ſuos ortus, qva pote eſt, revocare illis, qvibus plus otii fuerit, relinqvimus. Rem qvidem per ſe haud facilem, & ab horum carminum conſervatoribus aut interpretibus vix ſperandam, tum demum aliqvid ſucceſſus habituram arbitramur, ubi de Thracum myſteriis, de Getarum, aliorumqve Scythiæ olim populorum, nec non priſcarum Aſiæ nationum mythica doctrina qvicqvam certi, & in qvo figere

pedem qveas, vel per domeſtica harum gentium, qvæ ſuperfuerint, monumenta, vel per itineraria docta conſtiterit. Qvæ enim Græci de his rebus tradidere, nimis ſunt jejuna, lisqve fere ſimilia, qvæ de Germanorum & Gallorum antiqvis ſuper rebus divinis ac naturalibus ſententiis a Romanis ſcriptoribus, ad ſuum omnia guſtum & dogma torqventibus, memoriæ ſunt prodita.

Enimvero iſtud, qvicqvid eſt carminum Eddicorum, pro abſoluto paganicæ, qvalis per Septentrionem olim viguit, religionis ſyſtemate, & qvodam veluti libro ſymbolico habendum nulli exiſtimamus, qvippe cum ſciamus multa, qvæ hic deſiderantur, aliunde ſcienda, multa, qvæ hic habentur, diverſiſſimum a religionis docendæ propoſito finem intendere. Ubi enim univerſas Eddæ antiqvioris copias coram luſtraveris, invenies qvædam hujus carmina in argumento mere hiſtorico, genealogico, vel ethico verſari; nonnulla dramaticum ſapiunt, & animi cauſa, ſoloqve oblectandi conſilio ficta videntur, qvibus tamen mythologica nonnunqvam admixta reperiuntur; aliis eum vel unicum, vel principem ſaltem ſcopum fuiſſe ſatis liqvet, ut qvædam veluti ſynonymorum & epithetorum promtuaria poëtis inſervirent; ſunt etiam, qvæ non tam genuinè mythica, qvam mythicorum imitamina haud immerito dixeris; nec deniqve deſunt, qvæ palam Chriſtiana, atqve adeo Odinianæ ſuperſtitionis pura qvidem ſunt, licet antiqvarum de rebus abſtruſioribus opinionum non prorſus expertia. Plenos porro gentilis Borealium theologiæ fontes in Odis Eddicis non eſſe qværendos, hoc minus miramur, qvo certius conſtat, Sæmundinam hanc, aut cuja demum fuerit, carminum collectionem affectam eſſe & ſemiperemtam, cum ne illa qvidem, qvibus tempus utcunqve pepercit, integra, ſed male lacerata ad nos pervenerint. Haud pauca certe mythologiæ borealis monumenta, qvæ carminibus olim incluſa fuiſſe, tam ipſa hæc nobis de illo genere reliqva, qvam genius & conſvetudo ſeculi, cui in rebus mythicis æqve ac hiſtoricis literarum vicem, & unicum fere memoriæ ſubſidium rhythmi præſtitere, condocent, & ante & poſt Snorrium, Eddæ recentioris conditorem intercidiſſe, argumento ſunt, & ipſius Snorrii fabulæ, qvæ multa

per-

perhibent, qvorum principia atqve fundamenta Eddæ rhythmicæ, qvalis ſupereſt, limitibus non continentur, & loca mythologica, vel in Odis Eddicis, vel apud alios poëtas paſſim obvia, qvæ ex Edda Snorriana, nedum antiqviore rhythmica poſſunt explicari. His tamen non obſtantibus, uberem ſatis paganicæ Borealium theoſophiæ & philoſophiæ notitiam Eddica carmina ſuppeditant. Nos eqvidem gentilis majorum theologiæ dogmata, qvæ in Odis Eddæ traduntur, uni tantum provinciæ, aut huic vel illi familiæ modo fuiſſe propria, non autem publicæ, & per occiduum Septentrionem ante hæc octo ſecula dominatæ religioni eſſe congrua, idoneis tale quidpiam ſtatuendi rationibus deſtituti adſeverare nolumus. Exinde enim, qvod ſacrificiorum ordinem, ritus & cærimonias hæ Odæ non deſcribant, eas particulares tantum privatarum perſonarum confeſſiones eſſe, qvis tuto concluſerit? Re ſerio perpenſa, nil niſi catholicam Arcti paganæ fidem præ ſe ferre Edda vetuſtior videtur; non qvod hujus carmina eo ſint conſilio primum compoſita, ut publica qvaſi auctoritate pollentia credendi normam ulli unqvam populo, nedum toti Septentrioni legis inſtar præſcripſerint, cujus opinionis fundamentum nullibi reperietur, cum contra, ut ſupra monuimus, Eddica monumenta partim antiqviſſimæ & a majoribus per manus qvaſi traditæ cognitionis conſervandæ ergo, partim & vel præcipue in poëtarum gratiam, nonnulla etiam voluptatis cauſa ficta ac edita eſſe ſatis liqveat, ſed qvod genuinam, authenticam & publice receptam religionis majorum gentilis theoriam nobis exhibeant. Electos certe, & qvales Romani majorum gentium deos dicere ſolebant, eosdem omnes Eddica carmina deprædicant, qvos Borealibus olim cultos & creditos fuiſſe, tam ſcriptores domeſtici, qvam exterorum de antiqvis Septentrionis numinibus teſtimonia demonſtrant. Et inferioris qvoqve ordinis deos, qvales locorum genii ſive *topica numina*, vulgo *Land-vætter*, *Alfi*, *Dvergi* lucifugæ, *Tiolli*, Borealis olim credidiſſe, horum nomina in ore vulgi hodieqve reliqva teſtantur. De diis contra, qvos publica Borealium ſuperſtitio non agnovit aut venerabatur, qvamvis cæteroqvin ſatis eſſent noti, altum, qvod mireris, in

Eddæ

Eddæ carminibus eſt ſilentium. Nec *Jomalum*, peculiare non Lapponibus modo, ſed aliis etiam Albi maris accolis nationibus numen; non *Huldam*, Trollorum principem & deam; priſcis etiam Germanis, modo ſit eadem, non ignotam, cujus fabula Magni Legum-Emendatoris aulicis, ipſiqve Regi & Reginæ, etſi prius & vulgo cognita, nunqvam tamen uberius & concinnius, qvam a *Sturla Thordi* filio, magno ſui ſeculi poëta & antiqvario, enarrata tantopere placuit; non famoſam illam *Thorgerdam Haulgabrudam*, ejusve ſororem *Yrpam*, gentilitia familiæ in Halogia Norvegiæ per aliqvot ſecula regnatricis numina, qvorum etiam optimi & fidedigni auctores meminerunt, & qvæ vel in Islandia ſua ſacella, ſuos cultores habuere; nec aulicum Erici Edmundſonii, Sveciæ Regis deaſtrum, qvem in Codice Flateyenſi Hauki Hábroki Vita *Lyterum* appellat; nec populorum a Waldemaro I. Daniæ Rege devictorum deos Saxoni nominatos; nec tot veterum Germanorum numina, qvæ Keyſlerus & alii recenſent, Eddarum carmina commemorant, etſi horum auctoribus pleraqve illa numina, Snorrio ſaltem, fabularum mythicarum ſcriptori qvin nota fuerint, dubitari neqveat. Scilicet omnes Eddarum dii ſunt poëtarum qvoqve dii; poëtæ vero regum & principum laudes atqve geſta ut plurimum palam & publice celebrantes, ſolos, qvos publica ſuperſtitio vel tunc vel olim ſuſpexerat, deos agnovere. Et hanc eſſe rationem exiſtimamus, cur nec exotica, qvamvis nota, nec vel certis tantum intra Septentrionem locis aut hominibus propria & peculiaria numina in Eddarum carminibus aut fabulis deorum ordinibus adſcribantur.

De Theologia gentili Eddica illud qvoqve obſervaſſe lectorem non poenitebit, qvod etſi anthropolatria Odiniana in his carminibus ubivis inculcetur, qvod illorum ætatem Odino & Aſis inferiorem ſimul oſtendit, anterioris tamen deorum naturalium cultus veſtigia haud obſcure ſe prodant, cum *Soli*, *Lunæ*, *Telluri* & aliis, inter deos qvidem locus, atqve adeo veneratio populi publica concedatur, adoratio tamen & ſacrificia iis adempta, qvæ omnia in ſe ſuosqve Odinus transtulit. Verum & ipſo naturalium deorum cultu, qvod antiqviſſimum in orbe omnis idololatriæ

genus

genus mythologi cordatiores fatentur, anteriorem veri æterniqve dei, ab omnibus factitiis & perituris numinibus diverſi notitiam priſcis Borealibus, eorumqve aboriginibus haud prorſus defuiſſe, diſerta Eddæ Snorrianæ in *Codice Wormiano* verba loqvuntur. Et, ſi vel hæc a manu Chriſtiana fabulis Eddicis allitum dixeris, idem tamen dogma in ipſis vetuſtioris Eddæ carminibus, & illis qvidem, qvæ maxime genuinum antiqvitatis colorem præ ſe ferre rerum peritus haud negaverit, per ſpiſſas qvaſi nebulas tralucet. Etenim lucidæ beatorum ſedes & diſcreta piorum in coelo poſt mortem habitacula, in qvæ Odino ſuisqve conſortibus nihil juris aut imperii, in qvæ vaſtatricibus mundi flammis nihil ſit liciturum, niſi & hæc ipſa carmina, qvod facile, neoterica eſſe contendas, aliorſus trahi nequeunt. Talia vero a vulgari veterum religione remotiora, & ad abſtruſiorem, myſticam & philoſophicam eorundem doctrinam referenda ſunt. Cæterum popularis hujus Borealium theologiæ gentilis cognitionem & theoriam ex Eddicis fontibus licet non unice, haud exigua tamen ſui parte hauriendam eſſe, Suhmii noſtri *de Odino & reliqvorum deorum ethnicorum in Septentrione olim cultu* liber, cum Eddis collatus, legentibus ultra perſvaſum dabit.

Genuinas porro & vulgo imperſpicuas majorum noſtrorum de Deo & Natura opiniones Eddicis his carminibus exſculpere qvi conatus fuerit, næ is qvidem rem philoſopho dignam aggreſſus fuerit, ſed qvæ conjecturæ paſſim, qvam certitudinis plus ſit habitura; ejusmodi enim pleraqve rerum, qvo ſunt ſcitu digniora, eo intra myſticum mythologiæ velamen penitius ſunt abdita. Nec male de Eddicis his Odis, easdem in vulgus edere qvondam meditatus, ſed rei, ut videtur, difficultate absterritus pronuntiavit Torfæus: eum illis eſſe orationis intricandæ ſcopum, eam ſenſus occultandi artem, ut cum verborum corticem, ferrea duritie obvolutum deſperando pæne labore fregeris, nucleumqve guſtaveris, qvid ſapiat, ne tum qvidem aſſeqvaris. Non tamen iisdem omnia nubibus myſtica hæc Eddarum dogmata teguntur. Qvædam enim tam clara ſunt & propatula, ut ab omnibus, qvi ſuis modo oculis fidere voluerint, pro

indubiis Borealium veterum ſententiis haberi debeant. Alia dubia ſunt, ſuboſcura & qvaſi per nebulam conſpicua, ita tamen, ut conjecturam magis vel minus probabilem patiantur, ac pro varia interpretis ſagacitate a vero certoqve propius longiusve recedant. Sunt etiam haud pauca prorſus obſcura, qvæ meras dixeris tenebras, qvippe cum omni, etiam audaciſſimæ conjecturæ inacceſſa & impervia, nullam lucem vel ipſa habent, vel aliunde admittunt, at pro inanibus tamen figmentis neutiqvam habenda ſunt. Hæc myſtica Eddarum gaza qvamvis in tres ita loculos recte diſtingvatur, meminiſſe tamen neceſſe eſt, eorum, qvæ ſingulis inſunt, ſua omnibus eſſe lucis & umbræ diſcrimina. Nec porro in hunc cenſum referenda credas illa, qvæ pure ſunt hiſtorica vel dramatica, (apologos vero proprie dictos non habent Eddæ), animi paſcendi gratia, ut ante diximus, efficta, qvæ licet mythologicas qvasdam in poëtarum uſum appellationes interſpergant, myſtici tamen ſenſus inania ſunt, cujus generis fictionibus Eddarum carmina fabulæqve redundant. Ex univerſa penu Eddica hæc omnia ſigillatim excutere, & excuſſa ſuis indere capſulis, inſtituti noſtri modum longe tranſgreditur; facturis tamen, ſiqvi erunt, utcunqve debilem qvod præluceat faculam, aut qvod lectorum ſaltem guſtum ſolicitet, unum alterumqve periculi inſtar dabimus, in hanc vel illam Eddicæ mythologiæ claſſem noſtro qvidem judicio digerendum, ne in ſolis horum myſteriorum induviis ſemper hærere dicamur.

Ad primum igitur genus ea referimus, qvæ de *Rerum Primordiis, Natura & Interitu* Eddica tradunt monumenta. Ex his vero patere nobis videtur, credidiſſe Boreales: Unicum & primum, eundemqve æternum omnium, qvæ ſunt atqve fiunt, auctorem, conſervatorem atqve rectorem Deum, qvi rerum univerſitatem & mundi machinam fabricatus qvidem ſit, incertum vero, an ex nihilo produxerit, cujus dogmatis nullum in Eddis veſtigium apparet. Crediderunt, fuiſſe Deo cœvum, ſaltem antemundanum Chaſma ſive ſpatium vaſtiſſimum, qvod *Ginnunga-gap* dixere, a qvo Moſaicum תהו & בהו, Græcorumqve & Romanorum *chaos* non multum abludere qvis dixerit; vaſtum illud ſpatium rebus qvidem

dem vacuum, non tamen inane, ſed rerum omnium elementis foecundum fuiſſe: hæc porro elementa duplicis in univerſum generis, activa & paſſiva, hæc nimirum aqvea, frigida, inertia & opaca, illa ignea, vitæ, caloris & luminis plena, qva creatoris Dei imperio, qva ſuopte niſu coëuntia, duas & ſibi invicem oppoſitas immenſi illius chaſmatis regiones occupaſſe, qvarum hæc, lucis & caloris patria, *Muspellia* ſ. *Muspelhemia*, ſurſus & ad auſtrum ſita, illa deorſum & ad boream vergens, *Niflhemia*, (*mundus nebuloſus*) nominatur, cum Moſis תהום ſ. abyſſo tenebris cooperta comparabilis: in his regionibus intermedia & utriqve contermina chaſmatis parte, effluviis utrinqve emanantibus ſenſim imprægnata, ex ignis & aqvæ, caloris & frigoris connubio, omniparentis, qvi calorem miſit, Dei virtute, enatam exſtitiſſe materiæ mundanæ, atqve adeo orbis noſtri habitabilis molem, qvam *Ymerum* vocabant, cuiqve humanam ſ. giganteam formam μυθικως tribuere: ex hac porro mole, viventium omnium & vegetantium matre, per vim naturæ plaſticam & prolificam, matrem & foeminam, primos homines, ſponte progenitos. Hanc qvidem veram putamus Cosmogoniæ Eddicæ faciem, qvam totidem fere verbis nobis exhibet Sturlæſonius, in mythologica Eddæ rhythmicæ carmina primum commentatus. Præter *Burii* ex lapide; *Audumla* vacca lingente, ortum, qvi, cum Burius ille Odini & fratrum eſſet avus, ad mythicam Eddæ Theogoniam referendus, triplex in Edda Snorrii cum mundi, tum hominis formatio nobis traditur. *Prima* a Deo ſummo & principe, ut videtur, immediate peracta, cujus in Eddæ rhythmicæ carminibus nullum, ni fallimur, fundamentum invenitur; hæc igitur vere *Biblica*, & Snorrii interpolatoribus tribuenda. Siqvis autem dixerit, opinionem de Deo ſummo & vero, antiqvis Borealibus credito, ſimul tolli & corruere, reſpondemus, illud indidem non poſſe colligi; aliqvod enim Numen mundo hoc noſtro ſuperius & anterius, cui Niflhemiæ, Muspelliæ, Ymeri, qvæ omnia Odini ortum, teſte Edda vetuſtiore, præceſſerunt, origo ſit tribuenda, agnoviſſe Boreales, ut per ſe neceſſarium, ita Eddicis carminibus conſentaneum eſt. *Secunda*, qvam ſupra dedimus, de mundi

& hominis ortu veterum Borealium ſive opinio ſive traditio eſt *philoſophica*, qvæ in Odis Eddicis tota fundatur, unde & illam deduxit Snorrius: hanc opinionem inter aborigines Boreales Odino ultimo antiqviorem, vel ipſa Eddæ carmina innuunt, cum eam a Vafthrudne Jötuno Odinum ſciſcitando didiciſſe perhibent. *Tertia* Cosmogonia Eddica eſt Odiniana, *mythologica* illa & fictitia, qvæ mundi ex Ymeri cadavere, hominum ex lignis formationem Odino & fratribus, Ymeri interfectoribus adſcribit. Niflhemiæ & Muspelliæ ſitus Eddicus porro docet, illos, qvorum hæc fuere dogmata, ſolem meridianum auſtralem, umbramqve meridianam ſemper borealem habuiſſe, nempe hemiſphoerii borealis incolas fuiſſe; qvod etiam, ſive in Aſia, ſive in Europa vixerint, utiqve verum.

Ad indubias priſcorum Borealium de *Rerum Natura* opiniones referri poſſunt: pantheismus, fatum, duplex ſpirituum genus, ſuperum nempe & ſublunare, utrorumqve in mundi & hominum eventus imperium, animæ humanæ origo divina, cum ſpiritibus commercium, & inde profecta vis divinandi, immortalitas, in alia corpora migratio ſ. metempſychoſis, duplex, imo multifarius poſt mortem ſtatus, vitæ priori reſponsurus, cum animarum aliæ ad ſupera beatorum domicilia, aliæ ad infera loca ſint tranſituræ, ibiqve vel élyſiacis heroum bellicorum deliciis in Valhalla fruituræ, vel ſub Helæ deæ leges ituræ, qvi tamen ſubterraneus uterqve ſtatus temporarius, & cum hac mundi epocha finem habiturus; ab Hela enim in Niflhemiam migraturæ animæ dicuntur, & poſt mundi excidium, qvæ ſceleratæ fuerint, a malefico numine *Nidhöggo* in *Naſtrandis* porro cruciandæ; poteſt etiam phraſis Eddica, *at fara til Niflheims*, ſecundum reliqva Eddæ principia ita explicari, qvaſi crediderint Boreales ethnici, qvasdam animarum, nempe qvæ duraturis præmiis poenisve non eſſent dignæ, ad chaos tandem primitivum redituras; verum hoc incertum eſſe fatemur. Horum dogmatum qvænam Odino debeantur, qvænam ipſo ſint antiqviora, dictu qvam demonſtratu facilius. Pantheiſmum, dogma inter homines Pythagora & Platone longe antiqvius, qvod crediderint Boreales, arguit popularis illorum ex monumentis hiſtoricis ſatis

nota

nota religio, qvibus qvippe dii fuerunt, qvicqvid colere coeperunt. Hinc Borealibus ethnicis tam freqvens illud abstrusioris & magicæ religionis negotium, *at magna*, qvo per incantamenta qvibuslibet rebus, etiam viliſſimis, divinam elici virtutem poſſe ſibi perſvaſerunt. Ejusdem etiam opinionis interpres eſt antiqva Borealium lingva, in qva *vættur*, & qvodcunqve ſacrum ac divinum, & rem in genere qvamlibet ſignificat, unde voces, *ecki vætta*, *vettugi*, *prorſus nihil*, originem habent. Omnibus qvoqve rebus, etiam inanimis, divini qvoddam numinis ineſſe, qvod Odinus ipſe & conſortes Aſi crediderint, aliosqve docuerint, ex Balderiana fabula, cujus nonnulla in carmine *Vegtams-qvida*, multo plura in Edda Snorrii referuntur, ſatis planum eſt; hic enim ob ominoſa Balderi ſomnia anxii dii ad omnes *naturas* (*vættur*) Baldero propitiandas qvaqvaverſus legatos amandaſſe traduntur; ab his enim rerum qvarumcunqve naturis & divina poteſtate damnum ſibi, qvi dii haberi coliqve volebant, multo magis hominibus metuendum credidere. Illud igitur Lucani ſuum fecerunt veteres Boreales: *Juppiter eſt*, *qvodcunqve vides*, *qvocunqve moveris*. Animam porro humanam divini eſſe ortus & naturæ Odiniana mythologia diſerte teſtatur, hominibus primum formandis animam ab Odino, ſupremo mythicorum deorum, & ſolis numine, inditam perhibens; utpote cui igneus hinc eſſet vigor & coeleſtis origo. Reliqvas autem, qvas recenſuimus, imo plures de Rerum Natura veterum Borealium opiniones, cum ex Eddicis carminibus & fabulis lector qvivis attentior ſibi tradere poſſit, iis diutius immorari nolumus.

De mundi & *Naturæ Interitu* qvid cogitaverint antechriſtiani Septentrionis incolæ, ex illis, qvæ de *Deorum Crepuſculo*, *Ragna-rauckar*, tam graphicis picta coloribus canit Edda vetuſtior, eiqve admodulatur recentior, ſunt diſcenda. Interitus mundani, vel, qvod clarius & rectius, generalis hujus, qvem incolimus, orbis terraqvei, qvin & integri ſimul ſyſtematis noſtri planetarii, cum ſol & luna ſimul perituri, ſtellæqve de coelo fugituræ dicantur, immutationis, duplices cauſas afferunt monumenta Eddica, paulo propius conſiderata; alias nempe terræ noſtræ do-

meſticas & intrinſecas, alias extrinſecus acceſſuras. *Domeſticas* illas ſub *Lokii*, *Fenris-lupi* & *Angvis Midgardici* nominibus Edda proponit; his comites dantur *Hrimthurſi* duce *Hrymo*; Lokio autem univerſum *Helæ* deæ, qvæ ipſius eſt filia, ſatellitium, nec non infernalis ille *Garmus* ſive Cerberus, militabit. *Extrinſecus* autem de coelo naturæ ſublunari, ejusqve numinibus exitio veniet *Surtus*, flammis & ante & a tergo comitantibus, qvem Muſpellianus ſeqvitur exercitus. Contra ſtabunt, ſeqve & naturam, cujus ſunt numina, propugnabunt, *Odinus*, Solis & princeps naturæ deus, *Thorus* terræ filius, virium & roboris, nec non fulminis deus, *Freyrus*, foecunditatis numen, *Thyrus* audaciæ & fortitudinis bellicæ deus, *Heimdallus*, deorum & naturæ cuſtos vigilantiſſimus & ſagaciſſimus, *Vidarus Taciturnus*, Odini filius, deorum omnium poſt Thorum validiſſimus. Hi non ſolum agmina Valhallica; animas ſcilicet virorum bello fortiter occumbentium, ſed & inferiora naturæ numina, *Genios*, *Alfos*, *Dvergos* ſub ſignis habebunt: hi certe ad hoc diſcrimen ingemiſcere & conſternari, ſibiqve & ſuperioribus naturæ diis metuere in Eddæ carminibus perhibentur. Orto jam certamine Odinus Fenri-lupo commiſſus ab hoc devoratur; Fenrem autem patris interfectorem prodiens Vidarus, ora feri disrumpens, perimit: Thorus porro cum Angve Midgardico congreſſus, hoſtem qvidem interimit, ipſe vero letifero ejus veneno tam male mulctatus diſcedit, ut brevi mortuus concidat. Freyrum Surtus aggreſſus, poſt acerrimam utrinqve pugnam, mortuum proſternit: Tyrus & Garmus canis, mutuo confligentes, ambo peribunt: Lokius deniqve cum Heimdallo ſingulari & utriqve fatali conflictu depræliabitur. Surtus deinde incendia ſpargens univerſum mundum flammis involvit, qvibus ille concremabitur, terraque mari demerſa ſubſidet. Ex aqvis autem poſtmodum emerget tellus, herbisqve & graminibus ſponte vireſcens, nec non omnifario frugum proventu & ubere ultro ferax & amoena, novis diis, priorum filiis & ſucceſſoribus, novisqve hominibus habitabitur; hiqve ſuum etiam ſolem habebunt, a priore prognatum. Talis fere eſt Eddica noviſſimorum deſcriptio, cujus nihil non allegoricum eſſe, vel prima

ejus

ejus ſpecies qvemqve docuerit. His vero ſi mythicam, qva obnubuntur, umbram detraxeris, interiora ſuo qvodantenus colore patebunt.

Nimirum clare ſatis per hanc fabularum umbram perſpici poteſt, perſvaſum habuiſſe majores: ætatem mundi nobis habitati eſſe definitam, ut a ſuis initiis profectam, ita aſſiduis paſſibus ad exitum properantem. Neutrum autem hunc terminum, *a qvo* & *ad qvem* Natura pergat, nihilo confinem poſuerunt, qvaſi naturæ durabilis ortum nihil præceſſerit, interitum nihil ſit ſecuturum. Utrumqve certe hoc, *ex nihilo* & *in nihilum*, prorſus ignoraſſe videntur, ortum & interitum naturæ nil aliud, qvam periodicam ipſius cataſtrophem arbitrati; ex Eddicis ſaltem principiis, illis præſertim, qvæ carmina ſuppeditant, contrarium adſtrui poſſe dubitamus. Ex Eddica porro hac pereuntis mundi parabola diſcimus dogma illud, qvod vires legesqve naturæ in ſe mutabiles & temporarias, non ſolum mutua virium adverſarum pugna niſuqve contrario ſuſpendi & tolli, ſed & a ſuperiore domino prorſus perimi poſſe docet, temporum recentiorum philoſophematis eſſe antiqvius. Qvemadmodum enim credidere veteres Boreales, Naturam ab elementorum ante diſcordium concordia vires vitamqve primitus accepiſſe, id qvod Ymeri natales indicant, ita per horum tantiſper concordium diſcordiam olim ſecuturam ejusdem naturæ vires & vitam aliqvando peſſum itura non dubitarunt. Et qvid qvæſo aliud ſibi vult pugna deorum mundo & naturæ finem factura? Per mythicos enim omnium fere nationum deos, principales naturæ vires, viventibus ſive beneficas, ſive inimicas intelligi, & mythologi conſentiunt, & vel ipſis, qvi eradicandæ ſuperſtitionis ethnicæ fundamenta concuſſere, Eccleſiæ Patribus dudum fuit perſpectum. De Odino, Thoro, Freyro & Tyro ſupra diximus. Heimdallus ætheris deus fuiſſe videtur, cæruleum illud & ſpirabile ſerenum, diæ lucis vehiculum. Si Lokium porro *ignis ſublunaris*, qvalem Phyſici elementarem dicunt, qvin & *ſubterranei*, in ipſis terræ viſceribus latentis numen fuiſſe, ſi ejus liberos hujus ignis effectus naturæ pernicioſos, nempe *vim conſumendi* Fenrem-lupum, animal qvippe vorax & infeſtum, vimqve ignis aqvæ commixti, immo-

dicos

dicos *vaporum calefactorum effectus*, imo *oceani igne ferventis rabiem* terrigenis exitialem, immane illud Angvis Midgardici monſtrum notare, ſi Helam Lokii filiam vim caloris vitalis vitæ ſenſim deſtructricem, vel potius *caloris vitalis exſtincti ſeqvacem torporem, frigus & inertiam* ſignificare, ſi Garmum deniqve canem pro ipſa *morte*, ſepulchri, ſive ut cum Edda loqvamur, *Antri Gnipenſis* janitrice, ita ut Hela mortem pro ſtatu, Garmus autem mortem pro ipſo vitæ ceſſantis articulo ſumtam phyſice innuat, accipienda putaveris, omnia ſunt utcunqve plana, cauſasqve fatiſcentis orbis domeſticas perſpicies.

His autem extrinſecam addunt Eddica carmina, Surtum nempe, Muspelliani agminis ducem. Hunc Surtum per antiphraſin dictum, Chriſtum denotare, in fine mundi cum angelis & ſanctis animabus ad judicium venturum, ſunt qvi exiſtiment, cui ſententiæ adſtipulatus videtur Snorrius, aut qvisqvis Eddæ, qvalis in Codice Wormiano habetur, & qvæ Snorrio vulgo tribuitur, auctor eſt. Surtum enim cum ſuis terræ noſtræ advectum ad locum certaminis, *Vigridur*, qvem *campum judicii, thingvöllr*, appellat, contendere perhibet, agmenqve Muſpellicum *valde lucidum* dicit. Horum nos ſententiæ nec refragari nec ſubſcribere ſuſtinemus. Obſervatu digna ſunt verba Carminis *Völuſpa*, qvæ Surti adventum ſic deſcribunt:

Kiöll fer auſtan	i. e.	*Navis pergit ab ortu,*
koma muno muſpellz		*Veniet Muſpellicum*
um laug lydir		*Per æqvor agmen,*
enn loki ſtyrir.		*Gubernante Lokio.*

Lokius hic *Naglfarii* nauclerus neutiqvam idem habendus cum cognomine illo Fenris & Helæ patre; hic etenim Muſpellianos de coelo venturos minime comitabitur, ſed ſuum ſibi agmen, orcinam ſcilicet Helæ familiam, ducet, ipſeqve poſtremis ejusdem ſtrophæ verbis *Byleiſti* frater vocatur, Fenremqve ſecuturus dicitur; ſed ille Lokius eſt appellativum *ignis* de cælo venturi nomen, unde *lokar-ſpænir*, *aſſulæ ardentes vel igni concipiendo aptæ* in Edda recentiore vocantur. Æqvor ſive *mare*, per qvod

qvod Naglfarius terræ appropinqvans pergit, non oceanum orbi terrarum circumfluum, ſed regiones intermundanas, ætheris aërisque plenas, qvaſi Moſis *aqvas ſuperiores & inferiores* auctor cogitaſſet, qvod innuat, vel inde perſpicitur, qvod Surtus, Muſpellianorum ductor, coelo disrupto adventurus, & per pontem *Biſraſtam*, qvo a terra ad coelum adſcenditur, perrecturus diſerte tradatur. Hæc vero omnia paulo attentius inſpectans ſuſpicari qvis poſſit, myſticum illud navis Naglfarii nomen, cujus interpretationem Eddicam non moramur, indicare corpus qvoddam coeleſte, (qvalia Hrimthurſos, Ymeri antiqviſſimi filios aut fratres Edda nominat), ardens, cometam, planetam, aut qvicqvid demum fuerit, terræ noſtræ allapſurum, ſuoqve preſſu & incendiis elementa terreſtria, qvorum æqvilibrio tota hæc naturæ ſublunaris oeconomia hactenus ſteterat, in mutuas ruinas irritaturum. Ipſe vero Surtus, ſi inter deos naturales collocandus, *ignis* haberi poteſt, non elementaris ille noſter & inferus, qvem Edda Lokium appellat, ſed ex coelo deſuper venturus; hic cum Freyro congreſſus, vires naturæ foecundatrices & procreatrices, Moſaicum ſcilicet illud פרי, unde ipſius Freyri nomen eſt, peremturus canitur. Minime tamen negandum, ut naturam cum naturæ præſide numine confundere non Eddæ ſolum, ſed omnium fere gentium mythologiis ſolenne eſt, credidiſſe Boreales Surtum orbis vaſtatorem eſſe *numen* nobis *extramundanum*, non ſupremum qvidem & univerſalem Deum, cujus nutu & imperio hæc omnia in regione noſtra ſublunari fieri & contingere haud dubie ſibi perſvaſerunt, ſed ejus miniſtrum, ad hanc expeditionem delegatum. Hunc Surtum *Muſpelheimiæ* non dominum, ſed *finium* nobis proximorum *cuſtodem* ſive defenſorem Edda nominat. Vetus ſcilicet gentilium opinio fuit, mundana hæc a ſupremo omnium Numine per Poteſtates inferiores, qvas *Angelos* nos dicimus, adminiſtrari, cujus vel ipſa mythologica mundi per Odinum & fratres creatio luculentum eſt documentum. His longe plura adjici poſſent; verum nos ſpicilegium & ſpecimen, non integram meſſem pollicitos memineris. Horum autem qvædam ad ſecundam rerum Eddo-mythicarum claſſem dejicienda ſi dixeris, non intercedimus, de rebus qvidem mythologicis acrius contendere

operæ prætium nunqvam ducturi. Cæterum hunc Eddici argumenti uſum philoſophicum Celeberr. Jac. Bruckerus, vir in antiqviore mundi mythologia, ceu omnis pæne Philoſophiæ traditionariæ parente, neutiqvam hoſpes, harumqve prôinde rerum, ut doctiores fere ſolent, placidus & cordatus judex, nobiscum agnovit.

Inter res mythicas, hiſtoricas, phyſicas atqve ethicas, qvas ad ſecundam argumenti Eddici claſſem referimus, alia ad Moſaicam Scripturæ ſacræ narrationem propius accedunt, alia cum exterarum gentium mythologia placitisqve conſentiunt; in qvibus tamen omnibus probe tenendum eſt, levem qvamcunqve fabularum ſimilitudinem haud ſemper indubium eſſe aut communis originis, aut ejusdem argumenti indicium, ſed incerta pro incertis, qvantumvis cætera vel probabilibus vel improbandis haberi debere. Qvamvis hiſtorica noſtri orbis initia ſupra diluvium Noachicum Edda non elevet, habet tamen, aut habere ſaltem videtur aliqvot hiſtoriæ antediluvianæ, imo paradiſiacæ veſtigia, Moſaicæ narrationi ſatis congrua. Ad tempora autem diluvio, nedum diſperſione gentium Babelica aliqvanto inferiora non deſcendit Edda, nec Chami, Moſis, Joſuæ Hiſtoriam, qvod reliqvis mythologiis non infreqvens, vel minimum tangit; id qvod traditiones has a furti ſuſpicione vindicare, canæqve vetuſtatis indicium prodere haud abſurde ſtatuerit, qvi Eddæ rebus fidem conciliare voluerit. His tamen omnibus lectorum judicio relictis, ad rem Eddicam, qvalis ſe nobis offert, ulterius excutiendam progredimur.

Ymerus Eddarum, cujus ex corpore mundus poſtdiluvianus efformatus, cujusqve ſangvine omnis ejus poſteritas, præter unam familiam, ſubmerſa periit, primum qvidem & proprie *orbem antediluvianum* ſignificat. Verum hoc etiam nomine primum hominem *Adamum* denotari, & aliis ante nos obſervatum. Hujus Ymeri, dum dormiret, ſub ala ſuccreviſſe virginem & filium Edda cum perhibet, antiqvam de *Evæ* ex Adami dormientis coſta creatione traditionem aperte ſatis exhibet. *Poma vitalia*, perpetuam juventutem dantia, & diis per Lokii fraudem adempta, docent hiſtoriam lapſus Adamici non Semi tantum poſteris notam olim fuiſſe.

fuiſſe. Nec [illegible]ſticam illam *flammam verſatilem*, *Vafur-logi*, qva qvicqvid occulta ſpirituum vi inacceſſum hominibus cingitur, aliud eſſe qvis putaverit, qvam hebraicum להט החרב המתהפכת, videlicet Moſis, qvæ ab aditu Edenis & Arboris Vitæ lapſos homines arcuit, cujus traditionis inter Borealium aborigines ſolum nomen ægre recognoſcendum ſuperfuit. Ymerum porro & *Aurgemlerum* eundem eſſe volunt Eddæ, utroqve enim nomine Adamus innuitur: hujus filius *Thrudgemlerus* qvis ſit, definiri vix poteſt; *thrud* certe *validum* aut *divinum* qvid ſignificat, ut de *Caino* vel *Henocho* cogitare poſſis. Verum inter tot heroas antediluvianos, qvorum famam & geſta Noachum & filios haud latuiſſe vel ipſe Moſes teſtatur, unum hic deſignare temerarium foret. De *Bergelmero* autem nullum eſt dubium, qvin Noacho conveniat, utpote qvi ex diluvio Ymeriano ſolus cum familia culeum vel lintrem ingreſſus evaſiſſe traditur. Ipſum qvinetiam nomen *Bergelmir*, qvod *montanum ſenem* notat, in Noachum apprime qvadrat; ſicuti enim arcam, aqvis diluvii recedentibus, in monte ſubſediſſe ſacra monumenta referunt, ita Noachum, qvoad deinceps vixit, vel ſaltem longo poſt tempore metu & memoria diluvii montem inhabitaſſe, res eſt cum per ſe probabilis, tum aliarum gentium mythologiis conſona, qvibus *Janus* antiqviſſimus, idem certe ac Noachus, & *montis incola*, & ratis ſive *navigii inventor* Athenæo teſte fuiſſe perhibetur. Corvus ex arca a Noacho emiſſus fabulæ de emiſſariis *Odini corvis ſpeculatoribus* originem dediſſe credi poteſt. Eodem certe, qvo Noachus conſilio, corvis uſus legitur *Flokius*, unus ex primis Islandiæ indagatoribus, & quidem prævio ſacrificio, ut rem religioſam eſſe conſtaret, qvod tamen ex antiqviſſima qvadam de corvo Noachi traditione potius, qvam ex ſacra Moſis narratione homo ethnicus haud dubie didicit. Nec reticendum, qvod pons deorum *Bifraſta*, qvo coelo terra jungitur, Surto & Muſpellianis in fine ſeculorum venientibus, fractum & disruptum iri dicatur; hoc autem ponte *iridem* ſignificari notum eſt. Noverunt igitur Boreales ethnici ex vetuſta patrum, ut qvidem opinamur, traditione, hanc rerum ſublunarium periodum, foedusqve Deum inter & terram ex-

divino, qvod Noacho datum, promiſſo, tamdiu duratura, qvamdiu hic arcus in nubibus foret conſpicuus; unde & ejus deſtructionem inter ſigna excidium mundanum proxime præcedentia diſerte numerarunt. His myſticum illud & *orcinum vinculum*, *Gleipnir*, qvo Fenrir-lupus ad mundi uſqve finem ligabitur, *tenebrarum catenis*, qvibus inimicas terræ Poteſtates ad judicium uſqve coërceri ex divinis conſtat oraculis, non abſimile; his *Gimlius* & *Alfhemia coeleſtis*, nec non *tres coelorum aulæ* ſive regiones; his *impiorum poenæ* poſt mundi interitum, poenarumqve officina *Naſtrandica*, & alia longe plura Sacræ Scripturæ effatis convenientia adjici poterunt. Hæc autem omnia viris qvibusdam doctis ſuſpicionem moverunt, cauſamqve dederunt credendi, totum illud fabularum Eddicarum ſyſtema ab hominibus paganis qvidem, ſed qvibus religionis Chriſtianæ principia fuerint cognita, ultimis ethniciſmi borealis temporibus exſartum eſſe & conſarcinatum; qvæ qvidem ſententiâ, magis forte pia qvam probabilis, noſtrum qvoqve punctum auferet, ubi cuncta ea, qvæ in qvarumlibet gentium mythologiis, harumqve ſub involucro latentibus arcanis de Deo & Natura doctrinis, etiam Æra Chriſtiana antiqvioribus, cum divinæ noſtræ religionis principiis conſentiunt, ex Codice Veteris aut Novi Teſtamenti furtim eſſe ſurrepta, nihil autem vetuſtiſſimis nationum traditionibus, a Noacho & filiis ad ſera uſqve tempora transmiſſis, nihil rationis perſpicaciæ gentilibus haud negandæ deberi, demonſtratum illi dederint, qvod in ſe recipere vel eruditiſſimi Eccleſiæ Patres non ſuſtinuerunt.

Multa qvoqve in Eddarum carminibus & fabulis continentur, qvæ ipſa, aut illis ſaltem ſimilia, in aliarum gentium mythologiis inveniuntur. *Odinus*, ſive, qvod forte rectius, *Adonus* Borealium, idem credi poteſt, ac *Adonis:* Adonis enim Veneri adamatus & ab apro interfectus; Odini vero, a lupo tandem perimendi, *Freya*, Borealium *Venus*, fuit concubina; uterqve Solis numen habitus. Cum *Mercurio* qvoqve componi Odinus meretur, cum ob eloqventiam, tum ob imperium in manes; utriqve enim ex opinione veterum congruit illud Horatii, qvod pias lætis animas reponat ſedibus. Ad hanc mutuam utriusqve ſimilitudinem accedit,

qvod

qvod magica illa caducei virtus ſopiendi, propter qvam *virga ſomnifera* Naſoni dicitur, & qvæ ad verbum in Edda *ſvefn-thorn* vocatur, Odino in Prologo carminis *Sigurdrifu-mál* tribuatur, qvo hic Brynhildam, non ſecus ac ille Argum ſoporavit; hujus etiam *virgulæ ſomniferæ* Oda Eddica, qvæ *Corvicinium Odini* appellatur, meminit. *Lokius* antiqvum Septentrionis numen, & Odino ſaltem ultimo longe vetuſtius, primo *Solis deus*, unde etiam Odini frater juratus in carm. *Ægis-drecka* vocatur; deinde *ignis* ſublunaris & *elementaris numen*, Odino & diis naturæ infeſtum ac inſidioſum; tandem invaleſcente Odini cultu palam abominabilis, pro ipſo cacodæmonum, qvem *Vejovem* Latini dixerunt, principe habitus fuit, qvam ſortem ipſe etiam Odinus poſt Sacra Chriſtiana recepta expertus eſt. Hic Lokius cum Græcorum *Apolline* haud exiguam habet convenientiam; hunc enim non tantum cum *Dea Phrygia*, forte Borealium *Frygga*, ad Hyperboreos transiiſſe, verum etiam ex hyperboreis locis Delphos adveniſſe, Delphos autem locum in orbe medium, ſive totius orbis umbilicum, qvod cum Borealium *Midgardo*, deorum ſede, coincidit, ipſi fabulantur Græci. Apollo peſtes immittere creditus, Lokius non ſolum in carm. *Völuſpá* a diis inſimulatur, qvod æthereм aëremqve corruperit atqve venenarit (*hefdi lopt allt læſi blandit*), ſed & in *Deorum Crepuſculo* cum Heimdallo ætheris deo pugnaturus, eumqve peremturus dicitur. Apollo Græcis *Loxias* vocatur, ſive ab obliqvitate Zodiaci, in qvo Sol incedit, ſive ab ambiguitate oraculorum, ſeu deniqve a λοχος, inſidiæ, qvod ultimo certe Eddico Lokio optime convenit, qvi inde *Loki inn lævíſi*, *Lokius fraudum architectus*, crebro nuncupatur. Apollini lupus ſacer; luporum autem omnium rapacitate & voracitate princeps Fenrir, Lokii filius Eddis dicitur. In carmine *Ægis-drecka Momi* perſonam ſuſtinet Lokius. *Thorus Herculi* in multis ſimilis, cum ob fortitudinem & debellatos gigantes atqve hydram, tum qvod a ceto devoratus Hercules, ſed tamen redditus feratur, qvod pugnæ Thori cum Angve Midgardico reſpondet. Tria Thori inſignia fuerunt, nempe malleus *Miöllnir*, cingulum *Megingiardir*, & manicæ ſeu chirothecæ ferreæ *Jarnglofar*, unde num ortum ſit illud Danicum: *at tage paa noget med Staalhandſker*, alii viderint; ho-

rum iſte clavam, illud pellem leonis, hæ cæſtus, totidem Herculis etiam inſignia, notare poſſunt. Præterea *Thoro* cum *Jove* magna eſt ſimilitudo, vel inde conſpicua, qvod *Miölnero*, qvi *tonitrus* haud dubie eſt ſymbolum, gigantes in tartara detruſerit. *Balderus* ob pulchritudinem & fortitudinem *Solis numen* credi poteſt: luctus ob ejus interitum non ſolum Fryggæ & deorum, ſed toti propemodum naturæ communis *Adonidis* & *Attinis* fabulas ſapere videtur. *Tyrus Marti*, imo *Herculi* reſpondet; uterqve enim cum *Cerbero* ſive *Garmo* colluctati. *Heimdallus* æthræ deus, idem ſortitus officium, qvod inter ſua naturæ numina *Minervæ* Græci & Romani dederunt. Poterit etiam *Ægæon*, ſive gigas Homeri & Virgilii, ſive deus marinus Heſychii & Naſonis Eddico *Ægero* comparari, neqvid de *Rana* Eddica, *Doridis* Græcorum æmula, harumqve filiabus, qvas Græci *Nereidas*, Boreales *Ránar-dætor* appellant, dicamus. De deabus etiam reliqvis idem dici poteſt, harum enim vel ipſa nomina qvædam peregrina videntur. De *dea Phrygia* & *Fryggq* ſupra meminimus; *Hlina* & *Helena*, *Fulla* & *Phyllis*, *Loduna* ſive *Hlodyna* & *Latona*, ſatis ſimile ſonant. Et hæc certe Hlodyna qvoniagis cum Græcorum Latona eadem haberi poſſit, Hecatæi & aliorum teſtimonium evincere videtur, qvi "in locis Celtica terra ſuperioribus eſſe inſulam Oceani non minorem Sicilia, urſas verſus, qvæ ab hominibus habitetur, Hyperboreis vocatis, qvod longius diſtet a flatibus Boreæ; hanc inſulam fertilem eſſe & rerum omnium abundantem, mirificamqve habere temperiem, adeo ut bis qvotannis fructus ferat; in hac vero inſula Latonam natam eſſe", fabulantur. *Freya*, ademto marito, inconſolabilis *Venerem* æmulatur; Veneri porca, Freyæ apro, vulgo *ſónar-gölltur*, litabatur: *Freya* porro ut foecunditatis dea partim *Lunæ*, partim *Terræ* omniparenti adſimulanda eſt, de qva & illud notabile, qvod cæſorum ſtragem cum Odino participare ſit credita. Huic commento ea ratio ſubeſſe nobis videtur, qvod cæſorum pars dimidia, videlicet corpus, terræ foecunditati, & vegetantium æqve ac viventium nutrimentis inſerviat: niſi malis, bello cæſorum animas permultas per metempſychoſin Borealibus creditam, generationis naturalis, cujus

jus Freya præſes, interventu in nova corpora redituras hoc dogmate ſignificari. *Fryggam* porro & *Freyam*, non ſecus ac *Junonem* & *Dianam*, a puerperis invocari ſolitas, docet carmen Eddicum, qvod *Oddrunæ Threnus* vocatur. *Terra* ipſa inter deas Eddicas refertur; imo manifeſte ſatis *Frygga* & *Freya*, deæ Borealium principes, ſenſu phyſico *terram* denotant. Qvemadmodum in Ymeri nomine non ſolum orbis antediluvianus, ſed primus hominum parens Adamus latet, ut ante monuimus, ita *terram* cum *Eva*, qvæ communis omnium viventium mater Moſi vocatur, in Edda confundi non mirabitur, qvi idem exterorum Iſidi contigiſſe noverit. Jam pridem enim mythologis obſervatum, nomen *Iſis* ſecundum Latinorum & Græcorum idioma ex *Iſſa*, ſive Hebræorum אשה, eſſe detortum; ut enim prima *Iſcha* uxor Adami in Geneſi vocatur, ſic ex veteri Ægyptiorum traditione *Iſis* fuit uxor *Oſſidis*, qvem Latini aliqvanto mollius *Oſiridem* appellant; nec fortaſſe multum erraverint, qvi ipſum Latinorum *uxor* ab אשה potius, qvam ab ungendi ritu nuptiali derivandum exiſtimarint. Ut autem ad Eddam redeamus, ipſum hoc *Iſchæ* nomen in antiqvo Borealium idiomate mythico, inter appellationes terræ poëticas, multo minus, qvam in Græco-latino Iſidis nomine corruptum ſupereſt; hic enim terra *eſka* ſive *eſkia* nuncupatur, cujus nominis ſiqvis aliam magis plauſibilem originem dederit, in ejus ultro ſententiam pedibus ibimus. Erunt forte, qvi hæc delira & nimis longe petita dicturi ſunt; ne igitur iſtius delirii gratis inſimulemur, addimus porro: primorum hominum ab Odino & fratribus formatorum nomina ejusdem originis videri. *Aſkur* & *Embla*, ſi terminationes Borealium vernaculas demſeris, mere ſunt hebraica איש & אם, *vir* & *mater*; prius ſcilicet mythicum Germanorum *Mannum*, eundem haud dubie cum *Adamo*, poſterius veram nominis *Evæ* rationem, ab ipſo Adamo datam nobis repræſentat. In poſteriori nomine *b*, poſt affinem *m* inſertum, & terminationem foemineam *la*, ut in vocibus, a *gimbur gimbla*, *ovis foemina*, a *hris hriſla*, *virga* &c. non moramur. Danis *Amme nutricem*, matrem vero & nutricem primitus unum idemqve fuiſſe qvis neget, Islandis *am-*

ma

ma aviam ſignificat; utrumqve vero qvi aliunde, qvam ab hebræo DN; qvi deduxerit, is nobis eſt ſagacior. Verum originis vocum obliti dudum Boreales, nominibus his arbores homonymas affinxerunt; & tale qvidpiam navis mundo fatalis *Naglfarii* nomen haud dubie paſſum videtur. Cæterum homines primos ex lignis formatos, qvod deinde commenti ſunt, ut multa fabulæ commiſcent, haud alia eſt ratio, qvam qvod Noachus & uxor, generis humani non primi qvidem parentes, ſed poſt diluvium reſtauratores, ex arca lignea, *aſkur* etiam *navis* nomen, in novum mundum prodierint, qvæ tamen vocum *aſkur* & *embla*, origo mythica & ſeqvior eſt habenda. *Nornæ* Borealium, non ſecus atqve Græcorum & Latinorum *Parcæ*, vitæ humanæ moderatrices, *fata* hominum *nere* in carm. *Völundar-qvida* memorantur. Vetus etiam opinio de Geniis lucifugis, qvibus, ſi dies oppreſſerit, exitiale; juramentum exploratorium per aqvam ferventem; Odini humicubitiones magicæ & peregrinationes mentis a corpore, cum Orphicis Thracum myſteriis comparandæ, qvin & Mimeri caput cum Orphei capite oracula edente conferendum; capra aulæ Odinianæ altrix *Heidruna*, capræ Jovis nutrici non abſimilis; gallus coeleſtis rutilus *Fialarr*, ſecundus deorum *Gullinkambius* ſive *auro criſtaſtatus*, tertius orcinus fulvus, mundo olim ignes & incendia canturi, unde neſcio an ortum ſit Danicum illud: *den röde Hane gale over Huuſet*, loqvendi ratio iis, qvi incendium domui minantur aut ominantur, etiam nunc familiaris; arbor myſtica *Yggdraſill*, *Audumbla* vacca, & ſexcenta alia Eddica, vel ortu peregrina, vel peregrinis cognata videntur. His ſubjici poſſunt *Argi oculi* in ſtellas, pavonis coeleſtis caudam ornantes, mutati, a *Thiaſſii oculis*, in ſtellas itidem converſis non abludentes; nec non univerſa terra a Junone, ne parturienti Latonæ locum concedere vellet, jurare coacta; cui commento juramentum ab univerſa natura, ne Baldero eſſet nocitura, a Frygga Eddica ſimiliter exactum reſpondet. Unicum, qvod vetuſtiſſimas maxime diſſitorum populorum opiniones in Eddicis carminibus reperiundas doceat, exemplum adjiciemus. In argumentis proſaicis, carmini *Fafnis-mál* inſertis, traditur *Sigurdus Fabnericida* angvis

Fab-

Fabneri a ſe occiſi corde eſo & ſangvine haūſto, avium lingvas intellexiſſe. His ſimilia de *Democrito* fama vulgavit: ſolitum qvippe eum certo nomine aves qvasdam nominare, e qvarum ſangvine commiſto angvis naſceretur, ex qvo ſiqvis ediſſet, avium omnium intelligeret idioma. Angvibus etiam acceptum tuliſſe *Melampus* refertur, qvod avium ſermones intelligeret. Avium qvoqve omnium voces intellexiſſe fertur *Apollonius Thyaneus.* Qvæ qvidem omnia rei vaniſſimæ fidem non faciunt, ſed vetuſtatem opinionis demonſtrant.

Moralia deniqve in ipſis ſubinde Eddarum fabulis penitus latere, docet *Freyrus*, ob nimiam curioſitatem *Phaëtontis* inſtar punitus; idem qvoqve mulieroſitatis poenas dabit, orbatus gladio, in ſuo cum Surto certamine ſibi olim perqvam neceſſario. *Tyrum*, dextra a Fenre-lupo mulctatum, temeritatis ſero poenituit, ſuoqve ille malo didicit verum eſſe, qvod *in audaces non ſit audacia tuta.* Roboris in *Thoro* fiducia ab *Utgarda-Lokio* (*Ugarthiloco*) deluſa, ab Odino ſalſe deriſa; hic enim in carm. *Harbarzliod* ſervos poſt mortem Thoro eſſe peculiares non aliam ob cauſam dicit, qvam qvod gloria virium corporis, mancipia, improbis laboribus deſtinata, magis qvam ingenuos deceat juvetqve.

Jam tertium argumenti Eddarum mythici genus nobis reſtat, paucis tangendum; hic enim eo licet eſſe brevioribus, qvo cuivis hæc antiqvitatis monumenta legenti crebrius obveniunt ea, qvæ vel lynceam interpretis aciem confundunt. Qvibusdam uſus vocum dudum antiqvatus, aliis titubantia lectionum, qvam critico judicio jam figere res eſt ſyſiphii pæne laboris; multis rerum, rituum, opinionum & traditionum obliterata vetuſtas, obſcuritatem creat; multa etiam hiſtorica aut ſunt, aut eſſe videntur, ſed qvorum notitia penitus intercidit, & qvæ ſitus, fictio & omnimodum apud alios auctores ſilentium perpetua nocte damnavit. De his ſiqvis ambigat, in enucleando Odæ, qvæ *Fiölſvinns-mál* dicitur, argumento penitiore vires ipſe periclitetur. Nubes hæc ſunt, inqvies, & inania; ſint igitur, eſto, tuqve interpretamentum dediſti facillimum qvidem, ſed & maxime inane. *Havrmeiti*, *niardlás*, *greſiárn*, voces mi-

nime fictæ, ſed olim perſpicuæ, nunc autem ſubobſcuræ ſunt. Qvalis *ſeidur*, qvale fuit *ſortilegium per ſangvinem* (*hlaut*), cujus uſus *Hænero*, novi jam mundi incolæ, in carmine *Voluſpá* tribuitur? Qvænam eſt *Saga* illa carminis *Grimnis-mál*, oceanum ſubtus habitans, qvacum perdius ſemper convivetur Odinus? Qvid ſibi volunt *tabulæ* illæ *aureæ*, deorum qvondam cimelium, poſt palingeneſiam mundi in gramine reperiundæ? Cujus emblema eſt *aqvila*, Yggdraſilli rāmis inſidens, qvam inter & *Nidhauggum* ſurſum deorſumqve per arborem curſitans ſciurus *Ratatauſkus* mutuarum ſimultatum ſemina dispergit? Verum qvantilla hæc ſunt de multifaria Eddarum gaza mythica, nobis totidem myſteria, qvæ ſingula luci reddere qvi ſperaverit, aut perdet operam, aut nobis erit alter Apollo. Eorum, qvæ in Eddicis carminibus hiſtoricam lucem admittunt, multa poſt Saxonem & Snorrium Torfæus, plura Schöningius & Suhmius elucubrarunt; in plurima autem tantum tempori & oblivioni licuit, ut ſolum mythicum vix unqvam ſint migratura. Ad hanc claſſem referri meretur *Gullveiga* illa, qvæ in carmine *Voluſpá* in *Havii* (*Alti*) aula occiſa, imo ter cremata, totiesqve renata, hodieqve ſuperſtes eſſe traditur: cædivalis nympha ſive *Valkyria*, & ejus qvidem generis, qvalis *Brynhilda Budlina*, *Hladgunna*, *Hervara* & *Aulruna*, carminibus *Sigurdrifu-mál* & *Völundar-qvida* memoratæ, harumqve princeps, ſiqvidem prima in mundo ſtragis bellicæ miniſtra Borealibus credita fuiſſe videtur. Nec aliter de *Völundo*, mythico illo Borealium Dædalo ſentiendum, de qvo non ſolum ex carmine Eddico, qvod ipſi inſcribitur, ſed ex aliis etiam fictionum monumentis, nobis conſtat. Fabuloſa hæc eſſe qvis negaverit; nihil tamen vetuſtioris traditionis hiſtoricæ his figmentis occaſionem dediſſe non majori forte jure contenderis, qvam ſi *Medeam*, *Minoa*, *Jaſonem*, *Ænæan* nuſpiam exſtitiſſe dicas, qvia, qvales a Græcis Latinisqve vatibus pinguntur, nuſpiam exſtiterunt. Ejusmodi etiam illa eſſe arbitramur, qvæ æmula geſtorum & facinorum commemoratione *Harbardus* & *Thorus* in carmine *Harbarz-liod* invicem jactitantes inducuntur, qvæ ab hiſtoricis licet initiis haud dubie profecta, hiſtoricam notitiam prorſus amiſerunt,

ſerunt, & ne ex Eddicis qvidem carminibus aut fabulis, ſi *Hrungneri Thiaſſiqve* cædem, ac expeditionem Thori Utgardicam exceperis, qvicqvam lucis mutuantur. Eddicæ etiam adhuc ſuperſtites, qvæ ad *Skaldam* pertinent, nomenclaturæ, refertæ ſunt nominibus regum, heroum, piratarum, qvorum de tanta olim celebritate & fama, nihil, præter nuda hæc nomina, nobis jam relictum; heic etenim, uti & apud poëtas veteres, vera & hiſtorica nomina, hominibus propria, a mythicis & fictitiis facili plerumqve negotio ab harum rerum ſagacioribus dignoſcuntur. Verum hæc de Eddico argumento ejusqve uſu triplici generatim monuiſſe ſatis eſto.

Ubi ex ſuis latibulis Edda hæc antiqvior ſive rhythmica ante hoc fere ſeſqviſeculum iterum prodiit, *Sæmundo Multiſcio*, ab ipſius, ut ſupra monuimus, indagatore Brynjolfo Svenonio ſtatim fuit adſcripta. Hunc vero auctorem eſſe carminum Eddicorum qvamvis vetus & vulgaris Islandorum eſſe velit opinio, necdum tamen concordem eruditorum nacta eſt adſenſum. Qvid porro de hac re in utramqve partem a viris doctis varie diſputatum fuerit, qvidve ſuper hac controverſia ſenſerit *Arnas Magnæus*, talium, ſiqvis alius, ſagaciſſimus ſcrutator, Vita Sæmundi Multiſcii a viro beato conſcripta plenius docebit. Dubia vero illa, qvæ hunc doctorum diſſenſum peperere, hic omnia recoqvere nobis nec libet, nec vacat; pauca ſaltem hic dicemus, qvæ, rationibus credendi vel non credendi ponderatis, noſtro qvidem judicio ad verum proxime accedunt.

Eddica carmina, ſi *Solare* exceperis, cujus tamen auctoritas etiamqve dubia, Sæmundus Oddenſis neutiqvam compoſuit, nec runicis prius exarata characteribus, literis latinis primus deſcripſit. Eorum, qvibus poſterius placuit, ſententia, qvam *Reſenio Gudmundus Andreæ* perſvaſit, nullo nixa fundamento vix refelli meretur. Nec ſine cauſa dubitavit Arnas Magnæus, Runas olim & ante Sæmundi ætatem libris conſignandis unqvam adhibitas, qvamvis earum uſus in ligneis baculis, lapidibus, armis, ædificiis obtinuerit; Runis vero deſcripti libri ævi longe ſeqvioris male ſedulam antiqvitatis affectationem produnt. Qvin etiam nullos in

Septentrione ante Sacra Chriſtiana vernacule conſcriptos libros exſtitiſſe, ſed omnia, & ipſas etiam leges memoriæ, cui in rebus hiſtoricis & ſacris poëſis haud exiguum præſtitit uſum, beneficio conſervata, ſentienti A. Magnæo citra veritatis injuriam adſtipulandum arbitramur. Illis autem, qvi Sæmundum carminum Eddicorum faciunt auctorem, cum, qvod ſuæ ſententiæ fundamenti loco ſubſternant, præter famam plebejam & ſine capite, qvæ tot alia mendaciorum monſtra eidem Sæmundo appinxit, nihil ſuppetat, qvod virum tantæ in antiqvitatibus patriis lectionis & perſpicaciæ, qvanta A. Magnæo fuit, in ſuas partes pertrahere neqviverint, haud eqvidem miramur. Nobis igitur nulla ratio ſatis idonea videtur, qvæ, qvominus cum *Bartholino*, *Torfæo* & *A. Magnæo* Eddica hæc carmina non a Sæmundo, nec ſi unum alterumve exceperis, a qvoqvam Islandorum eſſe profecta, ſed a variis auctoribus & diverſis temporibus in deorum heroumqve laudes & artis poëticæ ſubſidium olim concinnata cum colonis Norvegis aliisqve in Islandiam primum transiiſſe, ibiqve demum, poſtqvam cum religione Chriſtiana uſus literarum invaluit, ex ore hominum, ea prius ſola memoria tenentium, excepta, literisqve conſignata fuiſſe ſtatuamus, diſſvadeat. Ne nihil autem opinioni Eddam hanc rhythmicam Sæmundo adſcribentium, famæqve renaſcentium in Islandia literarum tempore vulgo ſatis communi, tribuatur, haud diffitemur, eſſe per ſe credibile, qvod, qvamvis aliqvot horum carminum ab aliis ante Sæmundum, complures enim literatos Sæmundo anteriores & coævos habuit Islandia, literis forte tradita fuerint, pauca tamen hæc & diſperſa Sæmundus, qvibus qvippe ad conſignandam antiqvam Septentrionis ethnici hiſtoriam carere non potuit, ut erat antiqvitatum & hiſtoriæ æqve ac literarum ſtudioſus, collegerit, plura de ſua & aliorum memoria adjecerit, & ſic carminum mythicorum, literis mandatorum, collectionem, reliqvis omnibus ſuo tempore locupletiorem & accuratiorem primus adornaverit & poſſederit. Hæc mythica carminum farrago, inter reliqva Sæmundi ſcripta librosqve, *Snorrio Sturlæſonio*, dum *Johannis* ſive *Jonis Lopti* filii, Sæmundi vero ipſius nepotis, domo & diſcipli-

na

na uſus adolevit, primum innotuit, cujus deinde vel autographum vel apographum nactus Snorrius, fabulas ipſe mythicas illa duce & magiſtra compoſuit. *Sæmundina* igitur dici meruit collectio, qvam vel primus vel princeps inſtituit Sæmundus. Eddæ vero nomen, utrum a Sæmundo, vel, qvod magis probabile, a Snorrio aliove profectum ſit nec ne, parum qvidem intereſt. Nomen ipſum ab *Edda*, *avia*, potius qvam ab *Odur*, qvod A. Magnæo placuit, derivandum dixeris; ipſam autem *poëſin*, non *librum*, mythica carmina complexum, Eddæ nomine olim veniſſe, gratis aſſumta & in ſubſidium opinionis cuſa conjectura videtur. Morem ſeculi ſapit ille titulus; veteres enim ab intercedente qvadam ſimilitudine nomina mutuati libris rebusqve aliis indere ſveverunt. Sic Haraldus Severus, Rex Norvegiæ olim inclytiſſimus, loricam ſuam *Emmam*, *matrem*, appellavit, a tuendi corporis, qvod liberis matres præſtant, officio. Ipſius Snorrii, qva in anniverſariis & generalibus patriæ comitiis uti ſolebat, taberna *Gryla* fuit dicta; eſt autem Gryla, cui Germanorum *Greuel*, Danicum *gruelig*, ſunt affinia, lamia, ſive fabuloſum puerorum terriculamentum: auctor itaqve nominis innuere voluit, Snorrii potentiam atqve ſolertiam reliqvis patriæ primoribus, haud ſecus ac lamiam pueris eſſe metuendam. Similem etiam ob cauſam pars prima Hiſtoriæ Regis Sverreri *Gryla* ab argumento fuit nuncupata, eoqvod Sverreri Regis initia, qvæ deſcribit, hoſtibus, qvantumvis potentioribus eſſent formidoloſa. Ita perqvam veriſimile eſt, librum, doctrinæ mythicæ promum-condum, *Eddam* ſive *Aviam* fuiſſe nominatum, cum ob anile & venerandum argumenti ſenium, tum qvod aviarum olim, perinde ac matrum fuerit, res a vulgi notitia ſecretiores, videlicet hiſtoricas, genealogicas, nec non ipſius religionis arcaniora pueros docere. Qvod vero carminum Eddicorum auctor perperam habeatur Sæmundus, præter rationes ab A. Magnæo allatas, qvæ rem ulterius evincant, plura ſubjici poſſunt argumenta, qvorum nos unum alterumqve afferemus.

Primò qvidem genus dicendi, Eddicis his carminibus peculiare, qvantum nobis perſpicere datur, a reliqvorum poëtarum, qvi ævo Sæ-

mundi propinqviores vel ante vel poſt ipſum floruerunt, multum abludit. Artificioſæ illæ & ambitioſæ vocum circumductiones, transpoſitiones, rerumqve ab Eddicis principiis detortæ, longeqve ſæpius atqve anxie quæſitæ nuncupationes, qvæ omnia tanti fecerunt poëtæ Norvegi & Islandi ſeculo octavo inferiores, in Eddicis his carminibus aut raræ, aut nullæ. Hic poſitus verborum ſimplex plerumqve & naturalis, ætatem prodit, qva his artis ornamentis Muſæ Boreales nondum uti coeperant; & Eddica certe poëſis ad *Starkatheri* & *Biarkii*, qvam ad *Thiodolfi Hvinenſis*, *Eyvindi*, aut aliorum his juniorem venam propius accedit. Non qvod Eddicā recentioribus ſint plana magis aut perſpicua; verum heic non in vocum ſitu & flexura, qvalis apud cæteros poëtas, ſed vel in verborum obſoleta vetuſtate, vel lectionum corruptelis, vel denique, ut plurimum, in mythica ipſius argumenti caligine omnis cubat obſcuritas. His & illud ſubjungimus, qvod duo carmina Eddica, *Atla-qvida* hin *Grönlendzka*, & *Atla mál in Grönlendzko* vocentur; hujus tituli, certe antiqvi, alia ratio plauſibilis vix afferri potuerit, qvam qvod hæc carmina in Grönlandia, non illa Americæ contermina, qvod abſonum & puerile, ſed huic cognomine parte Norvegiæ olim non incelebri, in conviviis, aliisve comitiis lætioribus decantari olim ſolita, vel ſaltem inde in Iſlandiam translata, adeoqve non a Sæmundo Oddenſi aut Islandorum alio quopiam compoſita fuerint. Deniqve Regis *Olafi Tryggvini*, qvi Norvegiam cum coloniis ad Chriſtum primus convertit, *Hiſtoria*, qvalis in *Codice Flateyenſi* habetur, carmina Eddæ, nempe Odam *Sigurdi Fabnericidæ Secundam*, & illud poëmation, qvod *Helreid Brynhildar* dicitur, in dicti Regis aula LX. circiter ante natum Sæmundum annis recitata, aliaqve duo, ſcilicet carmen Eddicum *Gudrunar-qvida* dictum, etiamqve ſuperſtes, nec non *Gunnari* (*Giukungi*) *Melos*, qvod nobis periit, lyræ modulis decantata perhibet. Hæc ſcripſiſſe *Gunlögus*, hiſtoriæ modo memoratæ auctor, eaqve a *Giſſuro Halli* filio non emendata retinuiſſe credi non poteſt, ſi conſtitiſſet Eddica hæc carmina a Sæmundo Oddenſi primum pacta fuiſſe, qvæ res vel ipſum Gunlögum vel Giſſurum ſaltem, qvi anno 1206, ſenex de-

defunctus, atqve adeo ante mortuum Sæmundum natus, in magna Oddenſis familiæ vicinia & familiaritate ſemper vixit, utpote virum hiſtoriæ & literaturæ patriæ peritiſſimum latere neqvibat. Et nec vergente ſeculo XIVto, qvo tempore Codex Flateyenſis literis fuit conſignatus, omnem adeo de ſcriptis Sæmundi notitiam inter Islandos doctiores periiſſe putandum eſt, ut qvæ ille compoſuit, carmina, pluſqvam ſemiſeculo ante ipſum natum in Norvegia exſtitiſſe, memoriæ ultro prodere ſuſtinuerint. De hiſtorica porro eorum, qvæ de *Norna-Geſto* ibidem traduntur, fide in cæterum non laboramus, qvæ ſive ex toto, ſive ex parte conficta fuerint, liqvido tamen commonſtrant, tempora ævo Sæmundino proxima noviſſe, Eddica carmina Oddenſi huic Sæmundo longe eſſe antiqviora. Hæc tantiſper monuiſſe non piget, ne interpretis, cujus opera in vertendis hiſce carminibus uſi ſumus, opinionem, qva in procœmio *Corvicinii Odiniani* & alibi Sæmundum Odarum Eddicarum auctorem agnoſcere videtur, nobis lector imputaret.

Hæc igitur carmina, modo unum aut alterum exceperis, nec Sæmundo nec Islandis ortum debent: conſervata vero ab iisdem ſunt, ita tamen, ut magna eorundem pars dudum perierit. Odini tamen ultimi ævo ſunt inferiora, qvippe qvæ Odinianum dogma tantum non omnia deprædicant crepantqve. De ſingulorum vero ætate preſſius inveſtiganda, qvæ cum ratione dici poſſunt, ſuis paſſim ſcriptis Suhmius inſeruit, qvo lectorem amandamus. Opiniones autem antiqviſſimas & hiſtoricarum traditionum lacinias qvasdam, in his carminibus reliqvas, Odini, anthropolatriæ Borealis auctoris, tempora transſcendere, vel exinde lector perſpiciet, qvod multa his Odis contineantur, qvæ idolomanicum Odini ſyſtema convellunt, ſubvertunt atqve ludificantur, qvæ tamen Chriſtianæ religionis guſtum neutiqvam præ ſe ferunt. Hoc ipſius Odini tam crebra cum Septentrionis aboriginibus *Jötnis*, jugibus licet ſui & ſuorum hoſtibus, colloqvia & commercia, ſcientiæ lucrifaciendæ ergo inſtituta, hoc Odini ex *Mimerico* ſapientiæ *fonte*, Hrimthurſorum, & qvi ab his deſcendunt, Jötnorum peculio, hauſtus affatim loqvitur.

Præter

Præter ſpecimina ſcripturæ *Codicis* pergameni *Regii*, nec non *fragmenti* membranei, in Bibliotheca *Univerſitatis* Hafnienſis inter Manuſcripta Arna-Magnæana conſervati, hanc carminum Eddicorum editionem ornat *Vita Sæmundi Frodii* ſive *Multiſcii*, Eddæ hujus antiqvioris auctoris, qvod ajunt, putativi, a Celeberr. *Arna Magnæo*, Antiqvitatum Borealium peritiſſimo, conſcripta. Antea qvidem ex variis fide dignorum virorum ſcriptis Vitam Sæmundi a ſe collectam commemorat Torfæus, in *Serie Dynaſt. & Reg. Daniæ*, *Libr. I. Cap. V.* Verum Torfæana hæc falce critica putavit, ſelegit & adauxit A. Magnæus. Sæmundi illa Vita ad Editionem Eddæ Sæmundinæ eo majori jure pertinere nobis viſa eſt, qvo plura continet, non de Sæmundo tantum, ſed de Eddis etiam ſcitu perdigna. Obſervationes autem, huic Sæmundi Vitæ ſubnotatas, adjecit Collega olim noſter, nunc magno harum literarum damno, noſtroqve deſiderio defunctus JOHANNES ERICHSEN.

Carmina ipſa latine vertit, variasqve lectiones collegit & dijudicavit, atqve notas inſuper philologico-hiſtorico-criticas elaboravit *Gudmundus Magnæus*, Stipendiarius Arna-Magnæanus; idem qvoqve *Gloſſarium*, ſive *Indicem Vocum* elucubravit, primasqve *Indicis Rerum*, brevioris qvidem, ſed non inutilis, lineas duxit, qvas illo abeunte deinceps digeſſit & recognovit *Jonſonius*, alter Stipendii A. Magnæani alumnus. In difficillimo hoc negotio ſi non ubiqve rem acu tetigit G. Magnæus, ſi nec ſibi ſemper, nec nobis, nec lectoribus ſatisfecit, ejus tamen, utpote in priſca Borealium poëſi & philologia non mediocriter verſati, qvin & aliarum lingvarum cognitione haud leviter imbuti, operam & induſtriam Eddæ noſtræ neutiqvam inficiandam cenſemus: multa certe docte & ſolerter, multa argute & audacter reſolvit, qvæ aliis hactenus gordio magis nodo inextricabilia fuerunt. Nec reticendus deniqve eſt, ſed vel principe dignus loco, *Gunnari Pauli filii*, Hiardholtenſis in Islandia olim Paſtoris, & Dalenſis Toparchiæ Præpoſiti, nunc autem ob ſenectutem emeriti, Editioni huic noſtræ maxime proficuus labor & ſedulitas, qvi continuos fere in Eddica hæc carmina commentarios nobis qvotannis transmiſit.

Gla-

Glaciem hi ſcidere, qva non infracta, clauſus ſæpius hæſiſſet G. Magnæus, ubi jam ſatis acutum, imo duce, ut fit, nonnunqvam acutius cernere ſibi videtur; hujus enim ſenis ſive ingenium, ſive doctrinam ſpectaveris, eo utiqve in rebus ad veterem patriæ poëſin & philologiam pertinentibus magis verſatum aut feliciorem inter Islandos hodie reperiri non credimus. Codices deniqve manuſcripti, tam membranei qvam chartacei, hanc Editionem molientibus adhibiti, & qvi in variis lectionibus citantur, ſunt ſeqventes, qvos inter honoris ergo *Regium* primo ponimus loco, reliqvos ordine alphabetico daturi:

I) *R. Codex Regius* membraneus, cujus formam & ſcripturam tabula prior æri inciſa repræſentat. Hic ille eſt codex Eddæ Rhythmicæ, unicus jam dudum ſui generis, qvantum ſcimus, ſuperſtes, ab Epiſcopo Skalholtenſi *Brynjolfo Svenonio*, anno 1643, in Islandia detectus, qvi Bibliotheçam Regiam majorem etiam nunc ornat, de qvo in Vita Sæmundi, ejusqve annotationibus pluribus agitur. Ante medium ſeculi XIVti ſcriptum eſſe, ex certis ſcriptionis indiciis conjicimus, ejusqve orthographiam Edda hæc noſtra in omnibus, qvas ille habet, Odis, preſſe plerumqve ſeqvitur. Indoles orthographica ipſi in multis eſt peculiaris; amat etiam ſcribendi compendia qvædam, alibi vix obvia, qvæ typographicus hic exprimere defectus vetat. Oda *Vegtams-qvida*, qvod mireris, caret hic codex, cum reliqva ad mythologiam deorum ſpectantia carmina ſuo & continuo ordine exhibeat, unde, qvod iſtam Odam nunqvam habuerit, haud levis nobis eſt ſuſpicio. Ingenti, qvod notum eſt, lacuna, qvæ in carmine, *Brynhildar-qvida Budla-dóttur*, alias *Sigurdrifumâl* dicto, incipit, hic codex laborat. In fine præterea mancus VI. carmina deſiderat, qvæ *Fiölſvinns-mál*, *Hyndlu-liod*, *Gróu-galldur*, *Grottuſaungur*, *Sólar-liód* & *Hrafnagalldur Odins* vocantur, qvorum ultimum in hoc codice nunqvam exſtitiſſe perſvaſum habemus.

II) *Anon.* Codex eſt *anonymus*, cujus varias lectiones in *E.* ex Luxdorphii noſtri codice Eddæ Sæmundinæ chartaceo, ubi variarum inſtar lectionum intra contextum ſunt annotatæ, ipſe b. Erichsen deſcrip-

ſit. Inter omnes lectionum varietates, qvascunqve Eddæ noſtræ interpres G. Magnæus vidit, has, qvæ *Codici Luxdorphiano* primitus debentur, facile præcipuas eſſe fatetur; earumqve tantum momentum & præſtantiam agnoſcit, ut nec carmen *Voluſpá* ſine his exponi recte aut intelligi poſſe contendat. Egregium etiam ſibi in Odis *Fiolſvinns-mál*, *Hyndlu-liód* & *Solar-liód*, uſum easdem præſtitiſſe porro dicit. *Anonymum* hunc Eddæ rhythmicæ codicem amplius ſupereſſe non ſine ratione dubitatur, qvo inde decerptæ lectiones variæ, in codice Luxdorphii & *E.* adhuc ſuperſtites, cariores ſunt habendæ. Odam, qvæ *Hrafnagalldur Odins* vocatur, in hoc anonymo codice non exſtitiſſe, inde concludit G. Magnæus, qvod ad hanc Odam lectio varia, eodem, qvo reliqvæ, ſigno notata, in *Ericiano* codice unica tantum reperiatur.

III) *E.* Codex eſt chartaceus, a ſuo, heu prius, poſſeſſore Joh. Erichsen ſic dictus, inter chartaceos, huic Editioni adornandæ adhibitos, teſte G. Magnæo, optimus & locupletiſſimus. Illud vero hujus codicis meritum præ cæteris inſigne & maximi uſus eſt, qvod lectionum varietate totus ſit inſtructus, adeo ut ſeptem inſtar codicum ille ſolus nobis fuerit, cum præter Textum codicis *Luxdorphiani*, & exinde transſcriptas lectionum varietates, cum ſupra laudati *Anonymi*, tum *alius* etiam *anonymi* infra memorandi, varias inſuper lectiones codicis *Langebekiani*, *Sveci*, *Sveinſoniani*, nec non *Olaviani* carminis *Solar-liód*, de qvibus infra ſigillatim dicetur, a b. poſſeſſore, qvi horum codicum collationem ipſe inſtituerat, excerptas deſcriptasqve exhibuerit. Cæterum ipſe *Codex Ericianus* ex ante dicto *Luxdorphii Codice* manu viri beati eſt transſcriptus. Codicis autem Luxdorphiani, atqve adeo, qvi illius eſt tradux, Ericiani originem, ſibi cæteroqvin ignotam, a Codice Regio minime derivandam exiſtimat G. Magnæus, qvi hæc omnia penitius examinavit, qvamvis Odarum ordinem contrarium ſvadere non diſſimulet. Carmina, *Grimnis-mál*, *Skirnis-för*, *Hymis-qvida*, *Ægis-drecka* & *Thryms-qvida*, elucubranti Eddæ noſtræ interpreti *Codex Ericius* non adfuit. Erratis ſcriptionis non prorſus caret hic codex, qvod cum chartaceis ipſi eſt commune;

mune; iis tamen omnibus, qvibus ipſe uſus eſt, emendatiorem eum eſſe G. Magnæus teſtatur.

IV) *G.* Codex chartaceus a poſſeſſore *Geiro Vidalino*, Philologiæ & Theologiæ in Academia Hafnienſi Studioſo, ſic nominatus, & ſeculo proxime elapſo ex Membrana, ut videtur, deſcriptus; ad Membranam ſaltem provocat in loco carminis *Fafnis-mál*, ubivis corrupto & obſcuro, hic etenim Stropham V^tam^ his verbis finit: *fór á brenno ſkiór á ſkeid.* Qvamvis orthographiam ſubinde pravam æmuletur hic codex, inter alia, qvod in fine vocum *ir* pro *ur*, qvale vitium multis, etiam melioris notæ chartis commune, in Editionis noſtræ carmine *Vafthrudnis-mál* ex Codicis Regii tachygraphia tunc minus perſpecta irrepſiſſe hic monemus, ſubſtituat, lectiones tamen vero ſenſui paſſim, & præſertim in carmine *Hrafnagalldur Odins*, nec non in tribus ultimis hujus Editionis Odis, eruendo proficuas ſuppeditavit; cujus ergo poſſeſſoris humanitas, qvæ ejus interpreti fecit copiam, palam hic laudari meretur. In carminibus *Vafthrudnis-mál*, *Grimnis-mál*, *Skirnis-för*, & *Hymis-qvida*, exponendis hic codex non eſt adhibitus.

V) *L.* Codex eſt chartaceus b. Langebekii, qvem ipſum qvidem non habuit G. Magnæus, ſed varias ejusdem lectiones in *E.* a b. Erichsen annotatas. Unde factum, ut hæc lectionum varietas cæteroqvin perutilis in illis Odis deſideretur, qvas, ſuprà a nobis ad *E.* recenſitas, cum curaret, Ericiano Codice interpres carebat. *Langebekianum* hunc eundem cum *Luxdorphiano* primitivum, unde ambo deſcendant, codicem agnoſcere b. Erichsen exiſtimavit; huic autem ſententiæ & diſparitas lectionum, & diverſus Odarum ordo, nec non carmen *Hrafnagalldur Odins*, qvod *Luxdorphianus* qvidem habet, non item *Langebekianus*, refragantur. Cæterum cum ex hoc procul dubio codice fide ſatis deſcriptus ſit *Codex Suhmianus*, de eodem infra ad *S.* plura qvædam obſervabimus.

VI) *O.* Codex chartaceus Legati Arna-Magnæani, ex forma folii *Oblonga*, unde ipſi nomen eſt inditum, facile noſcendus. Hic codex ſeculo proxime prægreſſo nec bene nec accurate pictus, archaicam ſcribendi rationem magis ſedulo qvam ſolerter æmulatur. A Codice Regio

per aliqvot intermedios deſcendere videtur. In carminis *Vafthrudnis-mál* var. lectionibus *chart.* vocatur; neq ultra Odam *Thrymis-qvida* in hac Editione curanda eſt adhibitus.

VII) *S.* Codex eſt chartaceus, a poſſeſſore P. F. SUHMIO denominatus, & a *Marco Johannis filio*, Academiæ Hafnienſis, ubi ſuum deinceps diem obiit, tum civè, ex *Codice*, ut conjicit interpres, *Langebekiano* nitide & caſtigate deſcriptus; illi igitur, qvæ ſupra de Langebekiano dicta ſunt, conveniunt. Orthographiam hujus codicis, cui illud vel maxime peculiare, qvod *e* pro *i* ante qvaslibet vocales Anglo-Saxonum more ſubſtituat, Editionis noſtræ carm. *Fiölſvinns-mál* paſſim obſervat. Eundem præterea interpres in Odis *Harbarz-lióð*, *Hymis-qvida*, *Ægis-drecka*, *Thryms-qvida*, *Vegtams-qvida*, *Alvis-mál*, *Fiölſvinns-mál*, *Hyndlu-lióð* & *Solar-lióð*, ſedulus conſuluit. Illud vero vetuſtioris originis indicium interpretamur, qvod Odam ominoſam, *Hraſnagalldur Odins*, ſive *Corvicinium Odini*, ut ſupra ad *L.* monuimus, non exhibeat. Nec illud reticendum, qvod Stropham, qvæ incipit: *Sundurbornar miök* &c. qvam poſt Stropham carminis *Grimnis-mál* XXXV*tam E.* cum aliis qvibusdam chartaceis inſerit, omittat, illamqve ſoli Odæ *Fafnis-mál*, cum utraqve membrana vendicet hic *Codex Suhmianus.*

VIII) *Svec.* Codex *Svecus* chartaceus, non ipſe qvidem præſens, ſed ex qvo varias lectiones excerpſit, & ordinem Odarum notavit b. ERICHSEN, qvæ in Codice *E.* ſingula viſuntur. In illis igitur Editionis noſtræ carminibus, ubi codicis *E.* copiam habuit interpres, hujus etiam codicis varias lectiones conſuluit adhibuitqve, qvas, etſi in univerſum non optimas eſſe cenſeat, aliqvem tamen in obſcuriſſimo *Odini Corvicinio* uſum ſibi dediſſe fatetur.

IX) *Sveinſon.* Codex chartaceus, a *Paulo Sveinſonio*, Eccleſiæ Videyenſis in Islandia qvondam Diacono, non incelebri noſtræ memoriæ librario, ſcriptus & appellatus, cujus varias lectiones, ejusdem fere cum Svecanis modo memoratis momenti, interpreti ſæpius laudatus codex *E.* exhibuit, qvæ ad carmina, qvibus ipſe codex *E.* inſervivit, ſuis accurate locis ſunt notatæ.

X) *U. Fragmentum* Eddæ Sæmundinæ *membraneum*, ſex tantum foliis conſtans, inter Manuſcripta Legati Arna-Magnæani ſub *num.* 748. forma, qvam *Qvartam* vocant, in Bibliotheca *Univerſitatis Havnienſis*, unde nomen habet, reperiundum, cujus ſcripturam æri inciſam tabula poſterior huic operi præmiſſa repræſentat. Incipit haud dubie hoc fragmentum in carminis *Vafthrudnis-mál* Stroph. XX. lin. 2. his verbis: *Ædi duger;* reliqvumqve hujus Odæ perſeqvitur: cui totum carmen *Grimnis-mál*, & huic Odam *Hymis-qvida* integram ſubjungit; moxqve de *Prologo* carm. *Völundar-qvida* tres primas habet lineas. Altera pars fragmenti, incertum an priori anteponenda nec ne, in carm. *Harbarz-liód*, Stroph. XVIII. lin. 7. ab his verbis incipit: *Minna verka* &c. Odamqve hanc porro ad finem uſqve exhibet. *Vegtams-qvidam* eadam mox pagina orditur, eiqve titulum rubro adpictum, *Balldurs-traumar*, præfigit. Huic Odæ, qvam totam habet hoc fragmentum, carm. *Skirnis-för*, qvod hic *Skirnis-mál* vocatur, ſubjicit, & hujus deinceps carminis, Stroph. XXVII. lin. 8. in his verbis: *enn fráni ormr med fírum*, prorſus deſinit. Inſignis hujus fragmenti defectus, nullo tamen exſtante lacunæ veſtigio, in carm. *Vegtams-qvida*, Stroph. II. *var. f.* eſt annotatus. Egregius ſane hic codex magno Eddæ noſtræ detrimento & damno periit. Hujus orthographia ſimplex eſt, naturalis, & omnis affectationis archaicæ expers, qvam Editionis noſtræ carmen *Vegtams-qvida* accurate obſervat. Tachygraphia ejusdem itidem plana perſpicuaqve laudari meretur, conjecturæ dubiis raro aut nunqvam obnoxia.

Præter hos primarios Eddicorum carminum codices, minora qvoqve, & qvæ uni alterive Odæ illuſtrandæ haud pigendum uſum præſtitere, ſubſidia ad manum habuit, eorumqve lectiones vel infra Textum, vel in Gloſſario dedit atqve dijudicavit G. Magnæus; qvorum hic recenſus:

1) *Erl.* eſt fragmentum chartaceum, a *Johanne Erlendi filio*, inclyto ſatis ſeculi prioris librario, conſcriptum, qvod duas tantum Odas, ſcil.

Skirnis-för & *Hyndlu-lióð*, continet. Hoc fragmentum, cujus poſſeſſor eſt S. Th. Thorlacius, interpreti communicavit b. Erichsen, cum harum Odarum prior typis jam eſſet exſcripta; qvamobrem ejus a noſtræ Editionis contextu varietates ad carmen tantum *Hyndlu-lióð* & in Gloſſario annotari poterant. Archaicæ ſcribendi rationis nimis affectatæ ab interprete noſtro poſtulatur; lectiones tamen haud ſpernendas ipſi nonnunqvam ſubminiſtravit.

2) *Flat. Flateyenſem* Bibliothecæ Regiæ *Codicem* membraneum indicat, qvi de carminibus Eddicis ſolam Odam *Hyndlu-lióð* continet. Fidem orthographicam nec habet, nec meretur celeberrimus hic codex; nihilo tamen ſecius ad verba dicti carminis corrigenda, ſenſumqve dilucidandum tantum contulit, ut inter ea, qvæ huic Odæ adhibita ſunt, ſubſidia, primarium & præcipuum haberi debeat.

3) *H.* eſt *Gudmundi Hugenii*, Veſtmanneyenſis in Islandia Eccleſiæ qvondam Sacerdotis, exſcriptum chartaceum carminis *Solar-lióð*, qvod ille pridem latine verterat. Mendis qvidem & orthographiæ ſphalmatibus non prorſus caret hoc *Hugenianum exemplar*, tanti tamen pretii viſum eſt G. Magnæo, ut inter tot, qvæ huic Odæ interpretandæ adhibuit, exemplaria, nulli temerè poſtponendum exiſtimet. Habet autem illud cum aliis qvibusdam chartis commune, qvod ultimam carminis *Solaris* ſtrophan omittat.

4) *O.* inter var. lectiones carminis *Solar-lióð* paſſim obvium, dictæ Odæ exſcriptum chartaceum denotat, a *Johanne-Olavio* Grunnavicenſi, qvi ipſius b. Arnæ Magnæi Amanuenſis, poſtqve illius obitum primus inſtituti A. Magnæani Stipendiarius fuit, conſignatum. Ipſum qvidem exemplar *Olavianum* non habuit G. Magnæus, ſed ejus varias lectiones in codice *E.* nec non ejusdem verſionem latinam, ab hoc *Olavio* elaboratam. Inter varias has lectiones eſſe qvasdam ab ipſius *Olavii* conjectura pro-

profectas ſuſpicatur, earumqve nonnullas pro veris & bonis habendas G. Magnæus arbitratur.

5) *P.* qvoties inter varias lectiones occurrit, *Gunnari Pauli f.* ſupra commemorati codicem chartaceum innuit, ex qvo, maxime ad Odam *Hrafnagalldur Odins*, varietatem lectionum, ſuumqve de iis judicium interpres paſſim appoſuit.

6) *Al.* inter var. lectiones ſicubi obvenerit, *alius anonymi* varietates, in codice *E.* viſendas indicat, ſed cujus tanta neutiqvam eſt auctoritas & præſtantia, qvanta *anonymi*, primo inter chartaceos loco nobis laudati.

Hafniæ, Calend. April. MDCCLXXXVII.

LUXDORPH. SUHM. THORLACIUS. A. KALL. BADEN.

Legati Magnæani Ephori.

CARMINUM CONSPECTUS, ORDO, NUMERUS.

I. VAFTHRUDNIS-MÁL, ſive *Vafthrudneris Melos.* - *Pag.* 1 - 34.
II. GRIMNIS-MÁL, ſ. *Grimneris Melos.* - - - 35 - 66.
III. FÖR SKIRNIS, ſ. *Iter Skirneri.* - - - - 67 - 88.
IV. HARBARZ-LIÓD, ſ. *Hirtobarbi Cantilena.* - - - 89 - 116.
V. HYMIS-QVIDA, ſ. *Hymeris Oda.* - - - - 117 - 146.
VI. ÆGIS-DRECKA, ſ. *Convivium Ægeris.* - - - 147 - 180.
VII. THRYMS-QVIDA, ſ. *Oda Thrymi.* - - - 181 - 198.
VIII. HRAFNA-GALDUR ODINS, ſ. *Corvicinium Odini.* - 199 - 232.
IX. VEGTAMS-QVIDA, ſ. *Viatoris Oda.* - - - 233 - 250.
X. ALVIS-MÁL, ſ. *Panſophi Logus.* - - - - 251 - 274.
XI. FIÖLSVINNS-MÁL, ſ. *Multiſcii Fabula.* - - 275 - 310.
XII. HYNDLU-LIÓD, ſ. *Hyndlæ Carmen.* - - - 311 - 346.
XIII. SOLAR-LIÓD, ſ. *Carmen Solare.* - - - 347 - 404.

VITA

VITA
SÆMUNDI MULTISCII
VULGO
FRODA
AUTORE
ARNA MAGNÆO.
ANNOTATIONIBUS AUCTA.

Sæmundus ſacerdos natus eſt in auſtrali Islandia, anno, ſecundum *Annales Regios* 1), *Flateyenſes* et *chartaceos*, 1056; ſecundum alios, 1057; ſecundum *Vitam S. Jonæ Holenſis Epiſcopi* 2) 1054; patre *Sigfuſo* ſacerdote, matre Thorcya, qvorum majores ex *Libro Origg. Islandiæ* 3), *Olai Tryggvonii Vita* 4) et *Chronico magno Islandiæ* uberius cognoſci poſſunt. *Sæmundus* adhuc puer, natali relicto ſolo, exteras acceſſit terras, ac, ut dicta *St. Jonæ vita* ait: *doctrinæ lucrandæ gratia, longe a patria remotus diu vixit*, adeo ut nulli conterraneorum de eo qvid

a con-

1) vid. *Langeb* Script. rerum Dan. T. III. p. 44.

2) Sæmundum enim *Jona*, 1052 nato, duobus annis juniorem ponit. *A. Magn.*

3) edit. Isl p. 19. 20. 96 140. 149. 159. Havn. p. 29. 204. 206. 305. 324. 333. 345. et alibi. 4) edit Skalholt P. II. pag. 211.

conſtaret, donec *Jonas* Ögmundi *filius*, epiſcopus poſtea Holenſis, Romam peregrinans, eum ſtudioſe inveſtigaret, inventumqve ex terris auſtralibus, (Romam habent qvædam *Vitæ* ejus exemplaria, *Arius*, in *Schedis* 5), Franciam nominat), ſecum in patriam reduceret, anno, ut habent *Annales Regii* 6) et *Flateyenſes* 1076 7), qvod *Skalholtenſes* minus recte ad annum 1078 referunt.

Sæmundus, ut in Islandiam redierat, hæreditarium fundum *Odda*, in auſtrali inſulæ parte ſitum, inhabitare coepit, munusqve ſacerdotale ſubiit, veluti hæc referunt *S. Jonæ Vita*, *Appendix Libri Origg. Islandiæ membranei* 8), et *Hiſtoria relig. chriſtianæ in Island. introductæ* 9). Huic ita præfuit, ut in dicta *S. Jonæ Vita columnen Eccleſiæ Islandicæ*, item, *qvi Eccleſiæ Dei in Islandia maximo fuit emolumento*, dicatur; idqve non ſine cauſa, utpote qvi, teſtibus *Ario* 10), *Chronico Epiſcoporum Islandiæ* 11), *Appendice Libri Origg. Isl. membr.* 12), et *Hiſtoria relig. chriſt. in Isl. introd.* p. 22 13), cum *Giſſuro* Epiſcopo et *Marco* Nomophylace, Islandis, ut aliorum chriſtianorum more decimas ſolverent, autor extitit, *Thorlacoqve*

5) cap. IX edit. Isl. p. 10 *Buſſæi* p. 56. ed. Oxon. p. 70.

6) apud *Langeb.* l. cit. p. 46.

7) Hinc *A. Magn.* eum 20 annos tum natum fuiſſe concludit. E.

8) Hic et infra aliquot locis vir b. lapſu facile excuſabili *Appendicem Libri Origg. Isl. Membr.* tanquam ad hunc *originum Librum* vere pertinentem, ab *hiſtoria* vero *religionis chriſt. in Island. introductæ* diverſum allegat, quippe ad calcem Codicis *Libri originum* membranei, quem tum præ manibus habuit, obviam. Verum hanc *Appendicem* ad *Libr. um Originum* non pertinere, ſed ipſam religionis Chriſtianæ in Islandiam introductæ hiſtoriam (vulgo *Chriſtindoms-* vel *Kriſtni-Sagam*) eſſe, utriusque libri editiones ad oculum monſtrant; teſtimonia enim, ad qvæ vir b. hic et infra provocat, in ſola *Kriſtni-Saga*, non vero in Appendice *Libri originum*, habentur. Cauſas autem, cur *Kriſtni-Saga* antiquis *Originum* exemplaribus, ut et prædictæ Membranæ, adjuncta inveniatur, atque ideo pro Appendice *Originum* facile ſumi potuerit, *Præfatio Kriſtni-Sagæ* edit. Hafn. docet. E.

9) edit. Hafn. p. 110. 116.

10) Sched. cap. X. ad Isl. p. 11 *Buſſæi* p. 60 ed. Oxon. p. 74.

11) i. e. Hungurvaka. cap. VI. p. 46. 48.

12) vide ſupra not. 8.

13) edit. ſc. Island. cap. XII. edit. Hafn. p. 110.

Iacoqve et *Ketillo* Episcopis in constituendo *jure Ecclesiastico* suffragia tulit; qvod his verbis ipsum *jus Ecclesiasticum* in fine testatur 14).

"Iva setto þeir Ketill biscup oc þorlákr "biscup, at ráþi Özorar Erkibiscups, oc "Sæmundar, oc margra kennimanna án- "nara, kristinna Laga þátt, sem nu var "tínt oc uppsagt i. e.

ita Ketillus Episcopus et Thorlacus Episcopus, ex consilio Afferi Archiepiscopi, Sæmundi, multorumque aliorum sacerdotum, jus Ecclesiasticum constituere, prout nunc recensitum et dictum est.

Sæmundum insuper *Islandorum eruditissimum* nominant *Append. Libri origg. Isl. membr.* 15), *christindoms-Saga* 16), et *Chron. Episcopor. Isl.* 17) unde et *frode*, i. e. *multiscius* cognominatus est. Uxorem ejus, nomine *Gudrunam Kolbeini filiam*, *Liber origg. Isl.* 18), *Liósavatnensium Historia*, et *Chronicon Magnum Islandiæ* exhibent, qvorum liberos et nepotes, clarissimam sui temporis inter Islandos familiam, dictum *Chronicon Magnum Islandiæ* fuse commemorat. Inter Proceres Islandiæ *Sæmundum* numerant *Libri origg. Isl. membr. Appendix* 19), et *relig. Christ. in Island. introductæ Historia* pag. 24 20), qvo et loco anno 1121 se dignum præstitit, cum discordes invicem *Thorgilsum Oddi filium* et *Haslidum Mari filium*, tantæ inter Islandos potentiæ viros, ut eorum studium præstantissimos qvosqve ad internecinam fere seditionem armasset, una cum aliis pietate & auctoritate conspicuis viris, conciliaret, teste *Chronico magno Islandiæ*. Huic etiam, qvippe magna antiqvitatum cognitione imbuto, *Aras multiscius* primitias suas historicas, inter ceteros, revidendas obtulit, ut ipse pag. 1. 21) fatetur.

Sæmundus autem, alienorum operum censorem agere non contentus, ipse antiqvitatibus ab interitu vindicandis, *Aræ* exemplo, manum admovit, annos circi-

14) conf. edit. Hafn. 1775. p. 140. 15) vide supra not. 8.
16) loco supra cit. 17) loc cit. p. 46.
18) ed. Isl. p. 160. Havn. p. 336.
19) vide supra not. 8. 20) sc. edit. Isl. cap. XIII. sed Hafnienſis p. 116.
21) ed. scil. Isl. *Busæi* p. 2 Oxon. p. 1.

ter 70 natus, uti ex calculo noſtro de hiſtoriarum in Islandia ſcriptarum initiis 22) colligi poteſt. *Hiſtoriam Norvegicam* ab Haralldo Pulchricomo ad Magnum Bonum conſcripſiſſe certum eſt; cujus umbram *Anonymus* qvidam exhibet, qvi Regum tantum ſeriem, annosqve imperii, inde excerpta, frigidiori vena in carmina Islandica redegit, qvæ, ad Sverreri uſqve Regis tempora a ſe continuata, nepoti *Sæmundi, Jonæ Lopti filio* dedicavit. Dictam *Anonymi Odam*, 83 verſibus conſtantem, *Codex Regius Flateyenſis* nobis reſervavit 23), cujus priores qvadraginta *Sæmundi* auctoritate nituntur, ut ex ſeqventi, qvi relationem de Magni Boni obitu claudit, verſu liqvet.

"Nu hefir ec talt	*Hucusque rencenſui*
"Tíu landreka,	*Decem regnantes,*
"Þá er hverr var	*Quorum qvisqve deſcendit*
"Frá Haralldi.	*Ab Haralldo.*
"Innta ec ſua	*Enarravi ita*
"Ævi þeirra,	*Vitam eorum,*
"Sem *Sæmundr*	*Prout Sæmundus*
"Sagdi *hinn fróde*, i. e.	*Dixit multiſcius.*

Iſtam *Sæmundi* hiſtoriam *Oddus Monachus* in *Vita Olavi Tryggvonii* duobus locis allegat, prior hic eſt 24):

"Enn

22) in commentariis ſc. nondum editis ad *Arii* multiſcii *Schedas* ſ *Librum de Islandia*, cujus editionem elaboratiſſimam vir b. olim molitus eſt, cuique ulterius adornandæ hanc *Sæmundi Vitam* etiam paravit. E.

23) Sæmundianæ hujus *Seriei Regum Norvegiæ* apographa qvædam in Islandia inveniri, ſed hæc haud ſatis accurata eſſe, vir b. in Schedula ſoluta annotavit eo fine memorari debere, ne quis, ſi genuinam illam ex Codice Flateyenſi edi aliquando contingeret, ex collatione induceretur ad credendum, aut qvod Codex male expreſſus, aut qvod lectiones variantes ex alio qvodam Codice deſumtæ ſint, cum hæc Regum Norvegiæ Series nullibi in membrana, niſi in ſolo Codice Flateyenſi ſupereſt. E.

24) conf Olai Tryggvæ filii hiſtoriam ex edit. *Reenbielmii* 1691 cap. XXII p. 98. 99

"Enn þeſſer menn ſamþyckia þetta, at "*Olafr Tryggvaſon* hafi verit 32 vetra, "þa hann com í land med þeſſum hætti, "*Sæmundr* hinn *Frodi*, oc *Ari* hinn *fró-*"*di*; er hvers tveggia ſaga er truanleg, "at *Hákon* hafi ſtyrt ríkinu 33 vetur, "ſidan er fell *Haralldr Gráfelldr* i. e.

Hi autem viri in eo conſentiunt, Olaum Tryggvonium 32 annorum fuiſſe, cum in Norvegiam rediret hoc modo, Sæmundus nempe multiſcius, et Arius multiſcius; utriusqve relatio fide eſt digna, qvod Hakon imperio præfuerit 33 hyemes, poſtqvam Haralldus Grafeldus cecidit.

Poſterior ita ſonat 25).

"Þeſſa þings getr *Sæmundr* preſtr hinn "frodi, er ágetr var at Speki, oc mæll-"ti ſva: á adru ári ríkis *Olafs Tryggva-*"*ſonar* ſamnadi hann ſaman mikit fiöl-"menni, oc átti þíng á *Stadi* á *dragsei-*"*di*, oc let eigi af at boda mönnum "retta tru, fyrr enn þeir tóku ſkírn. "*Olafr.* k. hepti miöc rán oc ſtuldi oc "mánndráp. hann gaf oc gód lög folkinu "oc gódann Sid. Sva hefir *Sæmundr* ri-"tat um *Olaf* Kong i finni bók i. e.

Hujus (ſc. Dragseidenſis) *conventus Sæmundus ſacerdos multiſcius, vir inſignis ſapientiæ, meminit, qvi ita locutus eſt: Anno Regni ſui ſecundo Olaus Tryggvonius collecta in promontorii Stadenſis Iſthmo Dragseidi magna populi multitudine, conventum celebravit, veramqve religionem prædicare prius non deſtitit, qvam tota concio baptismum ſuſciperet. Rex Olaus rapinas furta et homicidia valde caſtigavit, populumqve bonis legibus et bonis moribus vivere fecit. Hoc modo de Rege Olao Sæmundus in ſuo libro ſcripſit.*

cumqve *Sæmundum* ſingulare aliqvod opus de patria ſua ſcripſiſſe non conſtet, memoratæ *hiſtoriæ*, in Vita ſcilicet Haralldi Pulchricomi, deberi arbitror teſtimonium illius de prima Islandiæ inventione, a *Libro Origg. Isl.* 26) et *Olai Tryggvonii Vita* productum, ad qvod *Arngrimus* respexit, cum Specim. Island. p. 79 ſæpedictum *Sæmundum Annalium Islandicorum concinnatorum* nominaret. Verba qvibus citati

25) conf. edit. cit. cap. xxxiii pag. 121.

26) ed. Isl. p. 3. Havn. p. 6.

tati libri relationem de *Naddoddi* in Islandiam adventu, mora ibi peracta, abituqve ejus finiunt, ex utroqve ita se habent:

"Þar heitir nu Reyðarfiall i Austfiördom, "er þeir höfdu at komit. Sva sagdi *Sæ-* "*mundr* prestr hinn fródi. i. e.

Ubi Naddoddus cum suis Islandiam primum appulit, Reydarfiall in orientali Islandia hodie dicitur. Ita Sæmundus Sacerdos multiscius retulit 27).

Hæc tantum de dicta *Sæmundi* historia temporis injuria nobis constare permisit; qvæ cum in *Magno Bono* desinat, auctor vero ad *Haralldi Gillii* et *Magni Cæci* tempora supervixerit, ab illo in extrema senectute elaborata, morteqve præpedito, ad umbilicum non perducta esse videtur. Una autem adhuc relatio historica supereſt, a *Sæmundo*, non scriptis, sed viva voce prolata, qvæ ex *libro Origg. Isl.* p. 179 28), *ejusdem libri membranei appendice* 29), et *Christindoms-Saga* p. 25 30) desumta, auctoritatis illius monstrandæ gratia, locum hic invenit:

"Þau misseri hafði sva mikill manndau- "ði verit, at *Sæmundr* prestr sagdi sva "á þíngi, at eigi mundi færri menn ha- "fa andast af sótt, enn þá voro komner "til þings i. e.

Eo anno (1119- 1120) *tam multi in Islandia mortui sunt, ut Sæmundus sacerdos in comitiis* 1120 *se credere diceret, illos, qvi morbo obierant, pauciores non esse iis, qvi tum comitiis adfuere* 31).

Mortuus autem est *Sæmundus multiscius* fere octogenarius 32), anno, secundum *Annales Regios* 33), *Flateyenſis*, *Resenianos*, et *chartaceos*, 1133, vere scilicet illo, qvod *Thorlaci* episcopi *Runolfi filii* mortem proxime sequebatur, uti *Chronicon*

27) *Sæmundi* relationem de anno excessus Olai Trygvonii, et religionis christianæ in Islandia receptæ allegat *Arius* cap. VII. ed Isl. p. 9. Havn. p. 46. Oxon. p. 49. E.

28) sc. edit. Isl. in Appendice, Havn. vero ibid p. 391. 29) vide supra not. 8.

30) edit. sc. Isl. cap. XIV. Hafn. p. 124.

31) Arnaldus Gronlandorum Episcopus, teste *narratione de Einare Sackii filio* in *Codice Flateyenſi*, cum Gronlandiam petiit, hospitium hibernum apud Sæmundum Oddæ habuit, quod in hyemem 1125- 26 incidit *A. Magn.*

32) proprie 77 vel 79 annos natus. 33) apud *Langeb.* l. cit. p. 53.

nicon Epiſcoporum Islandiæ 34) nos docet. Obitum illius *Annales Schalholtenſes* ad annum 1135 perperam referunt. Atqve hæc ſunt, et non plura, qvæ de ſæpedicto *Sæmundo* in fide dignis antiqvitatibus inveni; cujus fama cum apud Islandos etiamnum tanta vigeat, ut ad traditiones, nullis veterum ſuffragiis innixas, fabulasqve 35), non raro deſcendant, qvæ et aliis, etiam doctiſſimis, viris minus accurate de eo ſcribendi occaſionem dedit, hæc tam prolixe commemorare volui, ut qvi antiqva monumenta ipſi minus verſant, qvid de eo vere, et qvid extra veterum teſtimonia tradatur, poſthac ſecernere qveant.

His autem proxime inſpicienda veniunt, qvæ de libro antiqviſſimo Islandico, vulgo *Edda Sæmundi*, in literas relata ſunt, qvem longo tempore in obſcuro latentem *Brynjolfus Svenonius*, Dioeceſi Skalholtenſi in Islandia annó 1639 præfectus, primis officii ſui annis e latebris eruit, uti ex *Stephanii* Notis ad *Saxonem* pag. 93 liqvet. Cum enim antiqva monumenta magno ſtudio conqvireret, qvo nomine a *Wormio* in Præfatione in *Lex. Run.* 36) et *Reſenio* Proleg. in *Eddam* Island 37). merito laudatur, inter alia membranam qvandam antiqviſſimam, carmina Islandica continentem, nactus eſt; qvæ, ut lectioni commodius inſervirent, in recenti membrana exarari fecit, ac ita transſcriptis titulum *Eddæ Sæmundi multiſcii* propria manu præfixit: Hanc recentiorem membranam *Brynolfi* dono poſtea obtinuit vir magna antiqvitatum ſcientia clarus *Thormodus Torfæus*, Regius hodie in Norvegia hiſtoriographus, qvi eam in muſeo ſuo inter plura antiqva monumenta etiamnum aſſervat. Veteriori, in edenda Hafniæ 1665 *Völuſpá*, dicti *Torfæi* beneficio uſus eſt *Reſenius*, qvam, in *Proleg.* ad *Eddam Island.* 38), *Codicem Regium* appel.

34) cap. XII. p. 84.

35) Harum fabularum haud paucas partim ipſe vir b. ex aliorum relationibus annotavit, partim ad ſe transmiſſas collegit; Sed certum eſt cum, ut *Johannes Olavius Grunnavicenſis* in ſuo exemplari monuit, animi tantum gratia id feciſſe, non vero qvod vel minimum qvidem harum fabularum ipſe crediderit, qvoniam erat vir ab omni vana credulitate longe alienus. E.

36) pag. 2 circa finem. 37) Lit k pag. 1. 38) Lit h. 3. pag. 1. 2. item k pag. 1.

appellat, lapſu facile excuſabili, cum memoratus *Torfæus* eo tempore monumentis Islandicis, qvorum magna copia *Regiam* ornat *bibliothecam*, juſſu glorios. mem. *Friderici* III transferendis operam daret; unde *Reſenius* ex *Bibliotheca Regia* deprompta eſſe exiſtimavit, qvæ *Torfæus* ex propriis facultatibus illi communicavit 39). Harum (autem) membranarum vetuſtiorem, antiqvam ſcilicet illam, *Brynjolfo* primitus oblatam, omnes ejusdem argumenti Libri, in Islandia et alibi ſub *Eddæ Sæmundi* nomine extantes, pro matre venerari coguntur; qvod eo tutius aſſevero, qvo accuratius omnes, qvas illa habet, mendas, ac aliqvot foliorum lacunam in chartaceis exemplaribus, e variis Islandiæ partibus ad me delatis, occurrere viderim; adeo ut dicta membrana ſola ejus generis hodie ſupereſſe credatur 40); qvamvis diffitendum non ſit, talia monumenta tempore *Brynjolfi* plura exſtitiſſe, unde variæ lectiones, et integri qvandoqve verſus, qvæ membranæ deſunt, in chartacea ejus apographa translata

39) Hæc, utpote primum juſto feſtinatius ſcripta, virum b. poſtea mutare decreviſſe argumento eſt ſchedula ejus autographa, in qva, inter alia occurrunt hæc verba: "ádr M. Brynjulfr eignadiſt þad exemplar, ſem nu er hiá þormodi ex Bibliotheca Regia". i. e. *antequam Mag. Brynjulfus nactus eſt exemplar, qvod nunc apud Thormodum eſt ex Bibliotheca Regia;* qvibus ipſe ſine omni ambage fatetur, exemplar, qvod *Brynjulfus* primum detexerat, ad Bibliothecam Regiam tum pertinuiſſe, et apud *Torfæum* fuiſſe, qvod etiam in ſeqventibus *Membranam Regiam* conceptis verbis appellat. Unde ulterius concludi poteſt, virum b. tum deprehendiſſe, verum eſſe qvod *Reſenius* narraverat, de Vetuſtiore hoc *Brynjulfi* Codice, vel ver.us *Regio*, in edenda *Voluſpá* 1665 a ſe adhibito. Certe hic ipſe Codex, ad qvem, præ reliqvis, hanc noſtram editionem exegimus, in *Præfatione* ad lectorem plenius deſcriptus, in Bibliotheca Moſtorum Regis noſtri auguſtiſſimi adhuc ſervatur, ſine omni dubio Friderico III. gl. m. cum pluribus id genus antiqvitatum cimeliis a *Brynjulfo* donatus. Monogramma enim, duo ſc. II. in ſe invicem ducta, qvo nomen ſuum, *Lupum loricatum* notans, *Brynjulfus* pingere ſolebat, in fronte præfert, adjecto numero anni 1643, qvo detectus eſt. Ita etiam in ipſo hoc Codice ſuo loco, propria *Torfæi* manu annotata reperitur lacuna, qva *Eddam Sæmundi* laborare in addit. ad Seriem R.g. Dan. pag. 514 memoravit. conf. *Torfæum* p. 50 et 60. E.

40) Cum hæc ſcripſit vir b. nondum ad notitiam ejus pervenerat egregium illud fragmentum membraneum, in *Præfatione* uberius deſcriptum, qvod poſtea nactus eſt, qvodqve ex ejus legato, in Bibliotheca univerſit. Hafnienſis No. 748 in 4to adhuc ſuperſtes, ad hanc noſtram editionem efformandam haud parum contulit E.

data esse videntur, qvorum tamen originalia aut hodie desiderantur, aut in latebras iterum abierunt. Multæ præterea odæ, qvas membrana non habet, in chartaceis exemplaribus inveniuntur, partim ex aliis Codicibus, etiamnum extantibus, eo translatæ, partim vero ex ignotis hodie originalibus descriptæ; atqve ita e variis Codicibus consarcinatum corpus *Edda Sæmundi* vulgo dicitur; fide, scilicet *Brynjolfi Svenonii*, qvi titulum illum primo, ut ante dictum est, apographo præfixit; qvæ sententia, tanqvam ex Apollinis cortina profecta, adeo invaluit, ut dictus liber eo nomine hucusqve constanter venerit, nec ullus, de ejus inscriptionis authentia, qvæstionem movere præsumserit. (Sed tamen *Eddam Sæmundi* ante *Brynjolfi* tempora ita vocatam fuisse, fide patris sui sexagenarius mihi retulit *Thormodus Torfæus*) 41).

Ex hoc autem *Eddæ Sæmundi* titulo sic recepto binas contrarias sententias emanasse video: unam *Stephani Olai*, qvi in Notis ad Carmen *Völuspa* Stroph. 9 42) asserere videtur, *Sæmundum*, fabulas poëticas, eatenus non scriptas, sed in ore tantum hominum existentes, ab interitu vindicare volentem, eas, carminibus Islandicis a se inclusas, in unicum corpus, *Eddam* scilicet memoratam, congessisse. Alteram, huic directe oppositam, profert *Gudmundus Andreæ*, Notis in explicationem Stephanianam carminis *Völuspa* 43); qvippe secundum qvem *Sæmundus* tantum, qvi literas Latinas induxit in Islandiam, e literis Runicis, hæc poëmata, in literaturam vulgarem, qvæ in primis maxime Latinam sapuit, transtulit literatenus, non composuit. Hunc secutus *Resenius*, in Præfat. ad Carmen *Völu spá* ed. Hafn. 1673 44) et Lexicon Island *Gudmundi Andreæ* 45), "*Sæmundum* fabulas poëticas ex runicis documentis illustratas latinis characteribus descripsisse", iisdem verbis scribit; et

41) hæc ergo circa ann. 1696 vel paucis post a nis scripta sunt. *Torfæus* enim 1636 natus est. E.

42) edit. 1665 Lit. A. 4 pag. 1. 43) jusd. edit Lit C. 3 pag. 2.

44) Lit. b. p. 2. 3 levis hic memoriæ lapsus; hæc enim Præfatio *Resenii* non est, sed ipsius *Gudmundi*, unde omnino reponendum: *Hanc suam sententiam idem Gudmundus repetit in Præfatione ad Carmen Völuspa ed. Hafn.* 1673, *eumqve secutus Resenius in Præfat. ad Lexicon Island.* etc. qvod etiam ipse vir b. infra, circa finem hujus commentationis, prædictam Præfationem *Gudmundo* tribuens, recte observavit E. 45) pag. 13.

et ante Præfat. ad dictum carmen, illud olim tanqvam versus Sibyllinos Runicis literis traditum circumlatum esse (*Gudmundus*) asserit 46). Media qvasi via incedunt *Brynjolfus* ipse apud *Stephanium* Not. in Sax. p. 17, et *Wormius* in Syllabo auctorum ante Lex. Run. 47), qvi *Sæmundum* hujus libri auctorem tantum statuunt; an vero ipsas Odas, vel earum saltem Collectionem ei, tanqvam auctori, assignent, disertis verbis non produnt; nisi qvis illos eandem cum *Gudmundo* et *Resenio* sententiam foviisse, inde elicere velit, qvod in operibus suis, *Brynjolfus* nempe *Periculis* in *Saxonem*, et *Wormius* in *Literatura Runica*, omnia, qvæ ex hac *Edda* adducunt, Runicis pingant characteribus. Qvicqvid sit, magna horum carminum antiqvitas vulgo creditur, adeo ut primum eorum *Völuspa* "ipsis Asiaticis huc terrarum concedentibus antiqvius esse" contendat *Runolfus Jonas* in Dissertatione, qvam *Lingvæ Septentrionalis Elementa* vocavit, habita Hafn. 1651, "atqve hos tale car"men, ex Erythreæ Sibyllæ (qvæ ante Trojani belli tempora floruisse creditur) ore "natum, ex Asia secum huc transportasse", idemqve asserat *Resenius* (lege: *Gudmundus*) Præfat. in carmen *Völuspa* ed. Hafn. 1673 48), proximumqve *Hávamál* ab eodem *Runolfo* et *Resenio* in *Prolegom. in Eddam* 49), et in limine memorati carminis ab eo editi Hafn. 1665 50) ipsi Odino adscribatur. De cæteris *Eddæ Sæmundi* Odis apud Islandos in confesso fere est, eas rebus, qvas memorant, coævas esse, ac a *Sæmundo* in unum tantum Volumen collectas; qvamvis inter eos etiam non desint, qvi a *Sæmundo* primum compositas esse velint. Carminis *Voluspa* antiqvitatem eo adstruunt *Runolfus* et *Resenius* 51) qvod ab *Havo* (i. e. ipso Odino) cum Ganglero loqvente, tanqvam illo antiqvius documentum, sæpius in *Edda Snorronis* allegetur. Ode autem *Hávamál* ab Odino composita ideo vulgo statuitur, qvod inibi tanqvam in propria persona locutus inducatur, qvale et judicium de Oda *Grímnismál*, et aliqvot aliis, qvæ Deos Deorumqve socios tanqvam suo ore dicentes nobis repræsentant, eodem modo valere potest.

Ut

46) ed. 1673 b. pag. 1. 47) pag. 1. voce *Edda*. 48) Lit. b. pag. 3. 4.
49) Lit. h 4. pag. 2. 50) vid Titulum. et Lit. A. pag. 1. 51) loc cit. et Prolog in *Edd.* h. 3 p. 2.

Ut autem, qvæ de his omnibus mea sit sententia, tandem aperiam, de sæpe dicto *Eddæ Sæmundi* titulo primum monendum, illius scilicet ne minimum qvidem vestigium in antiqvissima illa *Torfæi* (Regia) membrana exstare, utpote qvæ omni prorsus inscriptione caret; cumqve nullibi apud antiqvos invenire potuerim, librum istum, vel *Eddam* dici, vel a *Sæmundo* qvoqve modo confectum esse, non possum non suspicari, *Brynjolfum*, nulla veterum auctoritate, sed *Sæmundi* fama, vulgariqve Islandorum relatione, motum, memoratam sæpius inscriptionem de suo addidisse; qvippe qvem majorum traditionibus nimium qvandoqve tribuisse, ex illius Epistola ad *Wormium* Literat. Run. (edit. 1651) p. 42 patet, et luculentissime ex verbis ejus a *Stephanio* adductis Not. ad Sax. p. 1752). *ubi enim*, ait, *ingentes thesauri totius humanæ sapientiæ, conscripti a Sæmundo multiscio?* cui qvæstioni alia interrogatione satisfacere convenit: unde tales thesauros unqvam exstitisse constat 53)?

Sæmundum Odas hasce composuisse antiqvitates, mihi visæ, similiter tacent. Nec verisimile est *Eddæ Snorronis*, ut vocant, scriptorem, illas, tanqvam ignoti auctoris, contra suam aliorumqve veterum consvetudinem, qvi poëtarum potius, qvam carminum, nomina, ubi de utroqve constat, adducere solent 54), allegasse,

52) qvæ pag typographi vitio 15 est.

53) *Edda Sæmundi* qvasi auctor *Landnama-bokar* (s. libri originum Island.) nominatur in *Catalogo Bibliothecæ Resen.* p. 179. n. 12. Ast ni fallor dicere voluit catalogi auctor, vel rectius Islandus qvidam qvi *Resenio* ista suggessit, *Niáli historiæ* auctorem esse *Sæmundum Fróda*, qvod *Resenius*, harum rerum satis ignarus, non intellexit. *A. Magn.* idem porro in alia Schedula notavit: "*Sæmundi* Poëtæ Svecici vetustissima carmina "Mssta *Schilterus* nactus est a Sparvenfeldio Barone Svecico 1691, vide Epinicion Lu"dovici Regis pag. 4. vide et p. 34. 49. 60." Manifestum est *Eddam* nostram hic intelligi, vel verius qvædam eorum carminum, qvæ ad eam referri solent, et in his *Hrafnagalldr Odins*, *Grógalldr*, et *Solarliód* s. carmen solare, qvod *Sæmundo* multiscio, tanqvam autori, diserte tribuitur l. c. p. 34 & 60. Hunc autem *Schilterus*, (ut a b. *Langebekio* Script. Rer. Dan. T. II. p. 74 not. p. jam tum observatum est), falsa relatione deceptus, Svecum esse perperam credidit. E.

54) ipse vir b. hic annotavit: hæc mutanda esse, adjecto exemplo, ubi carmen *Vellekla*, omisso autoris nomine, allegatur. Nihilo tamen minus verissimum est, sæpius multo a veteribus allegari Poëtarum qvam carminum nomina, ubi utraqve cognita habuerunt. E.

niſi earum artificem ignoraſſet, qvem, ſi *Sæmundus* fuiſſet, neſcire vix potuit, nempe 180 circiter annis, ut mox probabitur, illo tantum poſterior, qvo temporis intervallo antiqvitatum ſtudia in Islandia maxime floruerunt. *Sæmundo* itaqve longe vetuſtiores eſſe oportet, qvamvis de ſtupenda, qvæ eis adſcribitur, antiqvitate merito dubitetur; cum *Reſenii* et *Runolfi* argumento ſimili jure includi poſſint *Völuſpá brevior*, alias *Hyndlo-liód*, *Faſnis-mál* vulgo ſic dicta, *Vafþrudnismál*, pluresqve harum Odarum, nunc expreſſis, nunc ſuppreſſis, nominibus, in iisdem fabulis aliqvoties citatæ, qvarum tamen prima dedicata eſt, ut ipſa oſtendit, *Ottaro ſtulto*, qvi, ſi *Originibus Norvegicis* 55) fides, a *Noro*, Norvegiæ eponymo, ſeptimo gradu deſcenderat. *Norum* autem Odino poſteriorem fuiſſe præter alia arguit Vanlandus, qvintus poſt Odinum Sveciæ gubernator, qvi, teſte *Snorrone* 56), Driſam, Snionis grandævi filiam, Nori autem amitam, uxorem duxit, qvicqvid *Arngrimus* Crymog. p. 31. 32 et in *Supplem. Hiſt. Norv.* Mſſto, eumqve ſecutus *Jonas Ramus* in *Norvegia antiqva* ſæpius contra aſſerant, illi ſolum innixi argumento, qvod Odiniana immigratio in Gylfonis Sveciæ Regis tempora incidiſſe in *Edda* Snorronis memoretur, qvem eundem cum Gylfone, Nori ex fratre Goro nepote, eſſe volunt; *Ramusqve* p. 25 57) *Eddæ* hanc aſſertionem adſcribit, qvæ tamen ſui Gylfonis ſtemma a Noro ne verbulo qvidem deducit, nec ſalva veritate deducere potuit, cum duo hi Gylfones revera ſint longe diverſi, et ipſe Norus Gylfone Sveciæ Rege tempore multo inferior. *Secunda* recenſitarum Odarum *colloqvium* eſt *inter ſerpentem Faſnerum, et ejus occiſorem Sigurdum*, qvi ſecundum *Thorgilſi plagipedis Vitam*, alias *Floanorum Hiſtoriam*, Sigmundi, Odini abnepotis, filius erat, qvas genealogias, qvamvis ego pro incertis habeam, antiqvos tamen magni feciſſe conſtat. *Tertia* dictarum Odarum ſermones qvidem Deorum, tanqvam ex eorum ore fluentes, refert; Sed rebus, qvas recenſet, ſe juniorem eſſe, eo ſimul prodit, qvod, omiſſis qvandoqve illorum effatis, ad hiſtoricas narrationes tranſeat, ut *Abiit Odinus, Intravit*

55) conf. Olai Trygg. Vitam ed. Isl. P. 2. p. 331. 35. 56) edit. Hafn. T. 1. p. 19.
57) conf. verſ. Dan. *Borrichii* pag. 23. et 29.

travit Odinus, et ſimilia; qvæ verba non ipſi Odino, ſed acta ejus celebranti tuto adſcribenda videntur; qvalia et in ipſa *Völuſpá* et memoratarum odarum plurimis paſſim occurrunt.

Non itaqve exiſtimandum *Eddæ* auctorem carmina hæcce, tanqvam a Diis citata adducentem, ea Deorum ore fuſa, aut Diis antiqviora credidiſſe; ſed potius, ut ſe veruſtiora, in fabularum poëticarum ſtabilimentum ipſum allegaſſe, ſtatuendum eſt. Qvod autem ad Odas *Hávamál*, *Grímnismál*, aliasqve, ſola Deorum effata continentes, attinet, eas ab ipſis Diis compoſitas eſſe, inde ſtatim concludere non poſſumus, qvod illos in prima perſona loqventes inducant, magis qvam Danorum et Svecorum Reges *chronica Rhythmica* Danica & Svecia. qvæ eos ſimili modo repræſentant, compoſuiſſe. Veriſimilius mihi videtur memoratas Odas prosopopoeiam continere, Deorum perſonis ab alio longe recentiore affictam; qvod in pluribus veterum carminibus forte obſervandum, qvæ ſcriptores etiam antiqvi, talibus locutionibus decepti, iis, de qvibus agunt, tanqvam auctoribus adſcripſerunt. Neqve hanc ſententiam evertit qvod *Reſenius* Proleg. in *Eddam Island.* 58) et in limine carminis *Hávamál* 59) ſcribit, illud nempe in ſolenni convivio, cum Odinus apud Gylfonem Sveciæ Regem hoſpitaretur, tanqvam pro feſtivo delectamento recitatum eſſe; nec qvod ipſe *Eddæ* auctor, a *Reſenii* verbis paululum diſcrepans, Gylfonem Sveciæ Regem, ſub Gangleri perſona a Diis exceptum, hæc carmina fudiſſe, tanta accuratione memoret, qvanta Fenjam et Menjam carmen *Grotto-ſaung* in molendino Frothonis compoſuiſſe perhibet, qvod, ſi diligentius examinetur, antiqvitatem Frothone ſeqviorem ſtatim prodit. Tutiſſime itaqve credi autumo, Eddicas haſce, ut vocant, Odas a Deorum cultoribus, imo, ut conſultiſſimus antiqvitatis judex *Bartholinus* Antiqv. Dan. p. 192 ſtatuit, diverſis temporibus, ab diverſis, in eorum laudem compoſitas, ac poſtea, cum religio chriſtiana literarum notitiam ſecum in Islandiam invexiſſet, ab aliqvo, antiqvitatum ſtudioſo, ex ore hominum, iſtas memoriter tenentium, excerptas, et, ne perirent, in librum congeſtas eſſe, qvi

58) Lit. h. 3 pag. 2. 59) Lit. A. pag. 1.

qvi, qvisnam fuerit, antiqvitates alto silentio prætereunt. *Sæmundum* illum laborem ea propter minus præstitisse arbitror, qvod ante annum ætatis septuagesimum non feciſſe, ex iis, qvæ de primis Islandiæ scriptoribus diſſerui 60), certum sit; et reliqvum ætatis illius conscribendæ historiæ Norvegicæ vix adeo suffecerit, qvin, morte præventus, illam imperfectam reliqverit. Neqve is, ut *Gudmundus* 61), omni antiqvitatum suffragio destitutus, scribit, vulgarem, vel, qvod idem est, Latinam literaturam primus in Islandiam introduxit, nisi *Isleifum* Episcopum (ut illo antiqviores literatos omittam) Herfordiæ ni fallor Westphalorum, secundum *S. Jonæ Episcopi Vitam* et multos alios, a puero eruditum, primisqve episcopatus sui annis, secundum *Arium* 62) et plures, Scholam in Islandia erigentem, viginti circiter annis antequam *Sæmundus* in Islandiam rediret, literas ignorasse velimus. Nec majori veterum consensu *Eddam* e Runica literatura in vulgarem transscriptam esse asserit, præsertim cum de ullo ejus generis libro, dicta *regia membrana* antiqviore, nemo hodie viventium ne fando qvidem audierit; ut taceam non sine causa a multis ambigi, an libri, literis Runicis conscripti olim in usu fuerint.

Sed hinc ad alia. Offert se *Edda*, ut hodie vocant, *Snorronis*, qvæ, cum a nonnullis *Sæmundo* etiam adscribatur, paucis hic excuti meretur. *Arngrimus* qvidem Crymog. p. 82 illam *Snorroni Sturlæo* adscribit, qvem seqvuntur *Wormius* in Præfat. *chron. Norveg. Snorronis*, et in Syllabo auctorum ante *Lexicon Run.* 63). *Stephanius* Not. in *Sax.* p. 93, *Resenius* inscriptione *Eddæ Island.* a se editæ, ubi 1215 conscriptam esse præter cæteros tradit, *Proleg.* in eandem *Eddam Island* 64), et *Præfat.* ad carmen *Völuspá* edit. Hafn. 1673 65) et *Lexicon Isl. Gudmundi Andreæ* 66). Ipse tamen *Arngrimus* in epistola qvadam, a *Resenio* in *Proleg.* ad *Eddam*

60) in E commentariis scil. supra memoratis not. 22.
61) not. ad *Voluspá* ed 1665 lit. C 3 pag. 2.
62) Sched. cap. IX ed. Isl. p. 10 *Büssei* p. 54. Oxon. p. 68.
63) pag. 1. voce *Edda*. 64) Lit. I. 2 p. 2. I. 3. p. 1- 2 et M. 2. pag. 1.
65) Lit b pag. 3. sed hæc *Gudmundo* tribuenda v. supra not. 44. E. 66) pag. 13.

Eddam Isl. allegata 67), ejusdem auctorem facit *Sæmundum multiſcium*, varia, ut credere par eſt, relatione diſtractus, niſi apud eum poſtea prævaluiſſe exiſtimemus *Biörnonis Jonæ f.* de *Skardzá*, ſibi coævi, judicium, qvi, in opere de *Gronlandia* Miſto, *Snorronem* plurimarum rerum apellationes Poëticas conſtituiſſe, *Eddamqve*, a *Sæmundo fróda* ante conſcriptam, locupleraſſe perhibet; ac itaqve, in *Gloſſario* ſuo *Juridico*, et alibi, *Eddam*, qvam nunc *Snorronis* vocant, tum ſoli Sæmundo, tum *Sæmundo* et *Snorroni*, qvem ſimiliter *fróda* vocat, ſimul ſæpius adſcribit 68). Talium traditionum non ignarus *Stephanius* Not. in Sax. p. 136 ſcribit, nonnullos *Eddæ* auctorem facere *Snorronem Sturleſonum*, alios *Sæmundum Frode*. Non multum prodeſt vulgares Islandorum opiniones, qvi dictam *Eddam* hodie, non *Sæmundo*, ſed ſoli *Snorroni* attribuunt, heic annectere, cum vetuſtiora deſint teſtimonia; præcipue, cum tam de hoc, qvam de illo, qva *Eddæ* auctore, dubitari poſſit.

Ut autem ad rei veritatem propius accedere detur, monendum eſt, trinas hujus generis membranas, qvæ chartaceis exemplaribus originem dederunt, hodie inveniri. Harum *una* ex Islandia olim in Daniam, ac e Dania in Sveciam iterum translata *Academiæ Upſalenſis* Bibliothecam nunc ornat, de qva videantur *Loccenius* Not. ad Hiſt. Svec. ed. Upſ. 1662 p. 3. *Hadorphius* in Apogr. Donat. Teſtam. Comitis *Magni de la Gardie* N. xi. et *Verelius* Not. ad Hiſt Hervoræ p. 187. *Alteram*, Upſalenſi paulo completiorem (vide *Rudbeckii* Atlant T. 1. pag. 693 et *Bartholini* Antiqvit. Dan. p. 325) ante memorati *Brynjolfi Svenonii* dono poſſidet Rex Daniæ. *Tertiam* ipſe poſſideo, (eademqve eſt cum *Codice Wormiano*), qvarta ſui parte prioribus auctiorem, illa ſcilicet, qvæ ſub *Skáldæ* nomine ab *Olao Wormio* in *Literatura Runica* ſæpius allegatur. Hanc *Codicis Wormiani* partem cum recentiores Islandiæ

67) Lit. I 4. p. 2.

68) hanc in rem vir b. porro annotatum reliqvit. "Eddam illam Proſaicam, qvæ vulgo *Snorra-Edda*, *Sæmundo fróda* tribuit *Biorno* de *Skardzá* in *Commentario* ſuo in *Ænigmata Geſti Cæci* in *Heid iks-Saga*, 1641 ſcripto, item eodem modo in *Commentario* in *Skiölldunga-viiſr* (carmina de Skiöldungis)." E.

landiæ antiqvarii in reliqvis binis Codicibus abeſſe viderint, ſingularem tractatum eſſe crediderunt, et ideo diverſo ab *Eddæ* auctore ſcriptori aſſignarunt, qvem *Arngrimus* (cujus dono dictus Codex in poſſeſſionem *Wormii* venit, fatente ipſo *Wormio* in Syllabo auctorum ante Lexic. Run. 69) Crymog. p. 26 tanqvam Anonymum producit ac dictum opus circa annum Domini 1216 ſcripſiſſe tradit. Memoratus autem *Biornus de Skardz-á* in citata ſua *Gronlandia Gunnlögum* Monachum Thingeyrenſem de literis Islandorum, lingvæqve et poëſeos ornamentis et vitiis libellum conſcripſiſſe ait, additqve hunc tractatum in *Codice Arngrimi* Jonæ inveniri 70). Sed, ut pace eorum dicam, tractatus hicce ad *Eddam* omnino pertinet, at in *Regio* et *Upſalenſi* Codicibus deeſt, qvod cuivis, illum cum ultimis Eddæ conferenti, neceſſario manifeſtum evadit. Promittit ibi *Eddæ* auctor, ſe *regulas*, *licentias* et *vitia* poëtica demonſtraturum, qvorum duo fuſe ſatis perſeqvitur, tertio in dictis Codicibus penitus omiſſo, qvod in hoc tractatu luculenter explicatur. Pluribus ſæpedictus tractatus *Eddæ* vindicari poſſit, niſi nimias digreſſiones lectori tædium afferre metuendum eſſet.

Ruit ergo ſententia, de *Eddæ* et *Skaldæ*, ut vocant, diverſis auctoribus, ſuperius adducta, cum uni ſaltem ſcriptori debeantur, qvem *Sæmundo multiſcio*, *Gunnlögo monacho*, et ipſo *Snorrone Sturlæo* recentiorem eſſe, ipſe liber manifeſto aperit, dum in hac controverſa ſui parte Haqvini grandævi, Magni, et Erici et Haqvini Norvegiæ Regum mentionem carmine qvodam celebrat, qvorum ultimus, ſecundum annales *Regios* 71) *Flateyenſes* et *Chartaceos* 1270 in lucem prodiit, 1273 teſtibus iisdem *Annalibus* 72) et *Jure aulico Norveg.* Dux Norvegiæ factus eſt, ac tandem, dictorum *Annalium* 73) et adhuc *Skalholtenſium* teſtimonio, 1299 ad regiam dignitatem evectus eſt; *Sæmundus* autem, ut antea monitum, 1133 obiit; *Gunnlögus Mona-*

69) pag. 1. voce *Edda*. Poſt *Olaum Wormium* hic Codex ad filium ejus *Wilhelmum* tranſiit (vid. *Reſen.* Proleg. in *Eddam* Lit. l. 4. pag. 1, poſt hunc vero ad *Arn. Magnæum* E.

70) idem *Biörnus* etiam *Skaldam* vocat eam *Eddæ* partem, qvæ ita vulgo appellatur, in *Commentario* in *Ænigmata Geſti Cæci* (ſupra citato) *A. M.*

71) apud *Langebek.* l. cit. p. 110 72) l. cit. p. 112. 73) l. c. p. 122.

Monachus ſecundum *Annales Flateyenſes* et *Skalholtenſes* 1218, ſecundum *Regios* 74) et *chartaceos* 1219 mortuus eſt; *Snorronis* vero *Sturlæi* cædes in *Haqvini Grandævi* Norvegiæ Regis *Vita*, *Chronico magno Islandiæ*, ut et *Annalibus Regiis* 75), *Flateyenſibus* et *Chartaceis* ad annum 1241 refertur. Præterea in dicto libro *Snorronis* regulæ Poëticæ non ſemel allegantur, ejusqve carmina, tanqvam omnibus Danicæ lingvæ Poëtis imitanda proponuntur, qvo arrogantiæ *Snorronem*, virum cordatum, proceſſiſſe, credibile non eſt. Illius autem opera a poſteriore qvodam Poëſeos ſtudioſo honorifice commendari, non mirabitur qvi *Snorroni*, eundem inter antiqvos ſeptentrionis Poëtas, ac *Virgilio* inter Latinos, locum deberi novit. Adhæc dicti libri auctor non paucos Poëtarum, alibi in antiqvitatibus vix obvios, paſſim adducit, qvos ideo ſub Magno, Erico, & Haqvino Norvegiæ Regibus, qvorum acta, comitatus etc. antiqvi non niſi mutila nobis tradiderunt, floruiſſe puto. Omnia igitur eo tendunt, ut dictam *Eddam* ſeculo XIV conſcriptam eſſe demonſtrent, cujus, qvod ſciam, auctorem cum antiqvitates nusqvam nomine exprimant, illo nolentes carere cogimur.

Unum ſaltem dubium hic intervenire poſſe video, nempe illum, qvi in antedicta *Eddæ* parte (hactenus *Skalda*) *Valdemarum* Danorum Regem, ſc. ſecundum, ab anno 1202 ad 1241, uti præter ceteros vere tradit *Erico Pomerano* adſcriptum *Chronicon Danicum*, ſedentem, *Wormio* Lit. Run. (edit 1651) p. 72 recte id conjectante, *Dominum ſuum* appellat, anno chriſti milleſimo trecenteſimo ſupervivere vix potuiſſe. Potuit qvidem. Sed aliud hic ſubeſſe videtur. Dubitare licet, an illa, qvæ *Codex Wormianus* de literis, literarumqve accidentibus, qvibus hæc prædicta includuntur, memorato ſæpius tractatui præmittit, ad *Eddam* pertineant, cum ad auctoris inſtitutum nihil penitus faciant. Memorant *Regum Daniæ Vitæ* Islandum qvendam, nomine *Olaum Theodori filium*, in Valdemari II aula vixiſſe, multumqve eruditionis ex illo hauſiſſe, ac ejus præclarum famam in Islandiam reducem ſecum attuliſſe. Ejusdem rei meminit *Chronicon Magnum Islandiæ*, inſignem dicti Regis in

74) l. cit. p. 82. 75) loc cit. p. 94 95

Olaum favorem multum deprædicans. Hic autem eſt *Olaus*, cognomento *Hvíta-ſkálld* i. e. Albus Poëta, *Snorronis Sturlæi* ex fratre Theodoro nepos, cujus in citato *Chron. magno Islandiæ*, et *Haqvini grandævi* Norvegiæ Regis *Vita* non rara mentio incidit. Vixit is Valdemaro II, Daniæ, Haqvino grandævo Norvegiæ, Erico balbo Sveciæ, Regibus, Skuloni Norvegiæ Duci, et Domiti Canuto, Haqvini Galini filio, familiaris Poëta, uti ex *Catalogo Poëtarum Septentrionis* patet, obiitqve 1259, uti *Annales Regii* 76), *Reſeniani*, *Flateyenſes* et *Chartacei* teſtantur. Illi, ſi qvis prædictum de literis literarumqve accidentibus tractatulum vindicaret, parum forte a vero deflecteret. Confirmat hanc conjecturam *Olai* cujusdam, qvi ſine dubio idem eſt, *regulæ grammaticæ*, in controverſa hactenus *Eddæ* parte bis allegatæ, unde in hac materia clarum exſtitiſſe liqvet. Nec impedit qvod *Codex Wormianus* tractatulum huncce, qvaſi ſub *Eddæ* auctoris nomine venditet; facile enim ab imperito, argumenti ſimilitudine illecto, in *Eddæ* textum poſtea adſciſci potuit, qvaliter a liberariis ſæpe peccatum eſſe nemo ignorat; et certe *Codicem Wormianum* ab indocto exaratum eſſe, præter alia arguit, qvod partem illam, de qva hucusqve disputatum fuit, medio libro inſeruerit, cum ultimo loco poni debuiſſet. *obs. Olaus Hvíta-Skálld.* et *Snorro Sturlæus* de arte Poëtica qvidem ſcripſerunt, qvorum tractatus, ſed mutilos, in membrana poſſideo, et *Olai* certe eſt gnoma illa, Valdemari puta II, ſed hæc omnia poſtea compilavit is, qvi *Codicem Wormianum* exaravit, multaqve de ſuo addidit in principio et fine 77).

Hanc

76) apud *Langebek.* l. cit. p 102.

77) Hac obſervatione, quam b. autor poſt adjeciſſe reperitur, animo, ut videtur, ad hujus ductum; ulterius illuſtrandi qvæ de *Eddæ*, et ſpeciatim *Skaldæ*, autore primum ſcripſerat, indicatur fragmentum illud Membranaceum prorſus egregium, ſeculi XIV initio exaratum, et in Bibliotheca Legati N. 748 in 4to adhuc obvium, cui eadem, qva Codex ipſe ſcriptus eſt, manu, ſed rubro atramento, hæc, l mutatis in modum, inſcripta leguntur: "Hær ær lykt þeim lut bókar, ær Olafr þordarſon (Hvít.ſkáld) hæfr "ſamanſatt. Upphæfr ſkalldſk pligar kenningar, æptir því ſem fundizt hæfer i kvædum "höfud-ſkálldа, oc Snorri hæfer ſidan ſamanfært oc ſætt i. e. *Hic finitur illa pars Libri*

Hanc ſæpe dictam *Eddam* locupletiorem exſtitiſſe volunt *Stephanius* not. in Sax. p. 16, ac ibidem ab eo allegati *Magnus Olai* et *Brynjolfus Svenonius*, qvorum primi hæc ſunt verba "Imprimis eum (*Saxonem*) aliam *Eddam*, antiqviorem "videlicet, et fabuloſis narrationibus inſtructiorem, habuiſſe ea, qvam hodie tanto- "pere ſuſpicimus et admiramur, nullus ambigo." Scilicet hæc credidit *Stephanius* eo, qvod *Saxo* de Diis multa narraret, qvæ in noſtra *Edda* non inveniuntur. *Magni Olai* ratiocinium tale eſt. "Ex vererum Rhythmis, ut etiam appellationibus "Aſarum nonnullis, et imprimis *Odini*, et aliarum deniqve rerum apparet, aliam "fuiſſe *Eddam antiqviorem*, aut volumen fabularum ab ipſis Aſis confectum, aut "eorum nepotibus, qvod interierit, et cujus hæc noſtra *Edda* aliqvale ſit compen- "dium, qvia nominum pauciſſimorum, qvæ *Odino* ex variis caſibus indita ſunt "plurima, ut *Edda* profitetur, ex ejus fabulis reddi poteſt ratio, nec etiam plurium, "qvæ ibi occurrunt, appellationum." Non minus a *Brynjolfo* 78 periiſſe deplo- rantur "ingentes theſauri totius humanæ ſapientiæ, conſcripti a *Sæmundo ſapiente*, "et imprimis nobiliſſima illa *Edda*, cujus vix milleſimam partem reliqvam nunc "præter nomen habemus, atqve hoc ipſum, qvod habemus, omnino perditum ſuis-

 "ſet,

Libri (ſc. de arte Poetica) *qvam Olaus Thordi (Albus Poëta) tom. oſuit. Incipiunt* (vero) *appellationes poëticæ, uti in carminibus poetarum primariorum inventum eſt, formatæ, qvas Snorro poſtea collegit et compoſuit.* Qvæ verba, qvam is a duumviris noſtris *Submio* (Crit. Hiſt. af Danm. T. II. p. 660) et *Schönningio* (Præfat. ad Tom. I Heimskringlæ pag. x.) dudum in lucem producta ſint, non incommodum viſum eſt integra hic repetere, utpote ad rem præſentem proprie pertinentia. Teſtimonium enim præbent, ob Codicis antiqvitatem, recenti tam *Snorronis*, qvam *Olai* memoria non multo inferiorem, magni utiqve faciendum, qvod uterqve horum, et primum qvidem *Snorro* (nam iſtud *fidan* v. *poſtea*, non ad *Olaum*, qvi primo nominatur, ſed ad *poetas primarios* antiqviores, qvorum proxima mentio, referendum eſt) de arte poetica ſeparatim ſcripſerit. Horum autem ſcripta, et qvidem hæc ipſa, fundamenti loco eum ſubſtraviſſe, qvi partem Eddæ recentioris poëticam, qvalem eam hodie habemus, concinnavit, utraqve conferendo deprehendi, qvod etiam qvilibet, cui volupe eſt, facile experiri poterit. E.

78) ibid. pag. ſeqv.

"set, nisi *Snorronis Sturlæi* epitome umbram potius & vestigia, qvam verum cor-"pus *Eddæ* illius antiqvæ, reliqva feciſſet." Libere admodum hæc pronuntiant viri eruditiſſimi, opinione illa inducti, qvod Septentrio longe ante Chriſtiani dogmatis profeſſionem libros habuerit, qvam ex ſinceris antiqvitatibus adſtrui poſſe valde dubito; Contrariam potius ſententiam, nempe ſeptentrionales, ante chriſtianam religionem huc invectam, ne literas qvidem (Runas excipio) noviſſe, utpote non levibus argumentis probabilem, pluribus, ſi loci anguſtia concederet, defenſurus. Relationum autem non ſcriptarum, qvas de rebus tam poëticis qvam hiſtoricis ſedula calluit antiqvitas, bonam partem interiiſſe, earumqve multas ad *Saxonem* perveniſſe, qvæ nos hodie latent, nemo, niſi in antiqvitatibus cæcus, et in *Saxonem* iniqvus, negabit; fabulas vero poëticas, ſcriptis antea comprehenſas, periiſſe, facilius dicitur, qvam probatur. Vixerunt qvidem in Septentrione, ante chriſtiani nominis et literarum notitiam, non pauci Poëtæ, qvorum permulta carmina adhuc ſuperſunt; ſed qvi, in operibus ſuis lepore poëtico condiendis, relationes et regulas omni ævo inter Poëſeos ſtudioſos memoriter conſervatas, ſecuti ſunt. Non igitur ſæpedictus *Eddæ* auctor aliam *Eddam*, ſe antiqviorem, in compendium redegit, uti *Brynjolfus* credidit, nec "Sæmundinam illam priſcam interpolavit," certoqve conſilio ad Poëſin accommodavit, ut loqvitur *Stephanius* Not. in Sax. p. 93. 94; ſed magis, artis poëticæ promovendæ cupidus, omnia, qvæ ſua ætate exſtiterunt, carmina diligenter luſtravit, indeqve fabulas poëticas ſolerti acumine decerpſit, relationibus poëticis, ad illius tempora demiſſis, non raro adjutus; qvæ cum ſæpius deficerent, non mirum, ſi non omnia pro poſterorum deſiderio explicare potuerit; nec diffitendum, accuratis veterum carminum lectoribus Spicilegium adhuc relictum eſſe, ſi talibus ingenium exercere uſui eſſet. Unicum tantum exemplum ex *Sturlæ Theodori*, Seculi XIII Poëtæ, carmine proferam, qvod *Haqvini Grandævi* Norvegiæ Regis *Vita* tale nobis conſervavit:

"Þar ſigrhlióþ — *Ibi victoriæ carmina*
"Syngva knáttu — *Cecinerunt*

"Hardla

"Hardla hvell	*Admodum ſonora*
"Hvörſum munni	*Acuto ore*
"I Her-faur	*In expeditione*
"Höfuds-manna	*Principum,*
"Haugna mans	*Högnicæ virginis* (Hildæ Högni filiæ).
"Hlyrna Díſir i. e.	*Oculorum Deæ.*

Senſus carminis eſt, ſagittas et miſſilia, qvæ *Hildæ oculorum Deas* vocat, Regi victoriam conciliaſſe. Prolixam autem de Hedino, Högno, et ejus filia Hilda fabulam *Edda* recenſet, ex qva tamen hæc phraſis neutiqvam explicari poteſt. Prolixius dictam fabulam perſeqvitur *Högni et Hedini Vita*, ubi additur, Hildam bellum inter Hedinum et patrem ſuum e loco qvodam ſpectaſſe, eorumqve prodigioſam pugnam deploraſſe. Sed neqve exinde aliqva lux obſcuræ locutioni mutuari poteſt. Conjectura itaqve hic valebit, fabuloſam inter Poëtas traditionem olim fuiſſe, lacrymas Hildæ in ſagittas, bellum Hedinianum aucturas, transmutatas eſſe. Talia forte ſæpius occurrunt, qvorum recenſus hujus loci non eſt.

Anteqvam autem ab Edda diceſſero, de *titulo* illius pauca annectere libet. Exciderat fere mihi inſcriptionem ejus dubiam videri, anteqvam in bina Seculi XIV carmina, ubi ſolum hanc *Eddæ* vocem offendi, incidiſſem, qvorum prius ab *Arna Jonæ filio* Abbate Mukethveräenſi, conſecrato 1371, in Islandia de *Sto. Gudmundo* compoſitum, Poëticam artem vocat *Eddu-liſt*. Alterum, vulgo *Lilia* dictum, incerti fere auctoris (dicitur *Eyſteinus* *) præcepta Poëtica *Eddu-reglur* nuncupat. Sed et hinc haud obſcure colligitur, dictam vocem *Edda*, non librum poëticum, ſed ipſam Poëſin vel doctrinam poëticam ſignificare, cum ars metrica longe ante conſcriptam *Eddam* in uſu fuerit, ac ideo a libro, ſeculo primum XIV, ut ſuperius monſtravi, compoſito, denominari non potuerit. Unde autem Poëſis ita dicatur, non

 facile

*) de eo jam plura docuit celeb. *F. Johannæus* Hiſt. Eccl. Island. T. 1. et 11 ubi etiam Carmen *Lilia* p. 398 etc. integrum legitur E.

facile eſt indagatu, nec niſi per ſolas conjecturas expiſcandum. Vocem iſtam in veterum arctoa lingva *proaviam* ſignificare rectè tradit *Gudmundus Andreæ* in Lex. Island. 79), cui fere conſentit *Helvaderus* in *Onomatetymologico*: "*Edde, ait, in Friſia dicitur patris vel matris mater.* Hinc *Gudmundus* librum *Eddam* qvaſi Poëſeos et paraphraſium matrem denominatam eſſe arbitratur. Ego vero ſæpedictam voculam, præcipue cum librum ipſum, uti mox dictum, non denotare videatur, illuc referre neqveo; nec ad *atta*, qvod Gothis olim patrem ſignificavit, uti *Joh. Reſenium* voluiſſe ait *P. Reſenius* Proleg. ad *Eddam Island.* 80). Multo minus huc pertinet qvod *Helvaderus* libro citato ſcribit: *Edda in Livonia* (Holſatia, Flandria, Pruſſia de ſuo addit *Gudmundus*) *nomen proprium mulierum eſſe*; Neqve *Hetha Saxonis Grammatici* (qvam *Gudmundus* rectius *Eddam* vocari fingit, cum in *Haraldi Hildetanni Vitæ fragmento* 81) *Heiþr* dicatur) huc qvicqvam facit, priusqvam *ſcriptores*, qvi illam in *fabulis Mythologicis inſigniter peritam fuiſſe, adeoqve ejuſmodi fabulas poſt ſe reliqviſſe plurimas* aſſerere traduntur, monſtrari poſſint 82). *Magni Olai*, viri alias eruditiſſimi, ſententia, de *Edda* ab *edo* derivanda, refutari non eget. Nec plauſibilior eſt etymologia a *Biörnone* de *Skardzá* olim producta, qvod *Edda* ab *Odde, Sæmundi* multiſcii prædio, denominata ſit, utpote a *Sæmundo*, ut ille credidit, coepta, a *Snorrone* perfecta. Metuo autem, ne, dum ab aliorum conjecturis diſcedo, ipſe ad pejores delabar. Ut vero cum cæteris aliqvid et audere liceat, antememoratam dictionem ab *Oþr*, vocula maſculina, deduco, qvæ ſapientiam vel rationem primitus ſignificat. *Völuſpá:* Oþ gaf Hænir o: *rationem* (homini recens creato) *dedit*

79) voce *Edda.* 80) g 4. pag. 2. 81) Sagobrot ed. Peringſk. p. 21. 22.

82) forte *Gudmundo* et aliis hac occaſione in mentem venit, *Heidr* v. *Heiþr*, Sagæ v. Volæ nomen, *Johanne Olavio Grunnavicenſi* obſervante, in *Fridthioſi vegetiora*, qvin in ipſa *Völuſpá* obvium, qvo ad hanc opinionem inducti ſunt. E.

dedit Hænerus. Ejusdem originis vocabulum *æþi* in neutro gen. depromit Oda *Vaſþruþnismál:* æþi þer dugi i. e. *ſapientia tibi auxilietur.* Hinc, cum in Poëſeos ſtudio maximum olim artificium conſiſteret, Poëmata eodem nomine *Oþr* apellata ſunt; *Theodorus Kolbeinſon* in *Olai Tryggvonii Vita:* Oþr vex ſkálldz i. e. *augetur carmen Poëtæ.* Atqve ex hac maſculinæ vocis *Oþr* ſignificatione foemininum *Edda,* idem denotans, prognatum eſſe reor, cum ex maſculinis dictionibus foemininas ejusdem ſignificationis derivari, in antiqva ſeptentrionis lingva freqvens ſit; e. gr. ab *höttr* maſc. capitis geſtamen, ſit *hetta* foem. idem; a *köttr* maſc. felis mas, *ketta* foem. felis foemina; ab *hallr* maſc. lapis, *hella* foem. idem, et ſimilia. Nec vocalium in *óþr* et *Edda* diverſitas qvidem impedit. Ita enim a *köttr, höttr* ſuperius dicuntur *ketta, hetta.* Sic a *gódr* bonus *giæþi,* vel, ut ſæpe ſcribitur, *geþi* res bona, poſſeſſiones; a *broþir* frater, *bræþr* vel *breþr* fratri dat.; a *ſkoþ* noxa, *ſkeþr* nocet, et innumera alia 83). Cæterum þ et *dd* non raro inter ſe mutari, in vocula *ſaddr,* ſatur, apparet, qvam *Hymiſqviþa ſaþr* effert: áþr ſaþir yrþu i. e. *antequam ſaturi fierent* 84); item *Harbars-lióþ:* ſaþr em ec enn þeſſ i. e. iſtius etiamnum ſatur ſum. Similiter a *mæþi,* laſſatio, venit *mæddr,* feſſus; a *ſtaþr,* locus, *ſtaddr,* conſtitutus vel ſitus; a *ſkaþi,* damnum, *uſkaddr,* indemnis; ab *háþ* illuſio, *hæddr,* illuſus; a faþir, pater, *ſamfeddr, qvi eundem cum alio patrem habet,* et ſexcenta alia, veteris lingvæ gnaris nimis nota, qvos ſolos hujuſce meæ conjecturæ judices

83) in Schedula addidit: *þollr* maſc. in foem. *þella* ex *Kormaks Saga,* et: *ſtaddr 'á ſteddu* ex *Grettis Saga.* E.

84) locus hic *Hymisqvidæ* omni exceptione major non eſt; præſtat enim, et nexui orationis multo melius convenit *Saþir* ibi pro: *ſannir* i. e. *certi* accipere, uti in hac noſtra editione pag. 118 factum eſt. Teſtimonium vero carminis *Harbarzliod,* qvod ſeqvitur, rem ſatis evincit, cum plurima ſimilia facile addi poſſint, ſi opus eſſet. E.

dices agnoſco, gratias habiturus, ſi qvis veriſimiliorem produxerit, ipſe nec minus, ſi qvando melius erudiri contigerit, ab illa ſponte receſſurus. Qvamvis autem vocem *Edda*, in prædicto *Arnæ Abbatis* carmine, librum, ita vulgo nominatum, non denotare, probaſſe mihi videar, attamen ei *Eddæ* titulum penitus abrogare nolo, etiamſi aliqvantum depravatum eſſe credam, adeo ut qvi nunc *Edda* dicitur, olim *Eddu-bók* i. e. *Poëſeos liber* vocatus ſit, qvaliter et a *Biörnone* de *Skardz-á* ſemel allegatum invenio; qvem et forte librum nonnulli *Skállda-bók* i. e. *Poetarum Librum* vocitarunt, unde *Skalldæ* nomen, qvamvis parti tantum ejus hodie aptatum, provenire potuit, non ſecus ac *Originum Islandicarum Liber* caſtrato nomine *Landnáma* vulgo dicitur, qvem membranæ Reſenianæ inſcriptio et *Thorgilſi Plagipedis Vita Landnáma-bók* i. e. *terræ* (Islandiæ) *occupationis librum* multo rectius vocant; ut reliqva hiſtoriarum Islandicarum nomina, veluti ſunt: *Vatnzdæla*, *Laxdæla*, *Eyrbyggia*, contra membranarum fidem nimis inſcite detruncata, præteream, pro qvibus *Vatnzdæla-Saga*, *Laxdæla-Saga*, *Eyrbyggia-Saga* i. e. *Vatnsdalenſium*, *Laxdalenſium* etc. *hiſtoria*, omnino reponi debent.

Eddicis hiſce, *Sæmundi* nominis occaſione, nimis forte prolixe explicatis, *Annales* ſuccedunt, ab ejusdem *Sæmundi* fundo *Odda-Annalar* i. e. *Oddenſes Annales*, vel, ut aliis placet *Oddverja-Annalar* i. e. *Oddenſium Annales* vulgo dicti, qvi in Chartaceo exemplari, mihi ex Islandia transmiſſo, ab initio mundi incipiunt, ac in anno chriſti 67 deſinunt. Tractant autem antiqviſſima regnorum Hebræorum, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Latinorum, et omnium fere nationum primordia, ac regnantium apud varias gentes ſeriem tradunt, vitas inſuper clarorum virorum aliasqve memorabiles res non raro adjungentes. Hos Annales *Sæmundum multiſcium*, ex lingva Latina, in Islandicam, qva ſcripti ſunt, convertiſſe, inſcriptio claris verbis aſſerit; clauſula vero, eundem illos Latine compoſuiſſe, ac alium aliqvem Islandice poſtea transtuliſſe, non leviter innuit. Sed qvales nunc ſunt *Sæmundum* nec Latine nec Islandice conſcripſiſſe certum eſt, cum ex pluribus, ſe antiqvioribus,

oribus, conſarcinatos eſſe, ex ipſis clare liqveat; et qvidem nuper paſſim interpolatos ſatis evincit ſtylus paſſim plane recens, et omnium luculentiſſime illa, qvæ ad annum mundi 3513 habent, Græciam ſcilicet ob bella inter Laconas et Athenienſes non ſecus ac Islandiam ob diſſidia inter Ögmundum & Jonam epiſcopum, libertatem priſcam amiſiſſe. Accedit qvod *Danum* A. M. 2598 Daniæ, et *Magogum* circa A. M. 1800 Sveciæ, primos Reges faciant, eorumqve ſucceſſores ex mente *Saxonis* et *Joh. Magni* proferant, qvæ a nupero qvodam ſuperiore ſeculo aſſuta eſſe non ignorare poteſt, qvi antiqvis Islandis, de Daniæ et Sveciæ Regum catalogo, cum dictis ſcriptoribus non convenire novit. Interea tamen fatendum, multa in his annalibus reperiri, qvæ non ita pridem elaborata eſſe, dictio non nova arguit. Hæc an *Sæmundus* ſcripſerit, nec ne, ex tacentibus antiqvitatibus nihil concludi poteſt: qvod non fecerit, argumento, ab aetate illius deſumto, ſuperius probabile reddidi. Qvicqvid ſit, negari non poteſt, eorum auctorem ſuo tempore docti nomen meruiſſe, qvamvis hæc cum cæteris, dictis annalibus contentis, omnino ſint indigna, qvæ hodie legantur. Nihil itaqve de dictorum *Annalium* antiqvitate dicendum habeo, niſi qvod illorum exemplar, æqve ac hoc interpolatum, *Biörnoni* de *Skardzá* ad manum fuiſſe, ex opere illius de *Runis*, ſcripto 1642, videam, ubi eos allegat, ac, citra ullum ex antiqvitate productum teſtimonium, a *Sæmundo* compoſitos eſſe dicit. Ejusdem *Sæmundi* Annales indigitat *Runolfus Jonas*, ubi ex *Annalibus Oddverianis*, ut ille vocat, A. S. F. i, e. auctore *Sæmundo Fróda*, refert, Norvegorum familias Anno 874 Islandiam primum occupare coepiſſe. Cum autem meum exemplar, uti antea dictum, annum tantum chriſti attingat 67, illud, qvo hic uſus eſt, completius fuiſſe oportet; niſi, qvod magis credo, allegata hæcce, qvippe in omnibus Islandiæ Annalibus occurentia, ex alio qvodam exemplari deſcripſerit *Runolfus*, qvod *Sæmundum*, virum inter Islandos nimis celebrem, confeciſſe forte exiſtimavit. Ad præſcriptam Runolfi traditionem ni fallor reſpexit *Gudmundus*, dum Præfat. in *Völu-ſpá* ed. Hafn. 1673 85), et ex eo *Reſenius* Præfat. ad Lex. Isl. *Gudmundi Andreæ* 86),

85) Lit. b. pag. 2. 3. conf. ſupra not. 44 et 65. 86) pag. 12.

Sæmundum Annales ſev chronicon ab orbe condito usqve ad ſua tempora conſcripſiſſe aſſeruit, illum vero diſcendi gratia in Germaniam tranſiiſſe, Coloniæ ad Rhenum (Moenum corrigo) gymnaſium triennio frqventaſſe (Lutetiæ *Sæmundum* adoleviſſe ſcribit *Brynjolfus* in conjectaneis in Sax.), in Islandiam reducem Scholam qvalemcunqve in prædio ſuo erexiſſe, literasqve docere coepiſſe, nec non mox dictum *chronicon* latinis ut plurimum literis exaraſſe; cum Runica tantum literatura antea in uſu fuerit, literamqve ex Runicis (þ intelligit) necesſario retinuiſſe, ac, ne illius uſus et valor peculiaris ab idiomatis commoditate periret, alphabeto Latino ad finem ſubjunxiſſe. Qvæ loco cit. memorant *Reſenius*, *Gudmundus*, & *Runulfus* Ling. Sept. elem. aſſert. 3 vulgares Islandorum relationes magis qvam vetuſta documenta ei ſubminiſtraſſe puto. Illa autem, qvæ de *Saemundi* a magiſtro ſuo diſcesſione ibidem tradit, magiſtrum nempe illum, in patriam revertere volentem, ſummopere tardaſſe, tam qvod ſqvalidam illam terram tam perito viro omnino putaret indignam, tam qvod ingenioſa ejus opera ipſe frui deſideraret; *Sæmundum* vero a magiſtro, arte eluſo, ſe avulſiſſe, tandemqve eluctantem ſolum vertiſſe, ex *Biörnonis* de *Skardzá* antedicto opere Runico fideliter deſumſit. Is vero eadem extraxit ex inſulſa fabula, qvibusdam *St. Jonæ vitæ* exemplaribus inſerta, qvæ *Sæmundum* maternam lingvam nomenqve ſuum, ac omnia, qvae in patria egerat, oblitum fuiſſe perhibet, *Jonæqve* epiſcopo, in peregrinatione Romana conſtituto, obviam factum, *Kolli* nomen, a Magiſtro ſcilicet inditum, profeſſum eſſe, *Jonam* autem, divinitus edoctum, eum noviſſe, nomenqve genuinum ac res in pueritia peractas ei in memoriam revocaſſe, utrumqve deinde, abſente magiſtro, diſcipulum alias dimittere nolente, fuga abiiſſe; hunc vero, ex aſtrorum inſpectione, de abitu eorum certiorem factum, illos continuo ſectutum eſſe, *Sæmundum* autem, magiſtri iter ſimili peritia ex aſtris videntem, calceum aqva refertum capiti ſuo impoſuiſſe, qvo ſtratagemate magiſtrum, cœlum verſus ſpeculantem, eluſum, diſcipulum ſuum aqvis ſubmerſum credidiſſe, ſed mox,

demto

demto calceo, reiqve veritate ex aſtris comperta, eos iterato inſecutum eſſe, usqvedum *Sæmundus* calceum ſangvinis plenum capiti ſuo denuo ſuperimpoſuit, qva mutatione in cœlo viſa, magiſtrum, qvaſi de diſcipuli nece certum, domum rediiſſe, *Sæmundum* autem cum *Jona* evaſiſſe 87). Puderet aniles haſce nugas adſcribere, niſi partem earum alios in *Sæmundi* vita antea retigiſſe viderem. Decreſcente vero apud Islandos antiqvitatum notitia, tanta invaluit *Sæmundiani* nominis celebritas, ut qvicqvid in iis docte, qvicqvid accurate elaboratum fuerit, illi, fere ſine ulteriori disqviſitione, adſcribi conſveverit 88). Qvibus famæ viribus inter plures obrutus antedictus *Bjornus* de *Skardzá* in opere ſuo Runico *Sæmundi* labores hiſtoricos ni-

 mis

87) gemina huic Fabulæ cenſeri debet altera, qvam vir b. in Schedula adjecta annotavit hoc modo. "*Compendium hiſtoriæ univerſalis*, qvod mihi eſt in 4to majori:" hann (Adam) var LX at hæd, epter Sögu *Sæmundar*, hann var ſkapadr epter líkneſkiu ſiálfs Guds at likams formi, hafandi CCXL og átta bein, og CCC og LX æda i. e. *Ille* (Adamus ſcilicet) *LX ulnas altitudine æqvabat, ſecundum relationem* Sæmundi, *creatusqve erat ad imagiuem Dei ipſius, qvâ formam corporis*, CCXLVIII *oſſa, venarum vero* CCCLX *habens.*" ad qvæ vir b. "An ergo nugator hicce impie credidit, Deum tot oſſibus et venis conſtare, et humana forma præditum eſſe. *Sæmundum* certe Sacerdotem ſaniores de immenſo et æterno ſpiritu opiniones foviſſe indubitanter credimus. incredibile (ſcilicet) eſt Sæmundum ita rudem fuiſſe, ut hanc ſtultitiam aſſereret; potius ſtatuendum erit compendii hujus ſcriptorem (*Sæmundi* nomine) nugis ſuis auctoritatem addere voluiſſe."

88) exempli loco vir b. in Schedulis ſolutis annotatum reliqvit: *Niali Vitam a Sæmundo froda* compoſitam eſſe qvidam volunt, neſcio qvibus innixi argumentis" (inter hos inprimis memorat *Biornonem* de *ſkardzá* tam in *Commentario in Egilli Skallagrimii Höfudlauſn* ſ. *Redemptionem capitis* Stropha: *varat villur ſtadar*, qvam in *Centone* ſ. excerptis ex *Libro Origg. Island.* et aliis antiqvis hiſtoriis, ubi præterea addit: *Sæmundum* magnam partem *Vitæ Olavi Tryggvonii* Norvegiæ Regis compoſuiſſe). "*Sæmundum Fróda* auctorem eſſe *Hálfsrecka-Sögu* (Halfi Regis Vitæ) ſibi videri ait is, (absqve dubio *Gudmundus Olai*), qvi conſignationem fecit Svecice librorum Islandicorum ab *Helgone Olai* Stockholmiæ exaratorum."

mis celebravit, ſuisque inibi poſitis verbis *Thormodo Torfæo*, viro in antiqvitatibus hodie verſatiſſimo, illa, qve ex ejus ser. Reg. Dan. Nobiliſs. allegat *Bartholinus* Antiqv. Dan. p. 192, ſcribendi anſam dedit. Hæc *Torfæus*, Biornonem fere ſecutus, juvenis ſcripſit, qvæ qvod hic commemoraverim, illum, pro ſuo candore æqve laturum confido, cum in ejus offenſionem ne verbum qvidem dictum velim. Sed de *Sæmundo* diſſerendi hic tandem finis eſto, cui vere contigerunt illa Poetæ:

Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas,
Majus ab exeqviis nomen in ora venit.

VAF-

VAFTHRUDNISMAL.

CONTENTUM.

Hæc Ode, qvæ inter Eddicas in Codice Regio qvarta eſt, ad modum colloqvii, majoribus adamati, iter qvoddam deſcribit, ab *Odino*, ſub *Gangradi* nomine latente, ad *Vafthrudnem* Gigantum, ſed ſine dubio Jotunorum vel Jotorum, qvendam Principem ſuſceptum. Cujus itineris hic erat finis, ut certarent, experirentur, demonſtrarent, uter ſapientior haberetur. Multis igitur qvæſtionibus ultro citroqve motis, ſolutisqve, plurima, qvæ majorum in religione dogmata continent, proponuntur. Sunt ſc., qvæ eorum Cosmogoniam, ut ſtrophis XXI. XXIX. XXX. XXXIII. illuſtrant. Sunt, qvæ eorum de mundi interitu ideas docent ſtroph. ſc. XIX. XLV. XLVII. XLIX. LIII, & hominum poſt mortem conditionem Stroph. XL. Sunt alia deniqve, qveis rerum naturalium ratio exponitur, ſtroph. nempe XII. XIV. XXII. XXV. XXVII. XXVIII. XLII. XLV.

1. ODINN.

Ráþ þv mer nv Frigg. 1)
allz mic fara *a*) tíþir
at vitia *Vafþrvþnis.*
forvitni micla
qveþ ec mer á fornom ſtavfom
viþ þann inn alſvinna iotunn. 2)

1. *ODINUS.*

Da mihi conſilium 1) *Frigga!*
Siqvidem cupio
Inviſere VAFTHRUDNEM:
Aviditatem magnam
Profiteor eſſe mihi contendendi de antiqvis literis (myſteriis)
Cum omniſcio iſta 2) *gigante.*

a) al liſtir.

1) *Frigga*, *Fiörgvini* filia, conjux *Odini* erat *Reginaqve* coeli. vid. Mythol. III & XXX. coll. cum illuſtriſſ. Dni *P. F. Suhm* ſcripto *de Odino.*

2) Per *Jotnos*, majores noſtros, non modo homines, ingentia corpora, ſed etiam dæmones, genios, ſemideosqve, intellexiſſe neceſſum eſt. In priori ſignificatu nobis adhuc ſumitur, ut olim; unde *Jötunheimr* Jötunorum patria. Deos autem, ſed medioxumos, fuiſſe ex Stropha XXXVII infra, ubi de *Hræſvelgo*, Ventorum patre, qvi *Jotunn* apellatur, agitur, facile patet. conf. *Edd.* Mythol. IV. de *Ymero.* Nec obſtat illa negans, *Ymerum*, pro Deo, habitum fuiſſe; ſcilicet ex plebe minorum deorum eſſe potuit, nec tamen divino cultu celebratus. Ita apud *Ovid. Jupiter.*

Sunt mihi *ſemidei*, ſunt ruſtica NUMINA Nymphæ
Faunique, *Satyrique*, & monticolæ *Sylvani.*
Qvos coeli — — nondum dignatur honore.

Reſpondent igitur *Jötni* Græcorum *Titanibus*, qvos non ſolum *Heſiodus* in θεογονια. v. 640. ſed ipſe Ζευς v. 640. ibid. Θεος apellant. Inter hos atqve *Gigantes*, contra *Heſiodum* l. c. v. 207. coll. cum v. 185. & *Diodor. Siculum* Lib. V. p. 327. qvos ſeqvuntur *Procopius Gazæus*, *Albericus Philoſophus*, & *Servat. Gallæus* &c. eos confundentes, hoc diſcriminis eſſe docet *Servius* ad *Æneid.* L. VI. v. 580. qvod "*Titanas* contra *Saturnum* (*Terra*) genuerit, *Gigantes* poſtea contra *Jovem*, & ferunt fabulæ *Titanes* ab irata contra Deos *Terra* ad ejus ultionem creatos, unde & Titanes dicti ſunt απο της τισεος ϑ: ultione." Sed cum in his differentia ſpecifica nulla adſit, crediderim *Titanes* cum *Gigantibus* eosdem eſſe, qvod vel communes utrisqve natales, forma, mores, ſat ſuperqve evincunt. Diverſa cæterum nomina, diverſis temporibus, uni eidemqve genti, data eſſe conſtat.

II. FRIGG.

Heima letia
ec munda heriafaudr 3)
í gaurdom goþa,
b) þvíat engi iotvnn
ec hvgþa iafn ramman,
ſem VAFÞRVÞNI, vera.

II. *FRIGGA.*

Domi manere ſvaderem
3) *Heroum Patri*
In manſionibus Deorum;
Nullum enim gigantem
Ominor fortitudine parem
Vafthrudni eſſe.

III. ODINUS

Fiölþ ec fór, 4)
fiölþ ec freiſtada,
fiiöþ ec reynda Regin;
hitt vil ec vita,
hve VAFÞRVÞNIS
ſala-kynni ſe.

III. *ODINUS.*

Multa obivi, 4)
Multa expertus ſum,
Multa tentavi divinarum virtutum;
Scire igitur cupio,
Qvalia VAFTHRUDNIS
Domicilia ſint.

IV. FRIGG.

Heill þv farir,
heill þv aptr komer,

IV. *FRIGGA.*

Salvus ito!
Salvus redito!

Heill

(*b* þvi engi. L.

3) *Heria-faudr* ſ. virorum Heroumqve pugna fortium Patrem Odinum vocat Eddæ Myth. III. Fieri etiam poteſt, ut *Heriar*, hic ſint illi *Einheriar* ɔ: Monoheroes, Valhallæ cives in Myth. XXXV. *Ein* per apocopen ablato. Stropha IV. eum vocat *alldn-faudr* qvod ſignificare poteſt & Seculorum ɔ: æternum patrem, & hominum genitorem; nam Öld, *Auld* 1. ævum 2. homines eo viventes denotat.

4) *Plurima obivi.* Ex Oda Eddæ Sæmundinæ *Grimnismálom* conſtat *Odinum* XLII itinera ſuſcepiſſe perſonatum. Etenim hæc, qvæ ſingulis itineribus nomina ſibi dederit, diverſa enumerat. In his *Gangradi* deeſſe miror, niſi pro *Gangleri*, ibi occurrente, legi debeat *Gangradr*, qvod facilis credo. *Gangleri* qvippe nomine latuit olim *Gylvius* Rex Sveciæ, *Odinum* & ſocios exploraturus. Ex omnibus vero ejus itineribus hoc modo ſuſceptis, nota nobis tantum ſunt, qvæ 1) *Vegtams-qvida*, ſæpius impreſſa. 2) *Hervararſaga* Cap. XV. pag. 142. 3) *Grimnismál.* 4) Mythol. Eddæ Snorr. LI. & 5) iter, qvod hæc noſtra, deſcribunt.

Heill þv Aſynnom 5) ſer.
Öpi þer dvgi,
hvars þv ſcalt 6) or alldafavþr
orþom mæla iotvn.

Salvus Deabus 5) eſto!
Ingenium tibi ſufficiat
Ubicunqve opus habueris noſter 6) æternitatum Pater!
Verbis alloqvi Gigantem.

v.

Fór þá Opinn
at freiſta orþſpeci
þeſs inns alſvinna iotvns.
at haullo hann com,
er átti Imsfader. 7)
inn gecc Yggr 8) þegar.

v.

Abiit protinus Odinus
Tentatum colloqviis ſapientiam
Omniſcii iſtius Gigantis.
Ad aulam venit
Qvam poſſedit Gigantum Pater. 7)
Intrat Yggus 8) *ſtatim.*

vi. ODINUS.

Heill þv nv Vaſþrvdnir!
Nv em ec í haull kominn,
á þic ſiálfann ſiá.
Hitt vil ec fyrſt vita,

vi. *ODINU.*

Ave Vafthrudnis!
Jam tuam ingreſſus ſum aulam,
Te ipſum videndi gratia.
Cupio autem inprimis ſcire:

5) *áſinnum* o: interim *Dan.* imidlertid, ſaa længe, legit Cod. *Reg.* ſed placet magis lectio Cod. *Svecici*, qvam reſtnui. Scilicet *Frigga* de conjuge Deo ſollicita, anxiaque, optat ſibi & Debus cæteris gaudium, ex felici Odini reditu percipiendum.

6) *Or* pro *vor* noſter, optime apud antiqvos dicitur; hujus loco *vid* ſc. cum *Vafthrudne* habet Codex *Langebeckianus.*

7) *Imsfader* ſ. ut Cod. *Langeb.* vult, *Ymisfader* o: *Ymeris* Pater, *Vafthrudnem* notat, aut qvia filium habuit nomine *Ymerum*, aut (qvod rectius eſt) cum Pater, Princeps, ſ. Rex eſſet *Jötnorum*, qvi *Ymero*, (de qvo infra,) editi erant. Adeo ut in una hac voce duo adſint tropi, Metonymia ſc. efficientis in *Ymero*, qvi pro effecto, poſteris nempe, ponitur, & Metaphora, qva Pater pro Rege adhibetur.

8) *Yggr.* unum ex *Odini* nominibus, mihi ab at *hyggia* ſ. *Yggia* curare, attentum eſſe. Qvod *Odino* ſ. Deo dignius eſt, qvam ſi ab *yggr*, *yggilegr* o: ſuſpecto, timendo, derivetur.

Ef þv fróþer ſer
c) eþer alſviþer iotvnn. 9)

An ſapiens ſis
Omniſciusve Gigas? 9)

VII. VAFÞRUDNER.

Hvat er þat manna,
er í mínom *d*) ſal
e) verþomc orþi á?
Vt þv ne comer 10)
orom haullom *f*) ofrá
nema þv inn ſnotrari ſer.

VII. *VAFTHRUDNIS.*

Qvis ille hominum eſt,
Qvi meis in domiciliis
Alloqvitur me verbis?
Neutiqvam egrediaris 10)
Ex noſtris aulis,
Niſi eo ſapientior ſis.

VIII. ODINN.

GAGNRÁÞR 11) ec heiti,
Nú emc af göngo kominn
þyrſtr til þinna ſala,
Laþar þurfi
hefi ec lengi farit
oc þinna andfánga Jotvnn.

VIII. *ODINUS.*

GAGNRADUS 11) *nominor,*
Jamqve de via veni
Sitibundus ad tua domicilia.
Hoſpitalitatis indigens
Diu vagatus ſum
tuæqve Gigas! receptionis.

IX.

c) edr Cod. *Ericius.* *d*) ſaulum. *e*) verpo mic. *gloſſa eſt.* *f*) frá C. E. *al* orfrá

9) *Jötnn.* Sunt qvi putant voce *Jotun* Iconima appellato propinari, ſed falluntur, qvod vel *Gagnradus* hoſpes, *Vafthrudnem Jotun* ſalutans, edocet ſtropha hac & 8. maximum initurus periculum, ſi heröe tanto fuiſſet indignum, conf. Stropha XIX. ubi ſe ipſum vocat Jötunem *Vafthrudnis.*

10) *Neutiqvam egrediaris* &c. Convenit hoc cum Mythol. Eddæ II. ubi *Har* ſ. *Odinus*, *Ganglero* hoſpiti, Deorum ſapientiam tentaturo, minatur, exitum illi liberum minime conceſſum iri, niſi eo ſapientiorem ſe probaret Diis. Nec aliter hic evenit; ſiqvidem periculum ſapientiæ atqve ſimul capitis ineunt *Vafthrudnis* & hoſpes. vid. *Stropha* XI coll. cum Stropha LV.

11) *Gangrádr* legit Cod. *Eric.* qvod vtiqve rectius; denotat hoc itinere cinctum, viatorem, qvo verba *jam de via veni* tendere videntur. Male vero *Gagnradi* c: conſiliis ingenui nomen ſibi indidiſſet Odinus, qvippe qvi verſutus erat malefidusqve. C. S. legit, *Gagnradir.*

IX. VAFÞRUDNIR.

Hví þv þá GAGNRÁÞR
g) mæliz af golfi fyr?
12) farþv ſ ſes ſ ſál.
þá ſcal freiſta
b) hvarr fleira viti
Geſtr, eþer inn gamli þvlr. 13)

IX. *VAFTHRUDNIS.*

Qvi igitur GAGNRADE!
Nos de pavimento alloqveris?
Pete in aula ſedem 12);
Et tunc experiundum erit
Uter plura ſciat,
Hoſpes, an orator 13) *ſenecïo.*

X. GAGNRADR.

Óaubigr maþr,
er til aubigs kömr,
mæli þarft-eþer þegi. 14)

X. *GAGNRADUS.*

Pauper homo,
Qvi divitem adit,
Proferat utilia, cæteroqvin taceat. 14)

Ofrmæl-

g) mælir. *b*) hver.

12) Mos fuit majoribus a prima memoria, ubi perſonas illuſtres & melioris notæ adierunt, honoris ergo coram ſtare, nec niſi juſſu ſedere. vid. Edd. §. 2. "ſtattu frammi ſagdi Hár medan þu fregnar. ſitia ſkal ſú er ſeigir ɔ: *Har Gylfium, dum qværeret, coram ſtare juſſit, addens, dicentem ſedere debere.* Sed hoſpitalitas feſſis qvietem, exoptata hero ſalute, digito monſtravit.

13) *þulr.* ut hanc dudum obſoletam vocem intelligamus, opus eſt, ad majorum mores provocare. Hi pigritiem ignaviamqve odio habentes, *ſi otiandum eſſet*, omnes in hoc intendere nervos, *ne otioſi eſſent, neqve ſuum otium foret otioſum.* Hinc viri foeminæqve ſenio confecti, & rebus gerendis vires poſcentibus inutiles, ſellularias exercebant artes, in juvenibus erudiendis qvam plurimum occupatas. Sic alii philoſophabantur; alii hiſtorias, & fortia facta virum enarrabant; alii cauſas ferventis ad modum fori, ſed domi ſuæ, perorarunt. vid. *Joh. Erici* notas in *Gunnl. Ormſtungæ* vit. pag. 48. & ſeqq. Omnes *þylia* ɔ: orare, perorare, recenſere, repetere, fabulari, dicebantur, ſedi inſidentes ſ. cathedræ illis *þularſtóli* ɔ: cella oratoria. vid. *Havamâl* a *þula* prolixus ſermo, oratio. Qvi docendi modus literis antiqvior ſit, neceſſum eſt, imo maxime proficuus, qvippe in Academiis adhuc ſervatus. Hinc *þulr* orator, ecnfabulans. A. S. *þyla*, *þyle* orator occurrit apud *Lye* & *Manning*,

14) *Proferat utilia* &c. idem *Euripides* apud *Stobæum*:

Ἥλεγε τι σιγης κρειττον, η σιγην εχε.

Dogma noſtris majoribus proprium, ſapiente dignum, qvi (ut ait *Ennius*) *multa loqvive, tacereve poſſet*, vindicat *Maxim. Tyrius* Diſſert. XV. dicens: "Ηλθεν εις Ἑλληνας εκ τῆς Σκυθῶν γῆς των εκεῖ βαρβάρων ανὴρ σοφος σοφίαν ὰ πολυῤῥήμονα, ωδὲ λάλον. αλλ' ην αυτῆς τὸ κεφάλαιον, βιος ακριβὴς κὰι γνώμη ὑγιὴς κὰι λογος βραχὺς, ευστοχος, εοικως ὰ

πελ-

Ofrmælgi micil 15)
hygg ec at illa *i*) geti
hveim er vip kaldrifiadann kömr.

Loqvacitatem multam
Ominor male ceſſuram eſſe 15)
Illi, qvi cum malevolo rem habet.

XI. VAFÞRUDNIR.

Segþv mer GAGNRÁÞR,
alz þv á golfi vill
Þíns vm freiſta frama.
Hve ſá heſtr heiter,
er *k*) hverian dregr
Dag *l*) oc dróttmavgo?

XI. *VAFTHRUDNIS.*

Dic mihi GAGNRADE!
Siqvidem in pavimento cupis
Tuæ virtutis experimentum dare:
Qvo nomine eqvus iſte inſigniatur,
Qvi ſingulos trahit
Dies ſuper humanum genus?

XII. GAGNRÁDR.

SCINFAXI 16) heiter,
er inn ſcíra dregr

XII. *GAGNRADUS.*

SKINFAXI 16) (*juba ſplendens*) *vocatur*
Qvi ſerenum trahit

dag

i) vegni. C. L. *k*) inn ſkira. i. e. ſerenum P. S. er hveriann dag.
l) dregr drottmaugo. C. S. *alii legunt* of *pro* oc

πελτασῃ μισθοφορῳ απροσωπως θεοντι, αλλ' οπλίτῃ βαδην ιοντι, καὶ κινυμενῳ ασφαλῶς. Et in hoc non *Pythagoram*, cujus, pergente Tyrio, ησαν λογοι εοικοτες τοις νομοις βραχεις καὶ επιτομοι, ſecuti ſunt, ſed e contrario eos Samius ille doctor imitatus eſt. Sed erint, qvi contendant *Anacharſim* illum *Scythum* inter exteros, præſertim *Græcos*, evaſiſſe ſapientem, auctoritate *Herodoti*, Lib. IV. §. 76 & 77. fulti. His ingenue fateor me, hac in re, hiſtoriæ Patrem minime tanti facere, ſuis qvippe popularibus ſæpius blandientem, qvanti *Juſtinum* Lib. II. c. 1, 2. et *Platonem* in *Cratylo*, ubi minime negat *Græcos* plurima a *Scythis* accepiſſe. *Clementem Alexandrinum* taceo, *Theodoretumque*, idem confirmantes.

15) Etenim ſecundum Græcos

Ξενω μαλιστα συμφερει το σοφρονειν.

16) *Skinfaxi* o: jubare jubatus, cujus juba non modo radiis coruſcat perennibus, ſed iisdem cœlum illuminat atqve ſolum vid. *Edd. Snorr.* Myth. VIII. Auroram hunc eſſe credo, qvæ Græcis φωσφορος vocabatur, Latinis *Lucifer* eqvum deſultatorium mane habens album. Nec a noſtri diſcriptione multum differt *Varronis* illud "*Jubar dicitur ſtella Lucifer, qvæ in ſummo habet diffuſum lumen, ut Leo in capite jubam.*

dag vm drottmavgo.
Heſta beztr þyccer
hann meþ reidgotom 17).
æy lyſir mavn af mari.

Diem ſuper humanum genus;
Eqvorum optimus habetur
Ille inter eqvos 17);
Semper lucet juba eqvi.

XIII. VAFÞRUDNIR.

Segþv þat GAGNRÁDR etc
m) Hve ſá jór heiter
er avſtan dregr
nótt oc 18) nyt reginn?

XIII. *VAFTHRUDNIS.*

Dic GAGNRADE! *etc*
Qvid ſit eqvo nomen,
Qvi ex oriente trahit
Noctem ſuper 18) *benefica numina?*

XIV. GAGNRÁDR.

HRIMFAXI 19) heiter,
Er hveria dregr
Nótt oc nyt reginn.
Meldropa fellir hann
Morgin hvern,
Þadan kömr davgg *n*) vm dala.

XIV. *GAGNRADUS.*

HRIMFAXI 19) (*juba pruinoſus*) *vocatur,*
Qvi ſingulas trahit
Noctes ſuper benefica numina.
De lupatis ſtillare facit guttas
Qvovis mane,
Inde venit ros in convalles.

m) als þú á golfi vill þíns um freiſta frama. *repetunt chartacei Codd.*
n) í dali. *gloſſa.* C. Er.

17) *Reidgotum;* ſunt qvi volunt *Reidgota* hic verti *Reidgotalandiæ* incolas; ſed qvæſo, cur ſolos apud Gothos optimus tantum haberetur? cum tamen videatur *Gangradus* innuere, eſſe eum omnium omnino eqvorum præſtantiſſimum. Placet igitur *Reidgota*, eqvum vertere. Qvomodo inqvies? ſcilicet a *Reid* eqvitatio, iter eqveſtre, & *Goti* A. S. *Gotend* accelerans, pro qvo hodie *ſkióti* dicitur, compoſitum eſt. Sit adeoqve *Reidgoti* eqvitationem accelerans, translate eqvus. Taceo *Gota* vocari in *Edda* feras, & κατ εξοχην eqvos; hos ab *Gota Gnmuari Ginka* filii eqvo, illas a celeritate, nominis illud acqviſiviſſe puto. Poſſunt tamen etiam *reidgotar* eqvites vocari.

18) *benefica numina.* eodem modo Heſiodus Deos vocat in θεογ.

——— δωτῆρες ἐάων.

19) De *Hrimfaxe* eqvo ſc. pruina jubato, per qvem *Heſperum* intelligo, qvæ refert *Edda Snorr.* Mythol. VIII. hinc deſumſit. *Meldropar* guttæ ſunt, decidentes, ubi eqvus (cum *Arato* loqvor)

Spu-

XV. VAFÞRUDNIR.

Segþv þat GAGNRÁÐR etc
Hve ſv á heiter,
er deilir meþ iotna ſonom
Grvnd, oc meþ goþom?

XV. VAFTHRUDNIS.

Dic GAGNRADE! *etc*
Qvid ſit fluminì nomen,
Qvod hominum inter filios dividit
Terram, atqve Deos?

XVI. GAGNRÁÐR.

IFING 20) heitir á,
er deilir meþ *o*) álda ſonom
Grvnd, oc meþ goþom:
Opin renna hon ſcal
Vm aldr daga
Verþrat ís á á.

XVI. GAGNRADUS.

IFING 20), *vocatur amnis,*
Qvi dividit mortalium inter filios
Terram, atqve Deos;
Apertus fluet
Per ſeculorum dies;
Nunqvam fiet glacies in fluvio.

XVII. VAFÞRUDNIR.

Segþv þat GAGNRÁÞR etc
Hve ſá vavllr heiter,
Er finnaz vígi at
SVRTR 21), oc in ſvaſo goþ.

XVII. VAFTHRUDNIS.

Dic illud GAGNRADE!
Qvid nominis habeat campus
Ubi in cædes ruent
SURTUS 21), *& placida numina?*

XVIII.

o) Jötna ſonum *Cod. Er.* aldnaſonom C. S.

Spumanti mandit, ſed qva ferus, ore lupata. compoſitum eſt 1) *a mel* hod. *mil* & *miel* lupus, lupata, Græce λυκος, ferrum ſ. catena ferrea oris equino indita, a verbo at *milia* contundere. 2) *dropi* gutta, *y. at driúpa* ſtillare. Alias *mili* in Sveonum poëſi ſumuntur pro freno, ex gr. Sádel aff Sölff och forgyldene *mile*, ſier med pläga Swenſke Jomfruer at ride. vid. Rudb. Atlantic. Tom. I. pag. 648. Cap. 24 §. 4.

20) *Iſing.* Origines majorum noſtrorum retegens *G. Schönning* amnem hunc cum fluvio *Vuim*, Uvim, aut *Uſa* eundem eſſe ſtatuit. *Norſke Folkes Oprind.* p. 111. Sed poteſt fieri, ut moralem ſimul habeat hæc ſtropha ſenſum, qvo, *Iſing* diſcordiam, inimicitiam perpetuam, nec unqvam coaleſcentem, notet, qvæ fluminis inſtar inimicos Diis *Jötnos*, hominesqve, a beatorum diſterminat ſedibus; etenim nobis *Iſing* dicitur animi ad iram commotio, & *iſa* ad iram provocare.

21) *Surtus.* Hic, & infra Strophis XLIV ad finem, agitur de conſummatione ſeculi. Fieri hæc dicitur

XVIII. GAGNRÁDR.

p) VIGRIÞER 22) heiter völlr,
Er finnaz vígi at
SVRTR, oc in ſvaſo goþ:
Hvndraþ raſta
hann er á hveriann veg.
ſá er þeim völlr vitaþr 23).

XVIII. *GAGNRADUS.*

VIGRIDI 22) *nomen campo eſt,*
Ubi in cædes ruent
SURTUS, *& placida numina:*
Centum milliaria
Longus is eſt qvaqvaverſum.
Hic illis deſcriptus 23) *eſt campus.*

XIX. VAFÞRUDNIR.

Fróþer ertv nv geſtr,
far þv á becc iotvns,
oc melomc í ſeſſi ſaman.
havfþi veþia
viþ ſcolom havllo í
Geſtr! vm gedspeki.

XIX. *VAFTHRUDNIS.*

Sapiens vere es hospes!
Adi ſcamnum Gigantis,
Atqve colloqvamur ſedentes:
Capitis periculum faciamus
Nos in aula,
Hospes! ſuper ſapientia animi.

p) *Gigridr* Cod. S. Qvæ lectio ſat ridicula venit ex ſimilitudine τȣ V majuſculæ in Cod. membr. cum hodierno G. Verum collatis inter ſe vocibus a V incipientibus omne dubium evaneſcit, qvin legendum ſit *Vigridr.*

---

tur prælio inter *Surtum*, inimicis Deorum ſtipatum, atqve numina. Eſt Vero *Surtus* finium *Muspellshemiæ* Rector, gladium radiis ſole clarioribus rutilantem manu geſtans. Ille in fine ſeculi, ante ſuos vectus eqvo, comitibus flammis, in cædes ruet, numina vincet omnia, inqve cineres totum vertet mundum. vid. *Voluspá* Stroph. XLIX. Edd. Mzthol. IV & XLVIII.

22) Aliter Carmen *Eddæ Sæmund.* de *Sigurdo Fafnerem* occidente. Qværit hic *Sigurdus.*

Seg þú mer þat Fafner: ɔ: *Dic age Fafnere:*
Hve ſá hólmr heiter, *Qvid appellatur inſula,*
er blanda heorlægi *Ubi commiſcent gladiorum ictus* (v ſangvinem)
Surtus oc Æſir ſaman Surtus *& Dii mutuo*
Reſpondet Fafner
Oſcopnir hann heitir ɔ: Oſcopnir *vocatur.*

23) *Vitaþr* ɔ: deſcriptus, in aliis vero monumentis, *lagdr*, *hasladr.* Solebant enim majores noſtri locum prælii hoſtibus ſolenniter præſcribere: & qvidem

1. Principes, ne cæde ac ſangvine omnia implerentur, anteqvam in deſcriptum deſcenſum eſſet campum. vid. *Hervar. Sag.* Cap. XIX, pag. 174.
2. Privati monomachiam inituri, ut res litigioſa, a momento oblati duelli, in ſtatu, qvo tunc erat, ſalva permaneret, ipſiqve hoſtes sem-

CAPITULUM.

xx. GAGNRÁDR.

Segþv þat iþ eina 24),
Ef þitt öþi dvger,
Oc þv Vafþrvþner viter:
Hvaþan iörþ vm com
eþer vphimin
fyrſt? inn fróþi iotvnn!

CAPITULUM.

xx. GAGNRADUS.

Dic age hoc primum 24),
Si tibi ingenium ſufficit,
Et tu VAFTHRUDNIS *noris*:
Unde terra venit
Superneve coelum
Primo? ſapiens Gigas!

XXI.

---

tempore intermedio o: usqve ad cauſæ deciſionem armis faciendam, utrinqve ſecuri eſſent. vid. *Arneſonii* Introd. ad Proceſſ. Island. Cap. VII.

24) Ut hæc & ſeqventia eo melius intelligantur, ex *Eddæ Snorr.* Mythol. IV & V. coſmogoniam afferre liceat. Illa hæc eſt. *Multa ante tempora, qvam crearetur terra,* † factus eſt Niſlheimus, *in cujus centro fons* Hvergelmer *dictus. Effluvia is habet* Suöl, Guntra, Fimbul, Thul, Slidr, Hridr, Ylgr, Sylgr, Wid, Leypter, Giöll, *proximum cancellis inferni flumen. Qvi in plaga meridionali primus erat mundus,* Muspell *vocabatur, lucidus ille calidusqve flagrans & torridus, extraneis, & præter domeſticos, omnibus acceſſu intolerabilis. In hujus mundi terminis ſedem habet* Surtus, *vid. Stroph.* 17. *Cæterum omnes qvi* Elivagi apellantur, *cum a ſcaturigine tam procul abeſſent, ut venenum, qvod fluebat ſimul,* obrigeret, indureſceretqve, *ſcoriæ inſtar ex igne ſcintillantis, in glaciem converſum eſt. Qvæ glacies cum conſiſteret, ſuperfuſa eſt jugiter veneni exhalatio, qvæ in pruinam congelata eſt, & ſic una ad aliam accrevit pruina usqve in Ginnungagap ſive ingens illud vacuum.* Ginnungagap *Septentrionem ſpectans, pondere & gravitate oppletum eſt glaciei & pruinæ, ſed introrſus aura & nebula. Pars autem ejusdem auſtralis ſcintillis ex* Muspellsheimo *advolantibus allevata fuit. Nam ut* Niſlheimus *frigus & omnia ferocia ſpirabat, ita qvicqvid* Muspellum *ſpectabat, calidum erat lucidumqve. Erat vero* Ginnungagap *leve ut aer ſine vento. Qvumqve aura caloris ab eo latere tangeret, congelata pruina, dum ſtillare incepit, in guttas reſolvta eſt vividas. Ex qvibus decidentibus, per virtutem ejus, qvi calorem miſit, homo factus eſt nomine Ymerus,* qvem Hrimthuſſi Aurgelmerem *vocant, ſuam illi originem debentes. Non erat hic* Ymer *Deus, qvippe qvi malus & tota ejus progenies. Sic autem refertur, qvod dormiens ſudorem emiſerit ſub ala ſiniſtra, unde mas & foemina nati ſunt, & qvod pes alter alteri filium genuerit. Hinc genus* Hrymthuſſorum, *qvorum primus fuit* Ymer. *Cæterum ex pruina proxime ſtillante vacca fiebat, dicta* Audumbla. *Ex ejus ubere qvatuor lactei amnes profluxerunt: his nutritus eſt* Ymer. — *Aſt* Böri *filii* Odinus, Vilius, & Ve *occiderunt* Ymerum. *& ferebant eum in medium* Ginnungagapii. *Hic crearunt ex illius carne terram; ex ſanguine ſalum*

† Opponere hic qvis poſſet, præteritum *var görr* factus eſt, eandem habere ſignificationem ac ἐγένετο cujus valor non ubivis idem eſt. Verum ingenue fateor me neſcire verbum *göra*, cujus participium *görr* factus, aliud ſignificare, qvam facere, creare.

XXI. VAFÞRUDNIR.

Or Ymis holdi
q) Var iörþ vm ſcavpvþ,
enn or beinom biörg,
Himin or havſi
ins hrímkalda iótvnns,
Enn or ſveita ſiór.

XXI. *VAFTHRUDNIS.*

Ex Ymis *carne*
Creata fuit terra,
Sed ex Oſſibus ſaxa,
Coelum ex cranio
Pruinâ frigidi Gigantis,
Sed ex ſangvine ſalum.

q) Varþ *Cod. Er.*

lum atqve flumina; ex oſſibus montes; ex oſſibus fractis & dentibus molaribus primoribusqve ſaxeta & lapides; ex capillis herbas; ex capite coelum; ex palpebris habitabilem hominibus orbem: & ex cerebro demum creatæ ſunt nubes. His, qvæ maxime confuſa ſunt & allegorica, contineri Syſtema Cosmogoniæ phyſicum nullus dubito, ita tamen, ut res haud paucæ eidem commixtæ ſint, qvæ ad tempora nobis propriora pertinent & referri debent. *Sic Bergelmeri* fabula ad diluvium ſpectat. Qvæ vero in his genuina erunt, & ab orbe boreali ante *Odini* ultimi adventum vulgo credita, in ſeqventes articulos reſolvi poſſe credo

1) Nulla materia, nulla res ab æterno fuit.

2) Qvoniam vero exiſtere coeperunt, neceſſum eſt ab omni æternitate fuiſſe principium aliqvod, ens ſc. perfectiſſimum, qvod cauſa rerum, creatorqve omnium eſſet, easqve ab æterno præcederet, illud ſc. qvod *calorem miſit*, & de cujus ortu altum eſt ſilentium.

3) Ens hoc ſapientiſſimum creavit omnium primum *Niflheim* ɔ: nebulæ mundum, locum. qvæ adeoqve prima eſt omnium materia.

4) Hac producta diviſit in regiones vaſtiſſimum, qvod tunc erat, vacuum, a lateribus ſpatii abyſſi intermedii, qvod *Ginnungagap* vocabatur, ubi aer tenuiſſimus erat, hic calorem, illic frigus conſtituens.

5) Aqvoſam deinde materiam ex *Elivagis*, qvos centrum fuiſſe puto fluminum ex *Niflheimo* effluentium, per leges motus agitatam promanare fecit in ſpatium vacui extenſi calorem inter atqve frigus medium.

6) Ex hac materia, pruinam ob frigus referente, hic calore fota, maſſam compoſuit, eiqve animam indidit, qvæ rebus deinde omnibus ineſſe credebatur. (vid. I. *Erici* Obſervat. pag. 34.) Hæc materia vocabatur *Ymer*, cui humanam tribuerunt majores noſtri formam, ideo forſan, ut conſtaret ſe putare hominem μικροκοσμον ex iisdem, ac mundum hunc, elementis eſſe conflatum.

7) Ex eadem materia mundum, locatum in media vacui ſede, hominem, & omnia creavit ſummum numen (Myth. II.), electis ad unum qvodqve ex illius particulis, qvod cujusqve fini obtinendo maxime conveniret.

Animadverterunt poſteri in creatione tres virium Divinarum ſpecies præ cæteris illuxiſſe: qvarum naturam conſiderantibus, nihil erat difficilius, qvam a conſvetudine oculorum aciem mentis abducere; ea difficultas induxit & vulgo imperitos, & ſimiles philoſophos imperitorum, ut, niſi figuris hominum conſtitutis, nihil poſſent (cum Cicerone loqvor) de diis immortalibus cogitare. Et is modus eſt, qvo creationem *Büri* filiis *Odino*, *Vilio* atqve *Veo* Edda tribuit Mythol. VI. Hoc vero ita factum eſt. Erant olim illi, viri heröes & late dominan-

XXII. GAGNRADR.

Segþv þat annat,
ef þitt öþi dvgir,
Oc þv VAFÞRVÞNIR vitir:
Hvaþan 25) MÁNI vm kom
*) Sva at ferr menn yfer,
eþer **) SOL iþ ſama?

XXII. GAGNRADUS.

Dic age hoc alterum,
Si tuum ingenium valeat,
Et tu VAFTRUDNIS! *ſcias:*
Unde 25) LUNA *venit,*
Qvæ homines obit,
Et SOL *eodem modo?*

XXIII.

*) Sá er ferr C. S. et *Cod. Leg. Magn. Membr.* No. 748 in 4to. **) Sunn C. S.

minantes Reges, qvi, qvoniam & anima divina in iis habitare credebatur, & ſubditos beneficiis obſtrinxerant ſibi, habiti ſunt Dii, ſed primum minores. Poſt unum vero alterumqve ſeculum, eum

Omnia poſt obitum fingat majora vetuſtas,

Verum fabulis mixtum eſt. Hinc Odino, qvæ minime ſunt ejus, atqve in iis attributa, ſoli *allföðr* ↄ: vero Deo competentia, a credula nimis & neſcia veri poſteritate ſæpius tribuuntur. Qvis igitur mirabitur, ſi illum, modo *Allföðr*, Patrem hominumqve Deumqve, et *aldaföðr* æternum Patrem, creatoremqve omnium, Deum dici, modo ex materia ortum eſſe & a lupo devorandum legat. Idem fere obſervavit b. Moshemius, de magno iſto *Jove*, qvi *Homero Heſiodoqve* ſæpius vocatur

— Πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεων τε

& — μεγιστος Θεων αειγενεταων.

Qvicqvid ſit, ex omnibus facile evincitur cl. *Bruckerum* Hiſt. Philoſ. Tom. I. pag. 334 & 335 minus recte ſtatuere majores noſtros credidiſſe, "*Ymerum ante ſecula vixiſſe, & nihil cum eo niſi ingens ſpatium, imo Deo ante ſecula condita exiſtenti adjunxiſſe chaos* Ginnungagap *vulgo dictum.* Qvæ doctrina e medio oppoſita eſt *Eddæ*, §. 3. in Cod. Reg. antiqviſſimo: ubi 1) Ar var allda þá er ecki var ↄ: *Mane erat ſeculorum, cum nihil adhuc eſſet.* 2) Allfader ſmiþadi himin oc iörþ oc loptin oc alla eign þeirra ↄ: Παντοπατηρ *creavit coelum, terram, æthera, & omnia, qvæ in iis ſunt.* Et *Voluſpa* recentior idem tradit hiſce verbis:

Ar var alda — ↄ: *Mane erat ſeculorum*
þa er *Ymer* bygdi — *cum Ymerus habitare coepit.*

Scilicet, toto differt coelo *Mane ſeculorum* ↄ: incipiens temporum dimenſio, qva *Ymerus* habitare ↄ: exiſtere coepit: & *Ante ſecula*, a qva dictione, de *Ymero* agens, citatum carmen ſedulo ſibi cavet. Nec melius *ſyſtema emanativum* illis tribuit Tom. V. p. 174. Qvod demum poſt *Odini* tertii (qvi ut nefandus ille *Piſiſtratus* ſanctiſſimis religionis myſteriis plebi piæ fucum fecit) tempora, nec tamen ab omnibus, receptum fuit. Sed hæc viro maximo, linguæ noſtræ ignaro, condonanda erunt. Cæterum ſi lubeat conferatur Diſſertatio *de Creatione mundi ad Doctrinam Hyperboreorum* ſub præſidio Dni Sven. Lagerbring defenſam a *Nicol. Dahlman* Londini Goth. 1752.

25) Hic ut qvid ſingulare obſervandum, *mána* ↄ: lunam in Lingva veteri & hodierna Danica Norvegicaqve maſculini generis eſſe, ſolem vero ſexui adnumerari ſeqviori.

XXIII. VAFÞRUDNIR.

r) MVNDILFÖRI 26) heiter,
hann er MÁNA faþer,
oc ſva SÓLAR iþ ſama.
Himin hverfa
Þav ſcolo hveriann dag,
Avldom at *s*) ártali,

XXIII. *VAFTHRUDNIS.*

MUNDILFÖRUS 26) *vocatur*
Qvi Pater eſt LUNÆ,
Atqve SOLIS *eodem modo.*
Coelum circumibunt
Hi, die qvovis,
Hominibus in anni computum

XXIV. GAGNRADR.

Segþv þat iþ þridia,
Alz þic ſvinnan qveþa,
Oc þv VAFÞRVÞNIR vitir:
Hvaþan DAGR 27) vm com,
ſá er ferr drott yfir,
eþer NOTT meþ niþom?

XXIV. *GAGNGRADUS*

Dic age hoc tertium,
Siqvidem prudens vocaris,
Et tu VAFTHRUDNIS *noris:*
Unde venit DIES 27),
Qvi homines obit,
Et NOX *cum tenebris?*

XXV.

r) Mundifari. C. S. *s*) aldtali No. 748 i. e. *computum ſeculorum.*

---

26) *Mundilförr*, *Mundilföri* ſ. *Mundilfari* ɔ: Mundum circumagi faciens, a *Maundill* & *fari*, qvod a *fara* facere ut qvid cadat, moveatur &c. vid. Eddæ Mythol. IX. vel a *föra* movere. Per hunc Axem intelligi puto, circa qvem coelum volvi credebant ſeu ſidera, terra manente fixa. Innuunt hoc verba: *Himin hverfa*; nam ut olim *Hyginus* in Pöetic. Aſtron. pag. 561. Edit. *Staverianæ*. credidit, *Neceſſe ſolem moveri non ſtare*, ita qvoqve noſtri (confr. *Speculum Regale*) omnia ſidera per ſe volvi dixerunt. Nec alter Græci. apud Aratum.

Οι μεν ομως πολεες τε και αλλαδις αλλοι εοντες,
Ουρανω ελκονθα παντ' ηματα συνεχες αιει.
Αυταρ ὁγ' ȣδ' ολιγον μετανισσεται αλλα μαλ' αυτως
Αξον αιεν αρηρεν. εχει δ' αδαλαντον απανη
Μεσσηγυς γαιαν. Imo *Möndull* in *Grottuſaung* verticillum v. manubrium notat, qvod alias *Sveif* audit, et hoc modo *mundilföri* eſt *verticillum movens* vel *rotans*.

27) De his ita *Edd.* Mythol. VIII. *Niörfvi* ſ. *Naurvi* Jötun erat Jothunheimiæ incola; hic filiam habuit, qvæ *Nott* ɔ: Nox vocabatur, nigram & fuſcam inſtar generis ſui. Illa viro nupſit nomine *Naglfari*, cum qvo filium habuit *Andr.* Deinde matrimonio juncta fuit *Anaro* (illorum filia *Jörd* ɔ: terra.) Poſtremo elocatn eſt Aſarum cuidam *Dellingo*. Horum filius eſt *Dagus* ɔ: dies, lucidus & clarus paternoqve generi ſimilis. *Nottam*, et filium ejus *Dagum*, παντοπατηρ ad ſe recepit, deditqve ſingulis ſingulos eqvos cutrus-

XXV. VAFÞRUDNIR.

Dellingr heiter,
hann er Dags faþer,
Enn Nott var Navrvi borin.
Ny oc niþ 28)
ſcopo nyt regin,
Avldom at ártali.

XXV. VAFTHRUDUNIS.

Dellingus *illi nomen eſt,*
Qvi Diei *eſt pater;*
Sed Nox *eſt* Nörvo *prognata.*
Novilunium, 28) *Lunæqve diminutionem*
Crearunt benefica numina,
Hominibus in anni computum.

XXVI. GAGNRADR.

Segþv þat iþ fiórþa,
t) Alz þic fróþan qveþa,
oc þv Vaſþrvþnir vitir:
Hvaþan Vetr vm com
eþer varmt Svmar
fyrſt, *u*) meþ fród regin?

XXVI. GAGNRADUS.

Dic age hoc qvartum,
Siqvidem ſapiens vocaris,
Et Tu Vafthrudnis noris:
Unde venit Biems
Calidaqve Æstas
Primum, ſapientia inter numina?

XXVII.

t) hunc verſum tribus tantum literis per a. þ. f. notat Cod. Reg. ſeqventem conſtanter omittit, ſed chartacei jugiter repetunt.

u) *al* und fród i. e. ſpectabilis. ům *Charta.*

---

curruſqve, atqve ita eos in coelum evexit, ut ſingulis nychthemeris totum orbem circumeqvitarent. *Notta* præcedens eqvo fertur, vid. ſupra Str. 12. 14.

Nótt. f. Nox Gr. Νυξ. Ternæ ejus nuptiæ indicant forte, noctem in tres dividi partes, *eyctir* vulgo dictas. Filius *Audus*, qvem cum Naglfare habuit, & þitem, & vacuum qvid, ſ. vacationem a labore ↄ: qvietem, v. ſilentium noctis notat. Per *Anarem* ſ. ut etiam ſcribitur, *Onarem*, cui ſecundo nupſit, ſi ab *Annr* ↄ: labor, derivetur, amicus Diti intelligitur labor: ſi a Græco Ονος, mortis frater, vſum Noctis, ſomnum docet Edda. *Dellingo* ſ. Diluculo deniqve elocata *Dagum* ↄ: diem peperit. Qvicqvid ſit, Noctis hæc conjugia haud multum diſſimilia eſſe Phoenicum fabulis Sanchoniathoneis, apud Euſebium Præparat. Evangel. Lib. 1. Cap. x. obviis, obſervavit b. Tychonius, in *Prærogat. noctis præ die.*

28) Eodem modo teſtatur Cicero Qv. Tuſc. L. I. c. 28 *lunam accretione & diminutione luminis qvaſi faſtorum narrantem & ſignificantem dies ferri.*

XXVII. VAFÞRUDNIR.

VINDSVALR heiter,
hann er 29) Vetrar faþer,
Enn *) SVASVÞR 30) ſvmars.
x) Ar of bæþi þav-
ſcolo æy fara
unnz riúfaz reginn.

XXVII. *VAFTHRUDNIS.*

VINDSUALUS *vocatur,*
Qvi 29) *hiemis eſt pater;*
30) SVASUDUS *vero æſtatis.*
Per ſecula (annos) ambo
Semper ibunt,
Usqve dum ſolventur numina.

XXVIII. GAGNRADUS.

Segþv. þat iþ fimta,
Alz þic fródan qveþa. etc
Hverr ASA ellztr,
eþer YMIS niþia,
Yrþi ſ árdaga?

XXVIII. *GAGNRADUS.*

Dic age hoc qvintum,
Siqvidem ſapiens vocaris etc.
Qvis Aſorum primus (natu maximus)
Aut, qvis YMERIS *poſterorum,*
Prodierit initio dierum?

XXIX. VAFÞRUDNIR.

Orofi vetra

áþer veri iörþ ſcöpvþ 31),

XXIX. *VAFTHRUDNIS.*

Immenſitate hiemum o: *plurimis retro ſeculis*
Ante creatam terram 31),

C þá

*) Svaſaþr. E. R. Svöſuþr.
x) hos tres verſus omitt. C. R. et No. 748. ſed *chartæ* addunt.

29) *Vetr.* m. 1) hiems. cujus hæc eſt in Cod. Reg. *Eddæ* Genealogia: *Faþer Vetrar er ymeſt kallaþr* Vindloni eþer Vindſvalr, *han er* Vaſaþar ſon. *oc voro* þeir attungar Grimmer (immitis — ferus immanis) oc Svalbrioſtaþr (frigida ſpirans) *oc hefer* Vetr þeirra ſkaplynde c: "Pater Hiemis modo *Vindloni*, modo *Vindſvalus* appellatur. Ejus pater *Vaſudus*. *Vindſvalo* cognati erant *Grimmer* & *Svalbrioſtadus*; & hos ingenio refert Hiems.. Cujus fabulæ hic eſt ſenſus: Hiems (*Vetr*) a nomine adj. *Vetr* humidus, tempore anni ventoſo incidit, atqve ſimul imbribus triſti, qvorum porro imbrium ventis agitatorum inclementia, & humore mixtum frigus, hiemis naturam conſtituunt. 2) Annus per ſynecdochen partis. *De computatione annorum per hiemes* priſcis gentibus Hyperboreis uſitata videatur Ad. Henr. Lakmanni *diſputatio Chronologico hiſtorica*. Kilonii 1744.

30) *Svaſudr* (Verba ſunt *Eddæ* Snorronianæ) vocatur Pater æſtatis: hic adeo delicatus eſt, ut ab eo placidum qvicqvid, *ſvaſlict* denominetur

31) Hoc de renaſcente poſt diluvium terra intelligendum eſt. Etenim ſi ad primævam mundi creatio-

Þá var *y*) Bergelmer 32) borinn.
z) Þrvdgelmer var þeſs faþer,
Enn *a*) Avrgelmer afi.

Natus fuit Bergelmerus. 32)
Thrudgelmerus *illius erat pater,*
Sed Aurgelmerus *avus.*

XXX. GAGNRADR.

Segþv þat it ſiavtta,
Alz þic ſvinnann qveþa. etc
Hvaþan Avrgelmer com
meþ Jotna ſonom
fyrſt? inn fróþi iotvnn!

XXX. *GAGNRADUS.*

Dic age hoc ſextum,
Siqvidem prudens vocaris; etc
Unde venit Aurgelmerus
Inter Jotnorum *filios*
Primum? ſapiens Gigas!

XXXI. VAFÞRUDNIR.

Or Elivagom 33)
ſtvcco eitr dropar,
Sva óx, vnnz varþ or iotvnn.

XXXI. *VAFTHRUDNIS.*

Ex Elivagis 33)
Proſiluere veneni guttæ,
Qvæ ſuccreſcebant, donec fieret inde
Gigas.
b) Enn

y) Bergemlir. *Cod. Er.* *z*) Þrûdgemlir. id. *a*) Aurgemlir. id.

---

creationem referri velis, nullum invenies locum, qvi populoſæ Jötnorum genti habitabilis eſſet. Crediderim itaqve, cum primo mundi formatione, confundi diu ſubſecutam terræ ex undis diluvii Noachici emerſionem.

32) Bergelmer ſ. *Bergemler* monticolam ſenem notat, a *Berg* mons, & *gemler* ſenex. *Noachum* fuiſſe vult cl. *E. J. Biörner* in Antiqvit. Hyperbor. Gothicis p. 63. Qvemadmodum *Thrudgelmerem* ♂ virum fortem, *Lamechum*, & *Aurgelmerem* ♂ Grandævum, *Adam* fuiſſe ſtatuit ibid. Cui maxime officit graduum diſtantia *Adamum* inter atqve *Noachum*, qvæ huic genealogiæ minime convenit. At vero majores noſtri minutiis non immorandum eſſe cenſuerunt.

33) In his & ſeqventibus confuſam proponit Vafthrudnis hominis protoplaſti creationem. Siqvidem in Edda Snorr. pro *Aurgelmere* alias *Ymere* ſumi neceſſum erit:

1) materiam rebus creandis aptam, ex qva mundus factus eſt.

2) Hominum Adam principem, ex eadem maſſa factum.

3) Mun-

b) Enn ſiom fleygþi
Or ſuþheimi,
Hyrr gaf hrimi fiör.

Scintillis vero projectis
Ex auſtrali plaga,
Calor dedit pruinæ vitam.

XXXII. GAGNRÁDR.

Segþv þat iþ ſiavnda,
Alz þic ſvinnan qveþa. etc
Hve ſá börn gat
Enn *) aldni iotvn,
Er hann hafþit gygiar gaman?

XXXII. *GAGNRADUS.*

Dic age hoc ſeptimum,
Siquidem prudens appellaris, etc
Quo modo liberos procreavit
Annoſus ille Gigas,
*) *cum foeminæ giganteæ amoribus non frueretur?*

XXXIII. VAFÞRUDNIR.

Vnder hendi vaxa
Qváþo Hrímþvrſi
Mey öc mavg ſaman.
Fótr viþ föti gat
Ins fróþa iotvns
**) Ser havſþaþann ſon 34).

XXXIII. *VAFTHRUDNIS.*

Sub ala ſuccreviſſe
Ferunt Gigantis
Virginem & filium (ɔ: *marem & foeminam*) *junctim:*
Pes ex pede genuit (*ſuſcepit*)
Sapientis iſtius Gigantis
**) *Suo ſibi capite gaudentem filium* 34).

b) tres ſeqventes verſus add. *Cod. Er.* qvos *Cod. Reg.* et No. 748 neſciunt.
*) balldni ɔ: validus v. protervus. No. 748. **) ſexhöfdadan i. e. ſexcipitem. No. 748.

3) Mundum antediluvianum, cujus ſangvine vel cruore, ɔ: aqvis, ſubmerſa eſt gens Jotnorum.
Qvæ a ſe invicem probe diſtingvenda ſunt, ſi Bergelneri Fabula ſenſum aliqvem habere debeat. vid. Illuſtriſſ. Dn. *P. F. Suhm*, de Odino.

34) *Pes cum pede.* Dogma hoc de gignendi apud Deos facultate optime illuſtrat *Voſſius* Theolog. Gentil. Lib VII. Cap. 6. Stoici, inqvit, in "Natura attendentes vim activam et paſſivam, "eam et marem et foeminam dixere; marem "illud, qvod vim in alia exſerit; foemi- "nam, qvæ vim alienam recipit, et qvaſi "foecundatur. Præivit ad hanc opinionem *Or-* "*pheus* hymno ſuo in naturam. Verba ſunt

Παντων μεν πατηρ, μητηρ, τροφος, ηδε τιθηνος

"Eadem

XXXIV. GAGNRAÐR.	XXXIV. *GAGNRADUS.*
Segþv þat iþ. átta	*Dic age hoc octavum,*
Alz þic fróþan qveþa. etc	*Siqvidem ſapiens vocaris: etc*
Hvat þv fyrſt of mant,	*Qvid tu primum memineris,*
eþer fremſt vm veitzſt?	*Aut primum noveris?*
þv ert alſviþer iotvnn.	*Tu es omniſcius Gigas!*
XXXV. VAFÞRUDNER.	XXXV. *VAFTHRUDNIS.*
Orófi vetra	*Plurimis ſeculis*
aþer væri iörþ vm ſcavpvþ,	*Antequam crearetur terra,*
Þá var BERGELMER borinn.	BERGELMERUS *naſcebatur.*
Þát ec fyrſt vm man,	*Hoc primum recordor,*
Er ſá inn fróþi iotvnn	*Qvod ſapiens iſte gigas*
var á *c*) lvþr vm lagiþr. 35)	*Fuerit impoſitus tubæ* 35).

XXXVI.

c) ſkip. i. e. *navi* Charta. *qvod utique gloſſa eſt.*

"Eadem *Valerii Soranı*, et *Varronis* ſententia "fuit teſte *Auguſtino* in civitate dei lib. VII. cap. IX.„ Scriptores de ſexu Deorum collegit b. Joh. Albert. *Fabricius* in Bibliographia Antiqvaria Cap. VIII pag. 234- 35 et ſeqq.

35) Hujus ita mentionem facit Edd. Mythol. VI. Filii *Böri Ymerem* gigantem occiderunt — tantus autem cruor ex vulneribus cadentis effuſus eſt, ut hoc diluvio univerſum Hrimthuſſorum genus ſubmergeretur, præter unum, qvem Bergelmerum vocant Gigantes; Ille cum uxore & familia cymbam (minime vero molam, ut vitioſe legit Edit. Reſen.) aſcendens vitam conſervavit; idqve ſibi volunt verba, "Tubæ impotus fuit.„ Hæc tamen, de diluvio communiter intellecta, aliter explicat illuſtr. *Schöningius* i norſke Folkes Oprind. pag. 105. Scilicet Odinum putat per Gigantes late ſtragem dediſſe, & Bergelmerem eöegiſſe, remotas glacialis maris oras ſ. refugium qværere. Cæterum tres diverſi dantur modi, qveis in diluvio Ymeriano fertur vitam, familiamqve conſervaſſe Bergelmerus 1) Tubam *Buccinamve aſcendendo* Str. 35. Verum, qvam magna fuit iſta tuba, tuba inqvam cui buccinator alligaretur, non vero huic illa. Fictane hæc fabula eſt? Negatur. Ponamus a) *lúþr* [derivari' ab *at lyþa* ſonare, ſonum dare, & *lúþr* canorum qvid, adeoqve tympanum valere. b) tympana ſ. uteres pelliceos aëre interius incluſo expanſos, a prima hominum memoria in uſu fuiſſe: nemo ibit inficias, eos, præter uſum muſices, cymbarum etiam præſtitiſſe, præſtareqve adhuc qvibusdam in oriente populis. vid. C. Nieburhs Reiſebeſchreibung nach Arabien. Et concedat qvivis abſurdum hic aſpectu primo, penitius conſideratum evadere

XXXVI. GAGNRÁDR

Segþv þat iþ níonda
Alz þic ſvinnan qveþa. etc
Hvaþan VINDR vm kömr,
*) Sva at förr vag yfir?
**) Æ menn hann ſialfann vm ſiá.

XXXVI. GAGNRADUS.

Dic age hoc nonum,
Siqvidem prudens vocaris; etc
Unde venit VENTUS,
Qvi ſpirat, *) *ſuper mare,*
Hominibus **) *ſemper inviſibilis?*

XXXVII. VAFÞRUDNIR.

***) HRÆSVELGR 36) heiter
Er ſitr á himins enda 37),

XXXVII. *VAFTHRUDNIS.*

***) HRÆSVELGUS 36) *vocatur,*
Qvi ſedet in extremitate coeli 37),

*) Sea at ferr menn yfir. i. e. homines L.

**) Er menn ſialdan ſialfann ſiá, i. e. qvem ipſum homines raro vident Ch.

***) Hröſuelgr. C. S.

deve probabile. Nec immerito; fabulæ ænigmata ſunt, qvæ non corticibus verborum hærentem, ſed intus latentem clauſamqve veritatem exhibent. Et difficultatem vera collineandi auget ignorantia de majorum moribus, rebus oeconomicis, factis fortibus & id genus aliis.

*) *molam conſcendendo.* vid. *Reſenii* Verſio Eddæ latina Mythol. VI. Ignorat hæc textus, & neſcio qvo excuſentur modo. Sunt tamen adhuc, qvi videntur ſibi rem rite intelligere. Etenim alii *molam* volunt molarem eſſe lapidem, qvo conſcenſo incolumis evaſerit Bergelmerus. Ab his pero, velint explicare, qva potuerit ratione fieri, ut tam grave corpus aqvæ innataverit, niſi ad miracula provocent. Alii molam, pro molendino poſitam eſſe aſſerunt, ajentes, poſſe totam regionem undis mergi, nec tamen molas, qvæ in muris, aliisve editioribus locis ſunt, aſcendentes periculum pati. His conſentiam, modo probent ſimul, tales fuiſſe veteribus Scythis molas, qvales nobis hodie ſunt.

3) *Navi ſe ſuosqve credidiſſe.* vid. textus Eddæ. *Reſen.* l. c. Et de hujus poſſibilitate nemo eſt, qvi dubitat. Et fieri poteſt, ut pro *Ludr*, legendum ſit *Lid* navis. Angloſax *Lid.*

36) *Hræſvelgr*, a *Hræ* cadaver & *ſvelgr* helluo; cadaverum igitur ſ. rerum noxiarum helluonem dixeris; nec id inepte; cum Ventus aerem flatu reddat ſalubrem, nociva auferat. *Senecam* audiamus Lib. IV. Nat. Qvæſt. Cap. 18. "*Inter cætera*, inqvit, *providentiæ opera, hoc qvoqve aliqvis ut dignum admiratione ſuſpexerit. Non enim ex una cauſa ventos aut invenit aut per diverſa diſpoſuit. Sed primum ut aëra non ſinerent pigreſcere, ſed aſſidua vexatione utilem reddererent, vitalemqve terris.* Hoc beneficio ductus *Auguſtus*, vento Circio, cui Vett. Galli coeli ſui ſalubritatem debebant, ædificia cærerum qvaſſanti, templum, dum in Gallia moraretur, & vovit & fecit. Satis qvoqve tritum eſt proverbium; *loca venenoſa, niſi ventoſa.*

37) In extremitate coeli ſc. ad polum arcticum, ſiqvidem antarcticum accolit *Surtus.*

Jotvnn i arnar ham 38);
Af hans vengiom
*) Qveþa vind koma
alla menn yfir.

Gigas exuvias amictus aqvilæ: 38)
Ex ejus alis
*) *Ferunt venire ventum*
Omnes ſuper homines.

XXXVIII. GAGNRÂDR.

Segþv þat iþ tionda,
Alz þv tiva ravc
avll VAFÞRVÞNIR vitir:
Hvaþan NIÖRÞR 39) vm kom
meþ ASA ſonom?
Hofom oc Havrgom
hann rædr hvnn mörgom
**) oc varþat hann ASOM alinn.

XXXVIII. *GAGNRADUS.*

Dic age hoc decimum,
Siqvidem Deorum origines
Omnes VAFTHRUDNIS *noris:*
Unde venit NIÖRDUS 39)
Inter ASORUM *filios?*
templa & Deorum ſimulacra
Is regit plurima,
**) *Nec tamen* ASIS *procreatus eſt.*

XXXIX.

*) qved ec. i. e. ajo v. dico.

**) varat. Ch. oc var þadan. C. S. male.

---

38) Qvis hic Latinorum Aqvilonem non agnoſcit, *ventum* (Feſti verba ſunt) *a vehementiſſimo volatu ad inſtar aqvilæ*, qva nulla avis volat vehementior juxta Cicer. de Divinat. L. II. appellatum. Qvæ tamen volatus vehementia minime ſumenda eſt de celeritate, ut placuit *Gerh. Joh. Voſſio* de Theol. Gent. Lib. 3. Cap. LXXVI, nam admodum tarde volat aqvila, reſpectu trochili, hirundinum, columbarum, accipitrum, & id genus avium, qvod ſæpius teſtis oculatus obſervavi. Verum illa diutius, absqve ulla intermiſſione, per terrarum ac marium tractus volans, omnes alites vincit, qvippe qvæ longiſſimo tempore volare ſufficit. Forſan & hæ exuviæ regium inſigne ſunt; imo in Scripturis ipſis, Aqvila ſymbolum eſt Regis, apud Ezech. Cap. XVII. v. 3. 7. ſiqvidem de *Nabuchodonoſore Chaldæorum*, & *Pharaone Ægyptiorum* Regibus loqvitur Propheta. Nobis deniqve, ut *Aqvila* Rex habetur avium haud ſecus ac *Pindaro* in Olymp. Οἰωνῶν βασιλεὺς, ita *Aqvilo* ventorum moderator eſt, imo eidem in Pyth. Od. 4.

— — — καὶ γὰρ ἑκὼν
Θυμῷ γελανει θᾶσσον εντυεν Βασιλεὺς ανεμων
Σηταν καλαϊν τε πατὴρ Βορεασ.

Vocatur autem Gigas, cum ob robur & præſtantiam, tum ob receptum veteribus modum, cauſas rerum phyſicas ad hominum formam referendi.

39) *Niördus* natione *Vanus*, non parvæ apud ſuos dignitatis erat, qvamvis Lokius in *Ægisdrecka* ſ. *Lokaſenna* his eum dicteriis compellet:

þegi þú Niörþr — *Taceto Niorde!*
þú vart auſtr hedan — *Tu enim in Orientem, hinc*
Giſl um ſendr at goþom — *Obſes ad Deos mittebaris*

Hymis

XXXIX. VAFÞRUDNIR.

Í Vanaheimi 40)
ſcopo hann vís Regin,
oc ſeldy at gislingo goÞvm:
í aldar ravc
hann mvn aptr coma
heim meÞ víſom Vavnom.

XXXIX. *VAFTHRUDNIS.*

In Vanorum *mundo* 40) *(regione)*
Crearunt illum ſapientia numina,
Dederuntqve Obſidem Diis:
In temporum exitu
Ille redibit,
Domum, ad ſapientes Vanos.

XL. GAGNRÁDR.

SegÞv Þat eÞ ellefta.
d) Allz Þú tíva ravc
Aull VafÞrúdnir vitir:

Hvat einheriar vinna
Heriafauþrs at
unz riúfaz 41) regin.

XL. *GAGNRADUS.*

Dic age hoc undecimum;
Siqvidem Deorum origines
Univerſas Vafthrúdnis *cognitas habes:*
Qvid Monoheroes operentur
Exercituum apud Patrem,
Usqve dum ſolventur 41) *numina?*

XLI.

d) Pro ſeqventibus qvinqve verſibus, qvos Cod. *Ericiano* debemus, Codex Regius habet tantum binos, ſenſu fere carentes"

Hvar *) ytar tvnom í
hauggvaz hveiiann dag. i. e.

Ubinam terminum viri in areis
Qvotidie manus conſerant.

*) *Yrar* Chartæ *male*

Hymis meyar — *Virgines Giganteæ*
hauſÞo Þic at hlandtrogi — *Te pro matula utebantur*
oc Þer í munn migo — *Et tunm in os mingebant.*

Ut vero ejus populares continuis belli infortuniis ad incitas redacti erant, pacem ab *Aſis* hoſtibus petierunt, retuleruntqve, et *Niördum* dederunt obſidem. Hic beatus vixit; ſiqvidem ab *Aſis* cultui Deorum externo præfectus eſt. Auxit muneris gravitatem regimen in Svecos, illi poſt Odini mortem lubenter oblatum. Eſſe apud Deos otioſum (γὰρ γαρ ο Ζευς χολην αγει) minime decet eum, qvi in vivis

—— —— *tot & tanta negotia ſolus ſuſtinuit;* hinc mortuus, ut ſe non gratis eſſe Deum oſtenderet factis, ventos regere, opes & commercia moderari, annonamqve diſtribuere coepit, unde a nautis, mercatoribus, ruricolis, pro divitiis vero ab omnibus, invocabatur. vid. Edd. Mythol. XXI. conf. illuſtriſſ. *Suhm* om Odin p. 191 ſeqq.

40) *Vanaheimr Vanorum* mundus, Regiones vocabantur *Tanaim* inter atqve *Wolgam*. vid. *Snorr. Sturlæſonii* Heimskr. pag. 1. confr. ill. G. Schöningii *Norſke Folkes Oprind.* pag. 84 ſeqq.

41) *Regin.* n. plur. numina communiter, & ſic a me, vertuntur. jam vero collatione inſtituta inter l. c.

uns

XLI. VAFÞRUDNIR.	XLI. *VAFTHRUDNIS.*
e) Allir einheriar,	*Omnes Monoheroes*
Opins túnom 42) í,	ODINI *in aréis* 42)
Hauggvaz hveriann dag.	*Ictus partiuntur ictibus qvotidie.*
Val þeir kióſa	*Cædendos eligunt,*
oc rípa vígi frá,	*Et a prælio domum eqvitant;*
*) Aul 43) med Áſom drecka,	*Cereviſiam* 43) *cum Diis potant,*

OC

e) Hæc ſtropha etiam eſt Cod. *Er.* pro qva Regius:

Val þeir kióſa	Cædendos eligunt,
oc ríþa vígi frá	Et a prælio domum eqvitant
ſitia meirr vm ſáttir ſaman i. e.	Concordes conſeſſuri.

*) hunc & ſeqventem verſum Chartæ inſerunt.

---

uns rinfaz regin, & illud Salvatoris noſtri apud Luc. Cap. xxi. v. 26. Δυναμεις των ουρανων σαλευθησονται, ſuſpicio ſubiit *Regin* hic intelligi, qvæ illic δυναμεις. Qvam vocem vulgata transfert *virtutem*, Lutherus *Kräfte* robur. Dani Islandiqve, Lutherum ſecuti, illi *Kræfter*, hi *Krafta* appellarunt. A qvibus tamen Reviſorum Regiorum noviſſima verſio an. 1748. diſcedit, δυναμεις ουρανων *Himmelens Hær* o: exercitum coelorum vocans. Ego vim, vel virtutem, univerſi compagem continentem, intelligo, qvæ licet una, diverſos effectus producens, plura nomina ſortitur, qvo modo pluraliter δυναμεις apellari poſſunt. Qvicqvid ſit, erit mihi *Regn.* plur. *Regin* 1) robur, vis, poteſtas. 2) per metonymiam adjuncti potens, validus, robuſtus: vnde A. S. *Regn* Principem, rectorem, præſidem, præfectum notat. imo etiam Deum, numen, ut in *Reginn Giſcapn* o: divinum decretum. Verbo: *Regin.* ſive a Latinorum, *Regno* ſive a *Ram megin* vis, robur excellens, valde magnum, derivetur, apud majores noſtros nomen fuit, diis & mortalibus, divinum qvid ſ. excellens habentibus, tribuſum, Verterem itaqve: *Huat vinna einheriar heria ſanþrs at unz riúfaz regin* ita: Qvid operantur Monoheroes exercituum apud Patrem usqve dum, vi univerſi compagem complexa ceſſante, omnia ſolventur. v. dum vires vel poteſtates univerſi compagem continentes ſolventur. Et hæ vires ad mortalium relatæ formam, ſine qva a majoribus comprehendi non poterant, certis in Edda nominibus inſignitæ et cultæ ſunt. Idem valet ſtropha xxvii. qvæ Geneſ. iv. v. 22. convenit.

42) Opinstún area eſt ad Walhallam, ubi Monoheroes armis ludunt. vid. *Eddæ* Mythol. xxxv. *Recreatio Monoheroum quotidiana hæc eſt, qvum poculis non indulgent: veſtiti omnes armantur, in aream deſcendunt, congrediuntur, & mutuis ſternuntur cædibus. Hic illorum ludus. Inſtante vero prandii tempore omnes incolumes in aulam eqvitant, & ad potandum conſident.*

43) *Aul* Cereviſiam fortes in armis viros bibere tradens hæcce ſtropha, *Eddæ* Snorr. Mythol. xxxiv repugnare videtur, ubi *mulſo* ſitim reſtingvere perhibentur. Sed contradictionem adeſſe tantummodo apparentem evincit *Alvis* in *Alvismálum* interrogatus, qvo nomine inſigniretur liqvor ille dulcis; reſpondit; Öl. vocatur ab hominibus, *Hreinalang* inter *Jötnos*, ſed ab Aſis *Beor*, in

Helia

oc ſeþiaz Sæhrimni 44),
ſitia meirr vm ſáttir ſaman.

Veſcuntur SÆHRIMNIS 44) *lardo,*
Et qvam maxime concordes conſident.

XLII. GAGNRÁDR.

Segþv þat iþ tólfta,
**) Hví þv tíva ravc
Avll VAFÞRVÞNIR vitir?
Frá Jotna rvnom 45)
oc allra goþa
Segþv iþ ſannaſta
Inn alſvinni Jotvnn!

XLII. *GAGNRADUS.*

Dic age hoc duodecimum
Cur tu Deorum origines,
Omnes Vafthrudnis noſcas?
De Gigantum literis (myſteriis) 45)
Omniumqve Deorum,
Dic qvod eſt veriſſimum,
omniſcie Gigas!

**) því. L.

Helia *Miödr*, appellant *Veig* Vani, *Sumi* vero *Suttungi* filii. unde *Aul* potum qvemlibet, inprimis nobiliorem, denotare poteſt.

44) *Sæhrimnir* aper erat, cujus carne veſcebantur Monoheröes: unde patet cereviſiam & lardum ſecundum Eddam effeciſſe

Nectar & ambroſiam, latices epulasqve Deorum

Qvae virtute obtineri ſola crediderunt, haud ſecus ac Dux ille *Spartanorum* dicens "*Pergite* Lacedæmonii, *hodie apud Inferos fortaſſe cocnabimus.*

45) *Jötna rúnom oc allra goda.* Magnus de Runis inter doctos diſputationum fuit æſtus. Sic ex inſtituto ingens horum numerus de iisdem ſcripſit. Alii voluerunt, eas ab Odino ceu auctore in Septentrionem allatas fuiſſe, alii multo recentiores eſſe contenderunt. Largam ſatis utriusqve ſectæ meſſem recenſet *I. Erici Bibliotheca Runica*, & qvæ illi adjecta eſt *Anonymi Epiſtola.* Qvibus addi poſſunt illuſtriſſ. Dnus *P. Frid. Subm* Om Odin. *I. Hen. Schlegel in Samlung nur Däniſchen Geſchichte, Münzkenntniſſe &c 2 Band. 2 St. pag. 16. Uno Troil* de Runarum in Svecia Antiqvitate, & *Johannes Guſtav. Steenberg* de Runarum patria & Origine; uterqvè ſub præſidio Dni Johannis Ihre. Hic Runarum poſt Odini tempora inventarum gloriam *Alamannis* adſerit, hoc præſertim fundamento, qvod, Runarum valor & poteſtates unice eorum lingvæ propriæ ſint: ſed vereor, ut Auctor, dum majorum lingvam, apud Islandos ſolos reſiduam, hodierno Danorum, Germanorum, Norvegorum, Svecorum etc. idiomate metitur, fallatur & fallat, Unicum ex §. xv. pag. 20. adferam exemplum. *D* (inqvit) *qvod ut qvodammodo deſignent Runographi ᛏ ſubſtituere ſolent. Non eſt qvod exiſtimes hujus locum commodius occupare potuiſſe þ Gothorum, qvod D ſonniſſe multi putant. Scire enim convenit, ſibilum hujus literæ a ſono ᛏ D adeo diverſum illam*

XLIII. VAFÞRUDNIR.

Frá Jotna rvnom
oc allra goþa
Ec kann ſegia ſatt,
Þvíat hvern *) hefi ec
heim vm komit.
Nió kom ec heima

XLIII. VAFTHRUDNIS.

De Gigantum myſteriis
& omnium Deorum,
Verum dicere poſſum;
Qvemlibet enim
obivi mundum:
Novem ego luſtravi mundos

fyr

*) hefk L.

---

illam reddidiſſe, ut nullæ figuræ apud antiqvos minus inter ſe alternent, qvam þ & D nec Runographos videas niſi negligentiores alteram pro altera poſuiſſe. Sed pace viri doctiſſ., qvod ad ſonum attinet, contrarium obtigiſſe, Codices membranei, Ex gr. *Eddæ* Regius, Ll. Isl. *Grágás.* & *Vitæ Sanctorum*, Legati Magnæani, omnes ſeculo XIV. nitidiſſimo picti, & qvod maximi intereſt, ad ungvem accurate ſcripti, ſat ſuperqve evincunt. Siqvidem in his þ pro *d* ſæpiſſime ſubſtituitur, v. c. in *qveþa* dicere, canere; *eþer* vel, ſive; *haſþi* habuit; *þrottinn* dominus; *Oþinn* Odinus. Verbo: Lingvæ noſtræ genius, qvem Auctor forſan neſciit, literam þ medio inter *D* & *T* ſono, & utriqve cognatam eſſe docet; qvid qvod *D* omnino carere poteſt, ſive literis Runicis, ſive Latinis ſcribendum ſit. Reliqva lubens taceo ejus fundamenta, ſpeciem duntaxat veri præ ſe ferentia, qvod cum Deo & die, ſi Codex Legum Scanicarum Runicus, Legati Magnæani Cimelion, olim prodeat, clarius demonſtrabitur. Cæterum non poſſum non mirari auctorem clariſſ. *Odinum* facere rudem, qvemadmodum orbis noſtri ante eum indigenas, miſeros hominum, ferarum, piſciumqve venatores, qveis in alimentis undiqvaqve care colligendis totum tempus terebatur, ita ut ne unum qvidem momentum haberent, artibus feritatem mollientibus addiſcendis tribuendum; adeoqve extreme barbaros. En autoris verba, p. 11. *Arma, tela, glodiosqve, non ita pugillares calamosqve in ſarcinis ſuis attuliſſe Odinum arbitror; et ſi animo proponamus illos, qvorum hoſpitio exceptus fuit, piſcaturæ, venatui & non inhoneſtis latrociniis, tempus ſuum impendentes, probabile inveniemus, ſi qvos apperuiſſet ipſe, vel duodecim ipſius conſentes, literarios ludos, pancisſimos futuros, qvi operam ipſis daturi eſſent.* Qvæ vix ſcripſiſſet, ſi evolviſſet Perill. *Schöningii Norſke Folkes Oprindelſe* pag. 501. qvidqvod *Edda Snorr.* Gylfium Sveciæ Regem, virum ſapientem & multiſcium (*vitr oc fiölkunnigr*) expreſſe laudat, unde luculenter docetur, alium fuiſſe ante Odini tempora, Hyperboreorum ſtatum, qvam perperam vulgo fingitur. Qvod deniqve ad Runas attinet, ex ſtropha allata patet eas Odino antiqviores eſſe; adde hæc ex *Skirpisför*, qveis *Gerdæ Skirnir minatur:*

Thurs riſti et þer — *Runam Giganteam* (þurs) *tibi ſculpo*
oc þriá ſtafi — *Tribusqve literis*
ergi oc æþi oc óþola. — *Inſaniem, furoremqve inqvietatemqve.*
ſva et þat afreiſt — *Eas ita facilis abrado,*
ſem ec þat areiſt — *Ac eas ſculpo,*
ef geraz þarfir þes — *Si opus fiat.*

Nomina *Runeberret* territorii Scaniæ, & *Runetoft* oppidi Cimbriæ Auſtralis antiqviſſima eſſe, qvis non videt. vid. *Suhms* critiſke Hiſt. af Dannem. Tom. 3. pag. 7 & 10.

fyr. *f*) Niflhel 46) nepan:

Hinig deyia or helio 47) halif.

XLIV. GAGNRADR.

Fiölp ec fór.
fiölp ec freyſtapac.
fiölp ec reynda regin.
Hvat lifer manna,
Þá er inn *) mæra liþer,
47†) Fimbvlvetr meþ firvm?

Ante (ɔ: *ſupra*) *f*) Niflhel 46) (*qvod eſt*) *infrâ*,
Huc moriuntur 47) *ex* Hela *viri.*

XLIV. *GAGNGRADUS.*

Plurima, obivi,
Plurima expertus fui,
Plurima tentavi divinarum virtutum.
Qvi vivent hominum,
Cum *) *inſignis illa transierit*
vehementiſſima hiems 47†) *inter homines.*

f) *Niflheim.* eſt locus condemnatis poſt mortem deſtinatus. *) magna i. e. vehemens Cl.

46) *Novem mundos*) convenit hoc cum *Edda Snorronis*, ubi recenſente Odino, "Vondir menn fara til *heliar*, oc þadan í *Niflhel*, þat es nidr í en Niunda heim „ ɔ: *Mali in* Helam *deſcendunt, ac inde in* Niflhelam, *in nundum ſcilicet* Nonum. Et qvemadmodum, juxta *Virgilii* Æneid. Libr. vi. v. 439. Inferis

Fata obſtant, triſtiqve palus inamabilis unda
Alligat & *Novies* ſtyx interfuſa coërcet.

Ita Superi, *Ariſtotele* affirmante, *novem* coelorum *Sphæris* gaudent. Imo vulgus, etiam hodie, *novem* fingit *coelos* ſibi. De Sanctitate & uſu numeri *novenarii* omnes fere apud Gentes videantur *I. B. Schereri* Nordiſche Nebenſtunden. Tit. Chaſowo. 1 Th. p. 44. ad pag. 57. & *Joh. Lohmeyer* de Luſtrationibus. p. 443 & 444.

47) *Hel.* ſ. Hecate mors, Inferni Regina. Dan. Hiel mors: at ſlaae hiel morti tradere, occidere. De ea *Eddæ* Mythol. xxvii. & xxviii. *Ex Angrboda* (ɔ: angoris nuntia) foemina Gigantea ſuſcepit *Lokus* filiam *Helam*, qvam Pantopater in Niflheimum demiſit, imperiumqve dedit ſuper novem mundos, ut manſiones inter eos, qvi ad eam mittuntur, diſtribuat. Hi ſunt omnes morbis & ſenio mortui homines. Multas ibi ædes habet magnasqve, cancellis cinctas grandibus. Ei Palatium eſt *Eliud* ſ. *Olund* ɔ: triſtitia, dictum. Patina ejus *Hungr* ɔ: fames; cultellus *ſultr* ɔ: Eſuries: Servus *Ganglatê* ɔ: ſegniter ambulans: Ancilla *Ganglöt* ɔ: tardigrada. Limen *fallandi forrâd* ɔ: præceps interitus. Lectus *kör* ɔ: diuturnus marcor & ægritudo; Stragula *blikande böl* ɔ: micans maledictio. Hela altera parte cærulea eſt, altera media colorem retinet pellis humanæ, torva & truculenta, qvare facile dignoſci poteſt. Qvæ deſcriptio conferri meretur cum illa Virgiliana. Æn. vi. v. 275.

Pallentesqve habitant morbi, triſtisqve ſenectus:
Metus, & maleſvada fames, & turpis egeſtas,
Terribiles viſu formæ, lethumqve, laborqve.

47†) *Fimbulvetr.* hiems famoſa, triſtis, horrens, de qva ſic Edda. Gravia ſunt & multa, qvæ de Crepuſculo Deorum referri poſſunt. Erit hoc initium. Veniet hiems vocata vulgo *Fimbulvetr*, nivibus ex qvavis mundi plaga pluentibus horrens. Erit tunc frigus maximum, & rapida tempeſtas, ſplendor vero ſolis nullus. Tales hiemes tres comitabuntur junctim, nulla æſtate interjecta. Poſt has aliæ tres ſubſeqventur. Erint tunc per totum orbem bella cædibus gravia. Fratres avaritia ſe invicem occident. Pater & filius alter, qvam alteri debet, pietatem exuent, cognatiqve ſangvinis jura dediſcent. Teſtis *Voluſpâ*

Bre-

XLV. VAFPRUDNIR.

Líf. oc *) Lífþrafir,
Enn þav leynaz mvno

*) Leifdrafer. Ch.

XLV. GAGNRADUS.

Vita, & calor vitalis? 48)
Sed hi latebunt

í *) hol-

Brædor mono berias. *Pugnabunt fratres*
oc at bönom verda *Alterque alteri mortis causa erit.*
muno fyſtrungar *Cognati etiam*
fiſiom ſpilla. *Cognationis violabunt jura.*
Hart er med hauldom. *Gravia accident hominibus*
hordomr mikill. *Adulteria crebra.*
ſkeggöld. ſkálmöld. *Ævum barbarum, framearum,*
ſkildir klofnir. *(Quo) clypei finduntur,*
Vindöld, Wargöld, *Ventorum, ferarumque ævum*
Adr veröld ſteypiz. *Antequam mundus corruit.*

Qvæ qvam exacte conveniant cum his Ovidianis, nemo non videt. ſc.

Jupiter antiqvi contraxit tempora veris,
Perqve hiemes, æſtusqve & inæqvales autumnos,
Et breve ver, ſpatiis exegit qvatuor annum:
Tum primum ſiccis aer fervoribus uſtus
Canduit: & ventis glacies adſtricta pependit,
Tertia poſt illas ſucceſſit aënea proles
Sævior ingeniis, & ad horrida promtior arma.
Nec ſcelerata tamen de duro eſt ultima ferro.
Protinus erumpunt venæ pejoris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verumqve, fidesqve:
In qvorum ſubiere locum, fraudesqve doliqve
Inſidiæqve & vis, & amor ſceleratus habendi.
Jamqve nocens ferrum, ferroqve nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, qvod pugnat utroqve
Sanguineqve manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer a genero, fratrum qvoqve gratia rara.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.
Filius ante diem patrios inqvirit in annos.
Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliqvit.

Eſt vero *Skeggöld* vi vocis, barbarum ætas, a *Skegg* ſ. barba & *öld* generatio, ævum, ætas. Qvæ derivatio ſi vera eſt, non video, qva ratione ævo, qvod deſcribit Vola, triſti ſcilicet & malo, tale nomen tribui poſſit. Etenim barba virum gravem atqve ſapientem, imo Deum ter opt. max, (qvem Pontificii, Græci, & hodie dum Rutheni barbatum fingunt) decens, in honore ſemper fuit, & hinc majoribus.

Non coma, non ulla barba reſecta manu.

Qvod immerito miratur Vates Sulmonenſis: nam barba privari ignominioſum fuiſſe, tum ſacra, cum prophana monumenta conteſtantur. Romani ſervos, noſtrates fures, lege mulctarunt capillis & barba. Idem qvoqve faciunt adhuc Turcæ. Et qvis neſcit Hiſpanos, promiſſe barbatos, orbem novum occupantes, incolas, qvod non alerent barbam, ſed radicitus evellerent pilos, beſtiis eſſe pejores, ejeraſſe. vid. *Benzon* Nov. Orb. Hiſt. Lib. II. C. 17. Barbam igitur a politiſſimis gentibus maximi habitam fuiſſe cum probe conſtet, neceſſum eſt aliam nominis eſſe cauſam, luſum forſan, aut ænigma; potuit enim a *barbarus*, barba ſumi, per *ſkegg* explicari, adjectiviqve loco compoſita in voce poni. Verum ego *Skeggöld* a *Skeggia* ɔ: ſecure, derivo; nam hinc potuit commodiſſime ævum cæde madens apellari, cum inter arma ſecures promineant. Qvidqvod, *Skeggöld* ſalutatur Dea cædivalis, parca, qvæ cæſis bello in Valhalla pocula miniſtrat. *Grimnismal* teſtor, ubi Odinus *Valkyrias* enumerat, nominibus, qvæ gradus belli monſtrant. *Hriſt* oc *Miſt* vil ek mer horn beri, *Skeggöld* oc *Skögul*, *Hildr* oc *þrudr*, *Hlöck* oc *Herfiötr*, *Göll* oc *Geyrahöd*, *Rángrid* oc *Reginleif*, þær bera *Einheriom* öl. ɔ: Hriſt *et* Miſt. *volo mihi cornua afferant*, Skeggöld *et* Skögul, Hillda *et* Thruda, Hlöck *et* Herfiötr, Göll *et* Geyrahöd, Ránggrid *et* Reginleif *hæ monoheroibus potum miniſtrant*,

48) Senſum hujus ſtrophæ hunc eſſe crediderim. Vita &, qvi eam producit, vitalis calor, latebunt

Í *) hölti hoddmimis.
Morgin davggvar
Þav ſer at mat hafa.
Þadanaf aldir **). alaz.

XLVI. GAGNRÁDR.

Fiölþ ec fór,
Fiölþ ec freiſtada. etc
Hvaþan cömr sól
á inn ***) ſletta himinn,
Þá er þeſſa hefir FENRIR farit.

XLVII. VAFÞRUDNIR.

Eina dóttr
berr alfravdvlf,
áþr hana 49) FENRIR fari:

In *) *colliculo* HODDMIMIS;
Rore matutino
veſcentur:
Et hinc naſcentur homines.

XLVI. *GAGNRADUS.*

Plurima obivi,
Plurima expertus fui. etc,
Unde veniet SOL
In ***) *planum illud coelum,*
Cum hunc perdiderit FENRIR?

XLVII. *VAFTHRUDNIS.*

Unam filiam
Pariet Sol,
Antequam eam FENRIR *perdat.* 49)

*) holdi i. e. *carne* Ch. **) aldr

***) Svaſa i. e. *ſerenum*, et ſvala i. e. *refrigeratum* Ch.

---

bunt in corpore terræ renaſcentis. Hi rore mediante matutino, ceu ſucco maxime temperato, homines producent. Qvæ gentilium Scytharum, Ægyptiorumqve dogma ſapiunt, qvi, ut etiam hodie Sinenſes, homines initio cum cæteris animalibus e terra, ſtirpium adinſtar, ignis beneficio omnia producentis, ortos crediderunt. vid. *Juſtin.* Lib. II. C. 1. Eo ſpectat Athenienſium gloriatio, ſe eſſe αυτοχθονας γηγενεις ſive eodem, qvod incolerent, innatos ſolo. l. c. cap. 6. Cicero pro L. Flacco c. 26. Nec aliter Virgil. Georg. II.

Cum primum lucem pecudes hauſere virumqve
Terrea progenies *duris caput extulit arvis*

Modum deſcribit vates Sulmonenſis Metam. I. hiſce verſibus

Cætera diverſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit, poſtqvam vetus humor ab igne
Percaluit ſolis; coenumqve udæqve paludes
Intumuere æſtu, foecundaqve ſemina rerum
Vivaci nutrita ſolo, ceu matris in alvo,
Creverunt, faciemqve aliqvam coepere morando.
Qvippe ubi temperiem ſumſere humorqve calorqve
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumqve ſit ignis aqvæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia foetibus apta.

Hæc inqvam doctrina Scytharum phyſiologiæ convenit apud Juſtinum l. c. in brevius contractæ.

49) *Fenrir*, lupus erat, monſtrum vita hominum morientium ſaturandum, qvi ſedes deorum contemptus cauſa cruore aſperſit. Tyri manum momordit;

ſú ſcal *) riſa,
50) þá er regin deyia,
**) modvr bravtir mær.

XLVIII. GAGNRÁÐR.

Fiölþ ec fór. etc.
Hveriar ro þær meyar,
er líþa mar yfer
***) fróþgeþiaþar fara,

XLIX. VAFÞRÚÐNIR.

Þriar þioþar falla
þorp yfer
Meya mavgþraſis.
51) Hamingior einar

g) þeirra í heimi ero,
þó þær meþ iotnom alaz.

Illa *) *eqvitabit,*
Ubi numina mortua ſunt 50),
**) *Matris vias virgo.*

XLVIII. *GAGNRADUS.*

Plurima obivi. etc
Qvænam ſunt virgines
Qvæ ſuper gentium multitudinem
Providæ tranſeunt.

XLIX. *VAFTHRUDNIS.*

Tres populi pervolant
Oppida ɔ: *terras*
Virginum Maugthraſis.
51) (*Qvæ*) *una* (*ſpecies eſt*) *geniorum tutelarium*

g) *Qvi in mundo ſunt:*
Qvanqvam illæ apud JÖTNOS *enutriantur.*

L. GAGN-

*) riſa i. e. *ſurget* vitioſe. **) módar No. 748. i. e. *difficiles*! ***) froþgeþar. *chart.*
g) þær er í heimi i ē. ſolæ fortunæ moderatrices, qvæ in mundo Ch. etc. No. 748

---

mordit; ſolem deniqve & *Odinum* (qvi iidem eſſe videntur) devoraturus. Forſan lupus hic eſt tempus omnium rerum edax. Cæterum hæc fabula monſtrat, qvam antiqva ſit traditio, qvæ draconibus & id genus animalibus defectum ſolis atqve Lunæ, apud gentes qvam plurimas, imo Americanos qvoqve, teſte *Laſiteau* in der allgemeinen Geſch: der Länder und Völker von America P. 1. p. 118. adſcripſit.

50) *ubi numina mortua ſunt.* Summum numen cum ſecundum *Eddæ* Mythol. 11. fine careat, ſeqvitur, hic debere tantummodo intelligi ſemideos heroas, qvi in magno Deorum crepuſculo omnes abſorbentur. Eandem de Diis ſuis ideam fovebant Stoici, vid. *Senecæ* Tragoed. in Hercule Oethæo v. 1012. ubi

Cœli Regia concidet,
Certos atqve obitus trahet,
Atqve omnes pariter Deos
Perdet mors aliqva & chaos.

Deos ſc. minores, vid. Epiſt. Lib. 1. Epiſt. IX.

51) (Hamingior) *Genii tutelares* ſ. boni, de qvibus vid. *I. Erici* Obſerv. 2. p. 149. Cæterum hic ſen-

L. GAGNRÁDR.	L. GAGNRADUS.
Fiölþ ec fór. etc	*Plurima obivi. etc*
hverir ráda æſir	*Qvinam regent* ASARUM
eignom goþa	*Bona Deorum,*
52) þá er ſlocnar *b)* SVRTA logi.	52) *Cum fuerit exſtincta* SURTI *flamma?*

LI.

b) Surtar L.

ſenſum hunc eſſe credo: Genus hominum renaſcens (diviſum in tres populos, terram ex mari emergentem occupabit o: inhabitabit: omnia tunc erunt geniis repleta bonis, qvi a malis univerſum tuebuntur.

52) *Cum exſtincta fuerit flamma Surti*) o: Conſummatione ſeculi peracta. Hæc referente *Edda* Mythol. XLVI. fieri credebatur
1) per ignem, mediante
2) aqva, qvæ *Surti* flammam exſtingveret, nam ſecudum *Volvſpá*
immergitur terra aqvis
— & —
— — emergit
Iterum — —
Terra ex oceano
Pulcherrime viridis.

Et in his cum noſtris majoribus, ſi modum ſpectes, qvo interibit mundus, conveniunt Stoici
1) *Sophocles*, cujus hæc ſunt verba

Εσαι γαρ εσαι κεῖνος αιωνων χρονος
Οταν πυρος γεμοντα θεσαυρον. χαση
χρυσωπος αιθηρ. η θ' βοσκηθεισα φλοξ
Απαντα ταπιγεια κὴ μεταρσια
Φλεξει μανεις.

unde ſuum Jupiter apud *Ovidium* Metam. Libr. I. procul dubio hauſit, dicens

Eſſe qvoqve in fatis reminiſcitur, affore tempus,
Qvo mare, qvo tellus, correptaqve regia coeli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

2) *Seneca* Qvæſt. Nat. Libr. III. Cap. XXVIII, pag. 368. m. "Aqva & ignis terrenis dominatur; ex his ortus & ex his interitus eſt. Ergo qvandocunqve placuere res novare mundo (o: Deo per totum diffuſo), ſic in nos mare emittitur, ut deſuper fervor ignis.

3) *Lucanus* Lib. VII. canens de cæſis in acie Pharſalica

Hos Cæſar populos, ſi non combuſſerit olim,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
Communis mundo ſupereſt' rogus oſſibus aſtra
Miſturus,

Sed differt exuſtio mundi Eddica ab illa Stoicorum, ratione effectus. Etenim hæc, poſcente fati ordine, repetitis vicibus novos iterum iterumqve mundos devaſtabit, perdet, depaſcetur, ſicqve æternis periodorum orbibus orientur & flagrabunt mundi. vid. *Cicero* de Nat. Deor. Lib. II. Illa tantum unica eſt, nec fato alligata. Hæc in nihilum omnia vertet; illa tantum hunc in vacuo fluitantem orbem, ſalvis beatorum ſedibus, & horrendo, qvem cum *Nidhöggo*, Dæmonum principe condemnati incolunt, mundo.

LI. VAFÞRUDNIR.

53) Viþar oc Vali
byggia ve goþa,
Þá er ſlocnar *i*) Svrta logi,
54) Moþi oc Magni
ſcolo 55) Miöllni k) hafa
ok vinna *l*) at Vigþroti 56).

LI. *VAFTHRUDNIS.*

53) Vidar & Valius
Habitabunt loca ſancta Deorum,
Ubi exſtingvitur Surti *flamma.*
54) Modius & Magnius
55) *Miolnerem obtinebunt*
l) *Et bellis finem facient* 56).

LII. GAGNRÁDR.

Fiölþ ec fór etc
Hvat verþr Oþni
at aldrzlagi
þá er rivfaz regin?

LII. *GAGNRADUS.*

Plurima obivi. etc
Qvis erit Odino
Ætatis (vitæ) finis,
Cum ſolventur numina?

LIII.

i) Surtar. L. *k*) Miaulne. C. S. *l*) Vitnis at vígþroti Cod. Acad. i. e. *lupo cæde debellato.*

---

53) De *Vidare* ɔ: Victore, & *Valio*, qvi potentem notat, hæcce nobis tradit Edda. *Viþarr* heiter einn hinn þaugli As. hann hefer ſkó þiokkvann. hann er ſterkr næſt því ſem þór er. Af hanom hafa goþin mikit trauſt í allri þraut, *Ali* eþer *Vali* heitir einn ſonr *Oþens* oc *Rindar*, hann er diarfr í oroſtom oc miöc happſkeitr. ɔ: Vidar *nomen eſt Deo illi taciturno; calceum is habet craſſum*, Thoro *fortitudine proximus. Et hic eſt tutiſſimum in qvolibet periculo Deorum præſidium.* Ali ſ. Vali Odini & Rindæ *filius pugna fortis eſt, & ſcopum collineare doctus.*

54) *Modi* eſt vis, vigor animi, ſ. virtus, *Magni* robur valet. Erant illi Thori filii, ſed Odini nepotes. Hæc autem qvatuor nomina mirum in modum conveniunt cum *Pallantis ex ſtyge* ſuscepta prole apud Heſiodum in θεογ. v. 583. & ſeqq.

Στυξ θ' τεκ' Ωκεανȣ θυγατηρ Παλλαντι μιγεισα
Ζηλον καὶ Νικην καλλισφυρον εν μεγαροισι
Καὶ Ερατος, ηδε Βιην αριδεικετα γεινατο τεκνα
Των ȣκ εϛ' απαναευθε Διος δομος ȣδε τισ εδρη
Ουδ' οδος οππημε 'κεινοις θεος ηγεμονευει
Αλλ αει παρ Ζενι βαρυκτυπω εδριοωνται.

55) *Miölner* ɔ: contundens, malleus erat *Thori*, qvo hoſtes percuſſit, debellavitqve, Per hunc b. *Kilian. Stobæus*, magnum ſuæ patriæ decus, fulmen intellectum fuiſſe putat in diſſertatione de cerauniis betulisqve lapidibus, habita anno MDCCXXXVIII. Cui ejus ſententiæ lubentior ſubſcribo, qvam *Johannis Göranſonii*, qvi in libro *Is Altinga*, Stockholm 1747. *Thoronis* malleum, crucem noſtri Redemtoris adumbraſſe, & illum hujus typum eſſe, certus adſerit. pag. 26. 27.

56) *lupo cæde debellato.* Thorus, *Odini* ex *Terra* filius, cum ſerpente Midgardico in conſumatione ſeculi congreſſus, victoriam eqvidem reportat, ſed

LIII. VAFÞRUDNIR.

Úlfr 57) gleypa mvn
aldafavþr,
þes mvn Viþarr reca,
kalda kiafta 58)
hann klyfia myn
m) Vitnis vigi at,

LIII. *VAFTHRUDNIS.*

57) *Lupus devorabit*
Seculorum patrem,
Hoc Vidar *ulciſcetur:*
58) *frigida ora*
is disrumpet
Vitnis *in cæde.*

LIV. ODINN.

Fiölþ ec fór etc
Hvat mælti Oþinn,
áþr á bál ſtígi,
ſiálfr í eyra 59) ſyni?

LIV. *ODINUS.*

Plurima obivi: etc
Qvid locutus eſt Odinus
Rogum aſcenſuri
Ipſe in aurem 59) *filii?*

LV. VAFÞRUDNIR.

Ey mannz þat veit,
hvat þv 60) í árdaga

LV. *VAFTHRDUNIS.*

Nemo hominum id novit,
Qvid 60) *tu initio dierum*

E ſagder

m) ita C. S. et No. 748. Vignis *Cod. Langeb.* Vingnis. *Cod. Reg.*

ſed viribus ita exhauſtus, ut niſi novem paſſus ab angve confoſſo ſe recipere neqveat, ubi ob vim veneni, qvod hoſtis in eum ejecit, mortuus cadit. vid. *Edda* Mythol. XLVIII.

57) *Lupus devorabit.* In conſumatione ſeculi, qvæ bello fieri dicitur, ſeu modo, qvi ingenium majorum noſtrorum prodit, erat Odino pugnandum contra lupum *Fenrirem*, de qvo vid. *Eddæ* Mythol. XLVIII. ſed a qvo ille devoraretur. Repugnaret hoc Mythol. II, qvæ teſtatur ſummum univerſi creatorem eſſe immortalem, verumqve Deum. Sed ex allatis in nota ad ſtroph. 17 & 18. Othinum patet eum non fuiſſe; unde omnis evaneſcit contradictio. Et qvis neſcit, veteres Græcos Latinosqve ejusmodi humanorum plurima ad Deos transtuliſſe. vid. Cicer. Tuſcul. Qvæſt. Lib. I. cap. 26.

58) *Frigida ora* ſc. lupi, qvi Odinum devoravit; frigida vero dicuntur, omnia, unde malum aliqvod naſcitur; ſic *köld ráð*, frigida, mala, ſubdola conſilia, *köld rif* frigidæ coſtæ, frigida latera, unde noxia conſilia promuntur.

59) *Filii* ſc. *Balderi*, cognomine boni, de qvo vid. Eddæ Myth. XLIII. XLIV. XLV.

60) *Tu.* Jam demum cognovit Vafthrudnis Odinum præſentem eſſe, qui ſolus hanc qvæſtionem ſolvere potuit.

ſagder ſ eyra ſyni.	*Depoſueris auri filii.*
feigom mvnni 61)	61) *Mortem præſago ore*
mælta ec mína forna ſtafi,	*Recenſui meas antiqvas literas*
Oc vm ragna ravc.	*Et Deorum fata.*
Nv ec vip Opinn deildac	*Jam, dum cum Odino tentavi*
mína Orþſpeki.	*Meam in differendo ſcientiam:*
þv ert æ víſaſtr vera.	*Tu es ſemper ſapientiſſimus hominum.*

61) *mortem præſago ore.* Perdiderat ſcilicet aleám certaminis qvæ capite ſtetit. vid. Stroph. xix. ſupra, unde crediderim, *Othinum* itinera eum in finem ſuſcepiſſe, ut dolis vinceret, qvos aperto adoriri marte prudentia diſſvaſit.

GRÍMNIS MÁL.

*) FORMÁLI
TIL
GRÍMNISMÁLA.

HRAUDÚNGR konúngr átti tva ſono. het annarr AGNARR, en annarr *a*) GEIRRAVÞR. AGNARR var x vetra, en GEIRRAVDR VIII. *b*) vetra. Þeir rero tveir á báti med *c*) dorgar ſínar at ſmá-fiſki. vindr rac þá í haf vt. *d*) Þeir brvtv í náttmyrkri vid land. oc gengo vpp. *e*) fvndo cot-bónda einn. Þar voro Þeir vm vetrinn. Kerlíng fóſtraþi AGNARR, en karl *f*) GEIRRÖÐ, *g*) ok kendi honum rád. At vári fecc karl Þeim ſcip. Enn er Þav kerling leiddo þá til *b*) ſtrandar,

PROOEMIUM APOLOGI
DE
GRIMNERE ɔ: PERSONATO.

REX HRÖDUNGUS *duos habuit filios;* (qvorum) *unus nominabatur* AGNARR; *ſed alter* GERRÖDUS. AGNARR *x hyemes,* GEIRRÖDUS *autem* VIII *hyemes, erant nati,* (cum) *illi duo ſoli lintre provehebantur in mare, cum arundinibus ſuis piſcatoriis; ad piſcium parvulorum capturam. Tempeſtas pueros in altum propulit: fregerunt navem ad terram* (qvandam) *noctis in tenebris; et egreſſi ruſticulum quendam offenderunt. Ibi perhyemarunt. Hoſpita* AGNAREM, *Hoſpes autem* GEIRRODUM *curabat, atqve hunc imbuebat conſiliis* (*calliditatibus*). *Idem, vere adventante, navem*

þá

*) Ita O. ɔ: Codex Oblongus. Frá Hraudvngi Konúngi *de Hraud. rege* U. ɔ: Fragm. Membr. Univerſitatis. In R. ɔ: Cod. Membr. Regio Inſcriptio vacat.

a) Geiröd. U. *b*) Vetra, neſcit. O. *c*) Dorgir. U.

d) í náttmyrkri brutu Þeir vid. etc. O. R. nulla diſtinctione anteposita. i. e. *Tempeſtas eos per tenebras noctis prop.* *e*) ok, ſine neceſſitate inſer. O.

f) fóſtradi, repet. U. id quod antiqve ſapit. *g*) Ok — rád, negligunt O. R.

b) Skips. *navem.* U.

þá mælti karl *i*) ein-mæli vid GEIRRAVD. Þeir fengo byr, ok qvomo til ſtavdva *k*) favdvrs ſíns. GEIRRÖDR var fram á ſcipi. han hlióp vpp á land. enn hratt vt ſcipino. ok mælti: Far þv *l*) nv þar er ſmyl hafi þic. Scipit rac *m*) í haf vt, en GEIRRÖDR geck **)* upp til böiar. honum var þar vel fagnat. *n*) Fadir hans var þá andadr. var þá GEIRRÖDR til konúngs tekinn; ok vard madr ágætr. OÞINN ok FRIGG ſáto í *o*) Hlid-ſciálfo, ok ſá um *p*). heima alla. ODINN mælti: Ser þv AGNAR fóſtra þinn, hvar han ***)* elr börn vid gygi í hellinom, enn *q*) GEIRRÖDR fóſtri

dedit pueris: ubi autem ipſe cum ſua uxore deducebat eos ad littus, ſeorſum (aliquid) *cum* GERRÖDO *loqvutus eſt. Pueri ventum ferentem nacti veniebant ad ſedes patris ſui.* (tum) GEIRRODUS, *in primore nave conſtitutus, exſiluit in terram, navem autem protruſit, et dixit: Nunc tu ito, ubi larvae (mali genii) potiantur te. Navis auferebatur in pelagum;* GEIRRÖDUS *vero ad praedium* (regium) *egreſſus, benigne ibi acceptus eſt. Pater ejus tum erat exſtinctus.* GEIRRÖDUS *igitur creatus eſt rex, et vir celebris exſtitit.* (Inter haec) ODINUS *et* FRIGGA *in Hlidſkialfa ſedentes omnes regiones oculis perluſtrabant.* ODINUS *fatus eſt: Vides* AGNAREM *alumnum tuum, ubi liberos gignit cum muliere gigante in iſto antro? at* GEIRRÖDUS

 minn

i) Ein mæli. R. í einmæli. O.
k) Faudurſ. R, ſed iſtud magis eſt receptum.
l) *Nú* male neglig. R. O.
m) í haf, omitt. I d.
**)* út, *extrorſum*. R. inepte. Mox böia, *praedia*. U. itidem.
n) þá var (var þá O.) faþer hans andadr. O.
o) Ita per *o* in fine melius ſcribi cenſeo, ad genus vocabuli oſtendendum. Hlidſkiálf. U. Hlidſkiálg. O. quae ſcriptio per g in fine non forſan temere eſt damnanda.
p) alla heima U.
***)* etr, *comedit* pueros una cum gig. l. apud gig. O.
q) ko úngr fóſtri minn ok ſ. etc. U. ubi vitio ſcribae excidit poſt EN: *Geirrödr er*, quo repoſito ordo fit honeſtior.

minn er Konvngr, ok ſitr *r*) nv at landi. FRIGG ſegir, han er matníþíngr *s*) ſá, at han qvelr geſti ſína, ef honum þiccia of margir coma. ODINN ſegir, at þat er in meſta lýgi. þau vedia vm þetta mál. FRIGG ſendi *t*) æſki-mey ſína FULLO til GEIRRÖDAR. hon bad konvng varaz, at eigi *u*) fyrigerþi honum fiölkvnnigr madr ſá, er þar var kominn í land. ok ſagdi þat marc á, at engi hvndr *x*) var ſva ólmr, at á hann mvndi hlavpa. En þat var inn meſti hegómi, at GEIRRÖDR konvngr veri eigi matgóþr. *y*) ok þó lætr hann handtaca þann mann, er eigi vildo hvndar á *z*) ráda. Sá var í feldi blám, ok nefndiz GRIMNER, ok ſagdi ecci fleira frá ſer, þótt han veri at ſpvrþr. Konvngr (þ) let hann þína til ſagna, ok ſetia

alumnus meus eſt rex, et nunc degit vitam quietam in regno ſuo. FRIGGA *loquitur: Ille tam ſordide parcus eſt, ut excruciet ſuos hoſpites, ſi ei videntur nimium multi advenire.* ODINUS *dicit id maximum eſſe mendacium. Illi in hanc rem ſponſionem* (inter ſe) *faciunt.* FRIGGA *adlegavit ad* GEIRRÖDUM *nympham* FYLLAM, *ſuam ciſtellatricem, monens regem ut caveret, ne illi veneficiis noceret magus* (quidam), *qui in eam regionem adveniſſet; et pro ſigno* (unde iſte agnoſceretur) *adferens, quod nullus canis tam rabidus eſſet, ut in eum foret incurſurus. Ea autem erat maxima vanitas, quod* GEIRRÖDUS *rex cibi benignus non eſſet. verum tamen illę comprehendi curavit hominem, quem noluerunt canes invadere. is in pallio erat cæruleo, et nominabatur* GRIMNER, *nihil autem amplius de ſe narrabat, tametſi rogaretur. Rex verum ex eo per tormenta exquiſiturus hominem collocari*

imilli

r) at löndum. U. *s*) ſvo at kvelr etc. O.

t) Eſcis-mey. R. O. *u*) forgerdi Q. *x*) væri. O. *y*) ænn þó U. ok þá let. O.

z) hlaupa U. (þ) lætr þina hann. U.

imilli elda *æ*) tveggia, ok ſat han þar *) VIII. nætr. GEIRRÖDR konvngr átti *a*) þá ſon x. vetra gamlan, ok het AGNARR eptir bróður hans. AGNARR geck at GRIMNI, ok gaf honum horn fvlt at drecca. **) ſagdi at *b*) konvngr gerdi ſlla, er hann *c*) let þína hann ſac-lavſan. GRIMNER dracc af. þá var *d*) eldrinn ſva kominn, at feldrinn brann af GRIMNI. *e*) Han qvad

fecit inter duos ignes; ubi ille perſedit VIII. *noctes.* GERRÖDUS *rex habuit filium, hoc tempore x hyemes natum, qui vocabatur* AGNARR, *patrui nomen referens.* AGNARR *ad* GRIMNEREM *accedens, dedit ei cornu plenum bibere; dicens regem male facere, qui illum juberet eruciatu adfici innocentem.* GRIMNER *cornu exhauſit. Tum vero eo proceſſerat ignis, ut ureretur pallium* GRIMNERIS. *Ille cecinit:*

æ) tveggia, omitt. U.

*) Qvaeri poteſt, cur Odinus tamdiu inter ignes ſederit, cum non dubium ſit, quin vi ſua divina et magica ſtatim á primo potuerit evadere iſtum cruciatum? hoc ita ſolvo: Virtute ſua magica probabiliter efficere potuit, ut nullum nec ab igne neque ab inedia ſentiret incommodum conf. *Snorrium* in Ynglinga Saga cap. VII. At longa iſta inter ignes ſeſſione voluit patientiam ſuam et conſtantiam animi oſtendere, et hominibus perſuadere, aliqvid ſibi divini ineſſe, quippe in quem elementum violentiſſimum, ignis, nihil, ad laedendum, virium haberet.

a) þá malè ignor. R. O. **) ok, inſer. O. U. nullam ob cauſam.

b) Fadir hans, *patrem ſuum.* *c*) þindi þenna mann ſakl. *adficeret hunc virum.* U.

d) elldr kominn ſvo nær, — *tam prope acceſſerat.* O. *e*) Haec omitt. O.

*) GRÍMNIS-MÁL.

I.

Heitr ertv 1) hripyþr,
Ok heldr til micill,
f) Göngomc firr funi!
Lodi g) ſviþnar,
Þótt ec á lopt h) berac,
i) Brennomc feldr fyri.

II.

2) Átta nætr ſat ec
**) Millum elda her,
Sva at mer mangi
Mat ne baud,
Nema einn AGNARR,
Er einn ſkal ráda

GRIMNERIS MELOS.

I.

CALIDUS *es, ignis!*
Et impendio major;
Diſcedamus ab invicem 1) *ignis!*
Lacerna aduritur,
Quamvis (eam) *ſurſum attollam,*
Uritur mihi prae (te) *veſtis,*

II.

2) *Octo noctes ſedi ego*
Inter ignes hic,
Ita ut mihi hominum nemo
Cibum (non) *offerret:*
Niſi unus AGNARR,
Qui ſolus imperabit

GEIR-

*) Inſcriptio vacat in R. f) Göngumz *id.* U.

g) ſuidnir U. forte, *urit:* et tum quidem *Lodi* ſignificabit *ignem;* convenientibus Germ. *Loder* favilla, et *Lodern* flammigare.

h) vera, ſurſum levatus eſſem, l. in ſublimi *conſtitutus.* U. atque ita vitatur Tautologia in, *Lodi ſuidnar*, et: *Brenn felldr.*

i) For *id.* O. **) Milli. R. Millomk. O.

1) Tautologia ſi quae eſt in voce *Ignis*, imputanda eſt egeſtati ſermonis Latini, non enim ſermonis Noſtri, cum *Edda* in uno loco LX *Ignis* vocabula ſimplicia recenſeat. Notionem autem et originationem vocum, *Hripudr* et *Funi*, petas in Gloſſario.

2) *G. Pauli* ita quidem diſpoſuit hanc Strophan, nempe in octo verſiculos: ceterum in Nota ſubdita mavult ordinem eſſe:

Atta nætr
Sat ec millum ellda her,
Sva at mer mangi mat ne baud.

Tripe

GEIRRÖDAR *l*) ſonr
m) Gotna landi.

III.

Heill ſcaltv AGNARR,
Allz þic heilan bidr
Vera týr 3) vera.
Eins drycciar.
þv ſcalt aldregi
Betri giöld geta.

IV.

Land er *n*) heilagt 4)
Er ec liggia ſe-
ÁSOM ok ÁLFOM *o*) nær.

GEIRRÖDI *filius*
Gothorum regioni.

III.

Salvus eris AGNARR,
Siquidem te ſalvum jubet
3) *Hominum Benefactor eſſe.*
Unius potionis,
Tu numquam
Melius pretium reportabis.

IV.

4) *Terra eſt ſancta,*
Quam jacere video
ASIS *et* ALFIS *propinquam.*

l) ſon. U.

m) Gotlandi O. et Alii apud *G. Pauli.* quod ille nimis breve eſſe cenſet. Ceterum *Gotnaland* de Gothia Sueciae provincia dici, caret auctoritate, ut ego opinor; ſubit ergo ſuſpicio τὸ *Gotna* apellative ſumendum eſſe, pro *Viris*; (*Gotnar* enim proprie ſunt *Equites*, à *Gotz Equus*, aut *Viatores*, à *Gata* Via: quibus oppoſiti ſunt *Flotnar*, *Navigantes*, *Nautæ*, a *Flót* l. *Flot Fluidum*, *Aqua.*) Ita ſenſus fortè fuerit: *Equitibus (Viris, Incolis) celebri regioni.* Aut *Gotna* ad praeced. *Einn* referendum, ut ſit ordo: Er einn gotna ſk. r. landi, *qui virorum unicus regioni* etc.

n) beylagt, mendoſe. O. *o*) nær, O. U.

Tripedem nempe (inqvit) oportet hic eſſe Semiſtropham. Poſterior pars quadrupes eſt, et alius metri. Haec ille. Auctor de numero verſiculorum in una Stropha (ſive, ut ego ſoleo exprimere, Stropharum in uno Verſu) non eſt uſquequaque ſollicitus, ut videmus infra in Fluviorum et Equorum recenſu; imo per totam hanc *Eddam*. Verumtamen certus numerus verſiculorum unius Strophae apud eum praecipue dominatur in qualibet Oda, uti in hac ſenarius.

3) *Vera-tyr*, unum ex *Odini* nominibus adſciticiis, non tamen (cum *G. Pauli*) ſimpliciter vertendum per, *Odinus*, proprium et verum nomen hujus Dei; quod ſi ille ſtatim aperte profiteretur in principio Odae, res erat transacta, et omnis ſubſequens narratio ſupervacanea, ac veriſimilitudine caſſa.

4) Haec terra eſt *Thrudheimus*, quem ait ſitum eſſe in *Aſorum* et *Alforum* confinio.

Enn í þrúdheimi
Scal þórr vera
Unz *p*) vm riúfaz regin.

Sed in THRUDHEIMO
THORUS *habitabit*,
Donec deficiant dii.

V.

5) Ý-DALIR heita,
Þar er ULLR hefir
Ser vm *pp*) gerva ſali.
ÁLFHEIM FREÝ gáfo
I árdaga
Tívar at tann-fe.

V.

5) Ý-DALI *vocantur*,
Ubi ULLERUS
Sibi fecit habitationem.
ALFHEIMUM FREYERO *dederunt*
In principio dierum (*primis temporibus*)
Dii, in dentitionis primae monimentum.

VI.

q) Bær er ſá inn þridi 6),
Er blíd regin
Silfri þaycto ſali:
VÁLA-SKIÁLF heitir,

Er *r*) vælti ſer
áſſ í árdaga.

VI.

Villa eſt 6) *tertia*,
Ubi ſereni (*ſuaves*) *Dii*
Argento aedes texerunt;
VALA-SKIALFA *dicitur* (habitaculum iſtud),

Quod ſibi adſcivit
Deus tempore priſco.

VII.

p) of *id.* *pp*) gorva R.

q) Bör R. *id.* Mirum videri poteſt, quod haec ſcriptio per ö *G. Pauli* induxerit, ut ille τὸ *Bör* de nomine proprio Aſorum unius caperet; etſi hunc mire et extra Eddam inter Aſos hic poni ipſe poſt fatetur; unde et illi hic (ut nit) in mentem venit appellativum *Bær* habitaculum, villa, Dan. Gaard; quod ſane in expedito erat. conf. not. 6.

r) valdi, *elegit*. O. et Al. apud *G. Pauli*

5) Si *Ý-dalos* hoſce putamus partem fuiſſe *Thrudheimi*, quam privigno ſuo *Ullero* habitandam conceſſerit *Thorus*, ceſſabit difficultas, quae oritur Stroph. vi. 1.

6) *G. Pauli* hic annotat: *Inn* þridie tertius (vid. l. var. q.) ante quem tamen tres memorantur, *Thor*, *Ullerus*, et *Freyr*, quicunque demum iſtorum ſit omittendus. Sed ſi praecedens *Bör* pro *Bær*

VII.

SAUCQUA-BECCR heitir *s*) hinn fiórdi,
Enn þar ſvalar knego
Unnir yfir glymia:
Þar þav ODINN ok SÁGA
Drecca vm alla daga
Glavd or gvllnum kerom.

VII.

SÖCQUA-BECKUS *dicitur* (*domus*) *quarta*;
Ubi frigidae poſſunt
Undae (*aquae*) *ſupra inſonare:*
Ibi ODINUS *et* SAGA
Bibunt per omnes (*totos*) *dies*
Laeti ex aureis vaſis.

VIII.

GLADS-HEIMR *t*) heitir enn fimti,
Þars *u*) hin gvllbiarta
VALHAULL *x*) víd *y*) of þrvmir.
Enn þar HROPTR kýſi
Hverian dag
Vapndavþa vera.

VIII.

GLADS-HEIMUS *nominatur quintus* (*locus*),
Ubi auri inſtar fulgida
VALHALLA *ſpatioſa perſtat:*
Ibi autem HROPTUS *eligit*
Quolibet die
Ferro exſtinctos homines.

IX.

Miöc er avþkent
þeim er (þ) til ÓDINS koma

IX.

Perfacile (ab aliis aedibus) *dignoſcitur*
Iis, qui ad ODINUM *veniunt*

F 2 Sal-

s) en IIII. R. *t*) er *eſt*. *u*) Enn, gen. Maſc. ſicut modo, En, gen. foem. utrobique male. R.

x) Etiam legi poteſt, Vid, ſono obtuſo, quod permanentiam notat, ut *halldaz vid*, *ſtanda vid* etc. Praepoſitione adverbiaſcente, ſenſu hic aeque commodo. *G. Pauli.* *Vid* quoque per *i* tenue legit *A. Magnæus* in Barth. Antiqq. p. 404. et pro Suſtantivo cepit, reddit-que verſiculum: *Valhalla tignis innititur.*

y) of. neſcit U.

(þ) *til*, hic exclud. U. quod et facit R. Stroph. ſequ. atque id ſalvo ſenſu fieri poteſt. Verſionem autem hujus Hemiſtichii, ubi repetitur Str. ſequ. de induſtria variavi, cum conſtructio verborum duplex in eo locum habere poſſit, etſi res eodem abeat.

Bær apellativo ſumitur, tum habitatoris nomen deſideratur. niſi forte hunc *Bæ* ſc. *Vala-ſkiálf*, in *Alfheim* (regione Freyero data) collocare libet, et hunc ipſum *Aſum* (v. 6.) ſive Deum hanc

Sal-kynni at ſiá:
z) Skavptom er rann rept,

Scioldom er ſalr þakiþr,
Bryniom vm becki æ) ſtrád.

(Ejus) *aedes adſpectu:*
(*Haſtarum*) *manubriis contabulatum eſt laquear,*

Clypeis (ſuperne) *contecta eſt domus,*
Loricae per ſcamna ſtratae.

X.

Miöc er avþkent
Þeim er til Odins koma
a) Salkynni at ſiá:
Vargr hángir
Fyri veſtann dyrr,
Ok *b*) drvpir aurn yfir 7).

X.

Perfacile eſt noſcere
Iis, qui ad Odinum *veniunt*
Ad domicilium ejus viſendum:
Lupus pendet
Ab occidente oſtio,
Et imminet aquila ſuperne. 7)

XI.

c) Þrym-heimr heitir enn ſiötti;
Er Þiazi bió
Sá inn á-mátki jötvnn;
Enn nú Skadi byggvir

XI.

Thrym-heimus *dicitur ſextus* (locus),
Ubi Thiassius *habitavit,*
Praevalidus ille gigas:
jam vero Schade *inhabitat,*

d) Skíð

z) Nihil hujus Hemiſtichii viſitur in O., et R. id transponit cum ultimo hemiſtichio ſequentis verſus. æ) Strát, per *t* in fine. R. *a*) Sala-kynni; in Plur. num. O.
b) dripr. O. corrupte. drífir, Alii apud *G. Pauli.* eodem modo.
c) Þrimr heitir heimr enn etc. *Thrimus* (*a*: Intonans) cæt. O. Mox, Enn ſiötti omittit *Edda Snorr.* et Sætti, ſcribit U. VI per numerum. R.

---

hanc ſibi ſedem elegiſſe dici, credere, quo etiam modo ante dictus ternarius (non Deorum, ſed villarum) numerus recte ſe habet, qualem et ſequentia exhibent. Et haec haud dubie veriora. Hactenus ille. Sed conjecturae huic obſtat *Edda Snorrii*, quae Fab. XV. tradit Odinum fuiſſe poſſeſſorem *Vala-ſkialfæ*; is adeo ſemet Aſi nomine ſimplici hic indigitat.

7) Subaudio, *Oſtio*, *G. Pauli* in parentheſi adpoſuit: *eodem utens pabulo*, ſc. *atque Lupus*, unde planum eſt, eum intelligere haec animalia viva; ego ſimulacra eorum intelligo, quae credo inſignia fuiſſe *Valhallae.*

d) Skír brvdr goda
e) Fornar tóptir faudur.

Caſta Deorum nympha,
Priſcas domos patris.

XII.

Breida-blik *f*) ero in *g*) ſivndo,
h) Enn þar Baldr hefir
Ser *i*) vm gerva ſali:
Á *k*) þuí landi,
Er ec liggia veit
Föſta feicn-ſtafi.

XII.

Breida-blica ſunt ſeptimo loco,
At ibi Balderus
Sibi fecit habitacula:
In ea regione,
Ubi exſtare novi
Pauciſſimas immanitates.

XIII.

l) Himin-biörg ero en átto,
Enn þar Heim-dall
Qveþa valda veom:
þar vörþr *m*) goda *n*) drecer,
I *o*) væro ranni,
Glaþr *p*) hinn góda miöþ.

XIII.

Himin-biörga ſunt octavo loco;
At ibi Heimdallum
Ajunt praeeſſe domiciliis:
Ibi vigil Deorum bibit,
In amoena domo,
Hilaris bonum medum.

d) Skíd-brúdr, conjic. *G. Pauli.* ratio adfertur in Gloſſario.

e) Forna. U. quod procedit, ſi voces *forna* et *toptir* conjungantur.

f) heita, omiſſo, *in ſivndo Edda Snorr.* ita et Stroph. ſeq. v. 1. *g*) ſiaundo. U. ſiöundo. O.

h) þar er, *ubi.* Edd. Snorr. *i*) of giörfa. Edd. Snorr.

k) þí *A. Magnaeus* et *G. Pauli.* invitis Membranis, in quibus *i* ſupraſcribitur, quod indicio eſt, *u* per ſcripturae compendium eſſe omiſſum, ſed ab Lectore debere ſupleri.

l) Himbiörg. O. *idem.* nam *Heimr* etiam dicitur *coelum*: ei autem et *i* grave ſubinter inter ſe permutantur. *m*) Guda. *Edd. Snorr.* et *A. Magnæus.*

n) Verbum hoc hic collocant *A. Magnaeus* et *G. Pauli.* At *Oddus Johannæus* in Exſcripto *Eddæ Snorr.* ab eo incipit Verſ. ſeq. difficile eſt decernere, utrum ſit melius.

o) vero U. et Edd. Snorr. *id.* nam *e* pro *æ* ſaepe ſubſtituitur.

p) goda l. góda. R. poſterius vix patitur genius Linguae. prius ſonat, *Deorum* l. *Divinum*, ſc. medum.

XIV.

Fólc-vángr *q*) er inn níyndi,
Enn þar Freýia ræþr
Seſſa coſtom í ſal.
Hálfan val hon *r*) kýſs
Hverian dag,
Enn hálfan Odinn á.

XIV.

Fólk-vangus, *eſt nonus* (locus);
At ibi Freyia *poteſtatem habet*
De ſedibus diſponere in triclinio:
Dimidiam ſtragem illa (ſibi) *eligit*
Quotidie,
Dimidiam vero Odinus *poſſidet.*

XV.

Glitnir *s*) er inn tíundi,
Han er 8) gulli *) ſtyddr,
Ok ſilfri þactr-iþ ſama.
Enn þar Forseti byggir
t) Fleſtan dag.
Ok ſvæfer allar ſakir.

XV.

Glitnir *eſt decima* (*domus*);
Ea eſt 8) *auro ſuffulta,*
Et argento tecta pariter:
Ibi autem Forsetus *habitat*
Plurimum diem (*perpetuo*),
Et ſopit omnes lites.

XVI.

Nóa-tún ero en *u*) elleptu,
En þar Niörþr hefir
Ser vm gerva ſali.

XVI.

Noa-tuna *ſunt undecima*;
Sed ibi Niördus
Sibi fecit aedes:

x) Man-

p) Heitir. *Edda Snorr.* numero omiſſo. Heitir enn, *dicitur porro. A. Magnæus* ap. *Barthol.*

r) á, *poſſidet. Edd. Sn.* Cod. Reg.

s) heitir ſalr, *dicitur domus*; ea — fulta, et ſic porro. *Edda Snor.* Heitir etiam U.

*) Staddr, O. *corrupte.* *t*) fleſtum. *Edda Sn.* Cod. Reg. quando *Dag* erit. Ablativus.

u) Ita O. nec eſt ut lit. p quemquam offendat hic, non magis quam in voce *Giöptr* foſſio, ſepultura. Ceteri ſcribunt per compendium numeri; et U quidem praemittit, Er h.

8) Ait iſtam domum aureis columninibus ſuſtineri. O. *Pauli* hunc verſum reddidit: *Ea* (domus) *eſt auro egeſta*; et *tò Studdr* cenſuit ad parietes eſſe referendum, adferens pro iſto ſenſu verba Gigantidis ad *Brynhilldam*: Skalltu í gegnum gánga eigi grioti *ſtudda* garda mína, o: *Tu domum meam ſaxeam non pertranſibis.* Mihi tamen aliquanto nimium videtur, iſtius domus parietes ex auro fuiſſe. Dicat quis, omnia eſſe ficta. Sino: ſed fingenda erant cum aliqua veriſimilitudine.

x) Manna þengill	*Hominum rex*
y) Enn meins vani	*Ille innocens*
Há-timbroþom z) haurgi ræðr.	*Alte ſtructo delubro praeeſt.*

XVII.

Hriſi vex	*Virgulto obſita eſt,*
Oc há graſi	*Et alto gramine,*
(þ) VIDARS æ) land 9) vídi.	VIDARIS 9) *regio* (atque) *ſalice:*
Enn þar 10) mavgr a) af læze	*Ibi autem gnatus* 10) *deſcendit*
Af mars baki	*Ex equi dorſo*
Frócn b) ok hefna favdor.	*Vegetus in ulciſcendo patre.*

XVII.

x) Mana. U. obſcure. y) er *eſt.* O. z) havrg, *omiſſo*, ræðr. R. O. *obſcure.*

(þ) Vinþars. R. Viþains. O. Vinþains, Al. ap. *G. Pauli.* corrupte omnes.

æ) *land-vídi*, una voce; a principio legit *G. Pauli*, ɔ: Víd-lendi *tractus late patens*, poſt ragna-röckr ſc, in quo unius noctis filius futurus praedicitur *Vidar.* Haec ille; ſed tamen poſtea amplectitur alteram lectionem, quam expreſſi. Valius Odini Filius unam noctem natus fuit, cum Ballderi caedem in Hödo ultus eſt. atque adeo Interpres memoria lapſus, *Vidarem* pro Valio poſuit.

a) of læz, idem U. oſleſk. *una voce, corrupte.* O. of lezc, *G. Pauli*, capiens το *Lezc*, pro *Hledſk* i *Hledſt.*

b) at *G. Pauli.* privato, ut videtur, auſu, at eo tamen fere neceſſario; nam iſtud, ok, quod libri praeferunt, turbat nexum orationis, eſt tamen, ut παρέλκον eſſe poſſit, poſitum pro *of* in *Vafþrúdnis-malum.*

---

9) Non arbitror hic agi de regione Deorum, quam *Vidarr* poſſeſſurus eſt poſt Deorum Interitum; qui enim magis *Vidari* haec adſignaretur, quam *Valio* fratri, communi poſſeſſori? et praeterea hic non agitur id, ut futura praedicat Odinus, ſed ut ſe, res veras et praeſentes memorando, Geirrödo oblique indicet. *Vidarr*, *Deus ille Taciturnus* (hinn þögli Aſſ), videtur fuiſſe parum ſociabilis, atque adeo à ceteris Diis parum frequenter inviſus: hinc igitur dicit Odinus, *territorium ejus virgulto et alto gramine eſſe obſitum;* juxta illud ſuum in *Háva-málit*:

Hriſi vex
Ok há graſi
Vegr, er vætki træydr, ɔ:
Virgulto obſita ſit etc.
Via, quam nemo calcat.

10) Hic et in ſeqq. Odinus videtur innuere, *Vidarem* quidem multum equitare, ſuum intra territorium, at paucos ad eum viſendum, ut ſupra: verum, quanquam ira ſpernatur à reliquis Diis, fore tamen, ut, prae iis, ſe vegetum ſit praeſtiturus, in morte patris ulciſcenda!

XVIII.

c) ANDHRIMNIR lætr
I ELDHRIMNI
d) SÆHRIMNI ſodinn.
Fleſca *) bezt.
En þat fáir vito
e) Hvat Einheria 11) alaz.

XVIII.

ANDHRIMNERUS *reddit*
In ELDHRIMNERO
SÆHRIMNERUM *coctum,*
Carnium optimam.
Illud vero pauci ſciunt
Quantum 11) *Idiomachorum* (ea) *victitet.*

XIX.

GERA ok FRECA
Sedr gvnntamiþr 12)
Hróþigr *f*) Heria-faudor.
Enn viþ vín eitt
Vapngavfvgr
ODINN æ lifir.

XIX.

GERIUM *et* FREKIUM
12) *Satiat bello adſuetus*
Glorioſus Exercituum Pater.
Sed vino ſolo
Armis nobilis
ODINUS *ſemper vivit.*

XX.

13) HUGINN ok MUNINN
Flivga hverian dag

XX.

13) HUGINUS *et* MUNINUS
Volant quotidie

g) Iör-

c) *Andhrimir*, et deinde, *Elldhrimi*. O. *id.* *d*) *Serimni*, *id.* O. G. *Pauli.*
*) bezt. *G. Pauli*, ſine dubio ex *Edda Snorrii. id.*
e) Ita U. Hvat Einheriar. R. *corrupte opinor*, ex altero: Vid hvat Einheriar. O. 9: *quo idiom. victitent.*
f) *Hæna* corrupte. *G. Pauli* intelligens Hænerem, rationi linguae et hiſtoriae repugnanter.

11) Ita *G. Pauli* primus, opinor, reddit, addens in Nota: *Einheriar* nihil aliud ſunt quam viri domeſticum bellum ſub uno duce gerentes. Cui ego facile adſentior. In *Vafþrúdnis-málum* XLI. 1. Cod. U. ſcribuntur *Einſ-heriar* q. dicas *Commilitones* aut *Sodales* Καὶ ἐξοχήν. quod attendi meretur. Utut eſt, receptum illud *Monoherorum* vocabulum neque exprimit τὸ *heriar* genio ſermonis convenienter, neqve ab obſcuritate eſt liberum. Senſus autem hujus et praecedentis Verſiculi eſt, multitudinem Einheriorum eſſe pene infinitam. Quodſi quis retinere maluerit Lectionem Vulgatam, *Vid hvat Einheriar*, poterit ſenſus eſſe; Inauditum quiddam et prodigio ac miraculo eſſe ſimile, eodem apro ſemper victitare Einherios.

12) Omnem cibum, qvi ſibi anteponitur, Odinus dat Lupis iſtis, ipſe nullo cibo veſcitur; Auctore *Edda Snorrii.*

13) Duo fortaſſe latenter dicit per totum hunc Verſum; Unum: Vim illam animae humanae, qua

g) Iörmvn grvnd yfir.
h) Ovmc eĕ i) of Huginn
At han aptr ne k) comiþ,
Þó l) ſiámc meirr vm Muninn

Arva telluris ſuper:
Paveo (de) Hugino,
Domum ne non redeat;
Magis tamen circumſpicio (ſollicitus ſum) de Munino.

XXI.

*) Þýtr 14) Þvnd,
m) Unir þióþvitnis

Fiſcr flódi í.
Árſtraumr n) þikir

XXI.

14) *Sonat* (amnis) Thunda,
Tranquillè vivit Thiodvitneri (amnis *l.* lacus)

Piſcis in aqua.
Amnis impetus

G ö) Of-

g) iormvn grvnd, *diviſim* R. iörmun grund. U. — b) Oumz. U.

i) um. U. Utramque particulam omitt. G. *Pauli*, ex auctoritate *Eddae Snorrii*, per Hellenismum.

k) komi, ſine ſuffixa negativa. U. l) ſiámz ok, — *etiam* U. *) þyter þunder U. *obſcure.*

m) Unþir flódi í. O. *mendoſe. Mox* þiód vitnis, *duabus vocibus.* R. U.

n) þikir, *non eſt in* R. O. et poteſt tam ſenſus (ſubaudito, Er: eſt), quam metrum, ſine eo conſiſtere, dum ſecundam in *Arſtraumr* et in *Ofmikill* producte enuntiemus, ut debemus.

---

qua remota ſibi et praeterita, tamquam praeſentia, quomodocunque repraeſentat. Alterum: Rationem et Memoriam cum diligenti cura colendas eſſe et conſervandas; nam dubium eſſe num recuperentur umquam, ſi ſemel amittantur. Haud abſurde huc contulerim proavi mei *Stephani Olavii*, Poëtae Celeberrimi, Epigramma in vinolentos:

þad er vondt ad verda er
Med vilia, og líkiaz ſuínum:
þui einginn veit hvert aptr nær
Öllu vitinu ſínu. i.

Molum eſt fieri dementem
Cum voluntate (dedita opera), et adſimilari ſuibus:
Nam nemo ſcit, num recuperet
Omnem rationem ſuam.

14) Hanc qualemcunque obſcuri hujus verſus translationem, a *G. Pauli* datam, retinui, quamquam ea merito mihi ſuſpecta erat, cum ob-ſcrupulum Viri Doctiſſ. ſub Lect. Var. p adſcriptum; tum quod hic nullus locus eſt Fluminum recenſioni, quae infra demum fit; denique *þiód-vitnir* et *Valglaumir*, fluviorum nomina, nuſquam leguntur alibi. Ego ſuſpicabar ſenſum eſſe:

Ululat

o) Ofmikill — *Habetur nimius*

p) VAL-GLAUMI at q) vaþa. — VAL-GLÖMEM *pedibus transire.*

XXII.

o) Ofimikill, *idem.* O.

p) Ita R. Valglaumni, U. O. G. *Pauli*, cui tamen hoc nomen amnis masc. gen. satis videtur insolens, et potius existimat fuisse *Valglaumu* f. g. aut *Vallglaumu;* quemadmodum enim apud Latinos fluviorum nomina sunt masculina propter subsstantivum subintellectum, ita et in nostra lingua respectum haberi ad vocabulum commune á f. g. Sonat autem Illi *Valglauma* amnem sonorum, hominibus in praelio caesis transeundum; et *Vallglauma* amnis per campos sonans. Eidem, ex dicto fundamento, þiódvitnir vix amnis est.

q) vallda, *pollere, superare. valere posse.* O.

Ululat (α) *Odinó* (et)
Manet (β) inclytus Lupus
(Tanquam) piscis in fluvio:
(γ) Amnis (istius) torrens
Nimis (est) magnus
(δ) Volucri equo
Ad vadandum.

(α) þund pro þundi, per Aphæresin. Et valet modo: *þundi*, ad voluntatem Odini, h. ex ejus decreto; non quod ei decreverit ululare, sed in fluvio ululare, cujus in Insula vinctus tenetur.

(β) Intelligitur Fenris-Ulfus. *þiód*, in Compositis excellentiam et celebritatem notat, ut in *þiód-hagi*, *þiódskálld*, Artifex, Poeta, celebris. þiódvitnis, Genitivus pro Nominativo, uti *Askr Yggdrasils* pro *Yggdrasill;* ita enim *Vola-spa*:

Ask veit ek standa
Heitir *Ygdrasill.*

Fiskr porro vocatur Lupus, quod vivat in flumine, quamquam proprie in Insula fluminis. Potest autem etiam hujus et sequentis Strophae sensus esse: *Vivunt laeti inclyti Lupi pisces in profluente*, i: in amne illo, quem ex rictu Lupi profluere tradit *Edda Snorrii.* et hic sensus melior est, ob sequens Hemistichium; quamquam non sit verisimile lupinam istam salivam piscibus esse salubrem. at in Mythologia paucissima sunt ad verisimilitudinis regulas exigenda.

(γ) Aut intelligendus est Fluvius *Amsvartner* (molesto nigrore praeditus) cujus in Insula constrictus vinculis adservatur lupus. Sed potius est ut intelligatur Amnis iste salivaris, de quo nota praeced. cujus magnitudinem hic exaggeret Odinus.

Endr at hamri.

XXXII.

Percuſſit illam veterem
Gigantum ſororem,
Quae quidem dotem maritam
Poſtulaverat;
Ea cottabum (ſonantem plagam) accepit
Pro tinnulis numis,
Ictus autem mallei
Pro annulorum copia.
Sic ODINI *gnatus pervenit*
Rurſus ad malleum.

q) *Syſtir*, qui nominandi caſus eſt. G. S. improbe. Deinde *hinn*, in gen. maſc. S. itidem.
r) *Ofbeþit*, junctim G. S. prave. *s*) *ſon*. G.

HRAF-

HRAFNA-GALDR OÞINS.

Mira inſcriptio Carminis, ne γρυ quidem, quod huic reſpondeat, habentis. Bene igitur a *Paulo Widalino* (an ut auctore primario, neſcio), imo optime ac rectiſſime, in indice capitum hujus Eddae, adjectum invenio: Þad eru Forſpiallsliód, id eſt *Prologus, Prooemium, Praefatio, acceſſus* atque *introitus* ad rem ipſam, quales plures habent hujus libri odae introductiones proſaicas. Hic igitur, ſi rem carminis conſideremus, praeſagia ominoſa, curas et ſolicitudines, tacente vatis oraculo, conſultationem in craſtinum rejectam, ejusque tandem diei exortum; ad Ballderi imminens periculum haec eſſe referenda deprehendemus, et ultima hujus carminis cum initio *Vegtams-Quidae* optime atque intime ac immediate (ſi ita placet) cohaerere; ut facile credere quis poſſit, unam hic Oden in duas male eſſe divulſam, pariterque male ex *Hræfa* l. *Hræſva-galldr* (Vegt. Qv. *Vallgaldr*) factum eſſe *Hrafnagalldr*, cum nec in *Vegtams-Quida* corvi occurrant. Titulus autem *Vegtams-Kvida* poterat medio poëmiti inſeri, ſeu poſteriori hujus parti imponi, quemadmodum in *Hávamálum* pars ultima, de Runis agens, dicitur *Rúna-capituli;* in *Havamálum*, inquam, non extra aut ſeparatim, quod ultima hujus Capitis ſtropha oſtendit; nec non, in *Waſþrudnismálum, Capitulum*, incipiente Odino gigantem interrogare. Valde quoque dubitandum videtur, quamvis Odini corvi totum terrarum orbem pervolarent, eique, quae viderant atque audierant, referrent, ſagaxque hoc avium genus haberetur, eorum tamen augurio atque oraculo ac revelationi hic fuiſſe locum, tacentibus aliis. Unde vix ſuſpicandi locum hic eſſe puto, magnam partem carminis ejusmodi de rebus agentem hic deſiderari, cum nec ſtricturam hujusmodi ullam vel in *Scallda* adduci, vel alibi citari meminerim. Unum mihi hic obſtare video, id videlicet, quod in *Hrafna-galldri* pertinax ſe prodat ſilentium, hic (in Vegt. Qv.) vero vel plurimum reſponſorum fiat mentio. Sed ut auctoris fallibilitatem omittam, ſuique ipſius inter fingendum poſſibilem neglectum, poterat nocte intermedia, vel poſteri diei tempore matutino, hactenus occultum aliquid aperiri. Nec multo melius,

lius, quam quae modo tetigi, ſecum in ipſa *Vegtams-Kvida* conſentiunt aut conſonant iſta: *Valfaudr uggir* etc. et *Hveim| era bekkir — Hver mun Balldri — Hver mun Haudi — Hveriar ro meyiar* — neque enim hic de defectu illo ſupplendo quidquam. *G. Pauli.* Mihi autem hic uſu venit, quod alias ſaepe, ut à Viro Doctiſſimo ſeorſum ſentiam, neque ullum nexum *Vegtamsquidae* cum hoc poëmatio agnoſcam, his inductus rationibus. 1) *Vegtamsquida* et verbis et re ſatis plana eſt, ſatisque plena pro ſuo utique inſtituto; cum è contrario iſtud *Corvicinium* non modo verbis interdum et enunciationibus obſcurum ſit, verum etiam, quod peſſimum eſt, re ipſa principali ſ. argumento abſtruſum. Adeo ut ne umbram quidem veriſimilitudinis videam, cur unum poëma ſit ſtatuendum, quod in partibus ſibi tam eſt diſſentaneum, ut ſunt *Corvicinium* et *Vegtamsquida.* 2) *Edda Snorrii*, Fab. XLIII. ſeqq. ubi mortem Balderi cum ſuis circumſtantiis ambitioſe narrat, prodigiorum, quae hanc praeſignificaverint, nullam facit mentionem, praeterquam ſomniorum infeſtorum ipſius Balderi, memoratura ſine dubio, ſi plura extitiſſent prodigia; conſentitque in hac re cum *Vegtamsquida*, licet in aliis quibusdam ab ea diſſentiat. 3) Oracula (quaecunque demum fuerint) ſuper funeſtis Balderi ſomniis conſulta, ſine omni difficultate atque ambage reſponſum dederunt (Vegt. Qu. II. 4. ſeqq.); idem veriſimiliter in Prodigiis hujus *Corvicinii* factura, ſi ea ad Balderum ſolum ſpectaviſſent. Haec ſatis ſunt, credo, ad improbabilitatem iſtius ſententiae monſtrandam; quam de cetero qui amplexus fuerit, nullam lucem adfuderit *Corvicinio*, nonnullas vero tenebras *Vegtamsquidae.* Quod autem ad *diſſenſionem* ſive *diſſonantiam* adtinet, quam Laudatus vir in ipſa *Vegtamsquida* eſſe exiſtimat, ſuae credo, ut obſtetricetur ſententiae, eam forte, ſi tanti ſit, levi negotio diſcutiam ſuo loco: Concluſio enim a Partibus Odarum *Hávamál* et *Vafþrudnismál*, quae partes expreſſe *Capituli* nomine inſcribuntur, ad *Vegtamsquidam*, cui nulla *Capituli* mentio praefigitur, ipſa ſe coarguit. Sed ut diſcedam aliquando à *Vegtamsquida*, mea ſuper *Corvicinio* opinio huc fere redit: 1) Arbitror per ſe plane liquidum, Odam hanc capite et calce mutilam eſſe. Capitis dispendium clamat obſcuritas quatuor primorum Verſuum octoſtichorum, praecipue vero iſtorum primi, qui quantò verbis eſt clarior ceteris, tantò re eſt obſcurior; Neque lucubrae quicquam ſeneratur a ſequentibus, ut cum quibus in nullo aut parvo utique eſt nexu, adeo ſcilicet argumentum et intel-

lectum hujus Verſus ex praecedentibus dependiſſe. Sequentium trium Verſuum alia eſt ratio; verbis enim partim ſunt obſcuri, re tamen hactenus clari, quod umbram quandam exhibent oraculorum l. vatum conſultationis irritae, et ſomniorum infauſti ominis; at qua ſuper re iſta conſultatio fuerit facta, id tacent, quaſi notum videlicet ex anterioribus. A calce autem mutilam eſſe Odam inde planum eſt, quod verbum nullum habet de Bragii, qui cuſtos relictus erat nymphae fatidicae, ab ea diſceſſu, aut negotii inter eos, poſtquam ſoli erant, exitu; multo minus de Aſorum ulteriori conamine, aliquid quoquo modo ex hac vate eliciendi, ſuper ſecreto ſibi tam momentoſo, quodque hanc ſolam ſcire crederent. Faciamus enim Bragium ſolum cum ſola nihil profeciſſe, tum valde probabile eſt, ipſum Odinum rem eſſe aggreſſum, et calliditalem ſuam atque ſuavitatem omnem ſermonisque et geſtuum apud nympham adhibuiſſe, ad eliciundum ex ea oraculum et mali remedium. Statuo igitur: 2) Cum praecipuas ſine dubio partes in hoc Dramate ſuſtineat *Idunna* quadam, *Edda* autem nullam, hoc nomine, mulierem agnoſcat, praeter Idunnam Bragii uxorem; praeſentis igitur, inquam, Odae, dum erat integra, primarium argumentum fuiſſe ſtatuo, quô pactô et quâ occaſione haec ipſa *Idunna* uxor *Bragii*, et *poma Aſorum vitalia*, quae ſervat, (tradente *Edda*, Fabb. 24. 51. et 52.) ad Aſos venerint; ſcilicet quaeſtui huic, Aſis tam ſoſpitali, occaſionem praebuiſſe oblata neſcio quae dira, et abſtruſae ſignificationis ac procurationis prodigia, horumque interpretationem et remedia ſummo labore quaeſita. Hanc ego opinionem facile mihi demi non patior, et longe inteponendam contendo Paulinae ſententiae, ſuper Balderiani fati prodigiis, ſuperius allatae. Unum addo meae hypotheſi ſuper *Idunna* firmandae, ſcilicet non recenſeri illam inter Aſynias in *Edda Snorrii*, non plus quam *Schadeam* Niördi, et *Gerdam* Freyeri, giganteae ſtirpis feminas, unde concludo neque eam ex Aſorum aut Vanorum gente fuiſſe. 3) De *inſcriptionibus* Odae (ſi minus placent notata ad Var. Lect. o et p. V. III) ſic arbitror: Formatae ſunt ab recentioribus, meritoque huic laciniae talia nomina propter obſcuritatem et perplexitatem ejus impoſita, ſicut *Corvorum voces* hominibus ſunt obſcurae; *Vaticinia* item et *oracula* ſenſu ſaepe ambigua ac perplexa fuere. Quod autem ſiquis hiſce inſcriptionibus reſpici malit ad *Vaticinia quaeſita* et *Oraculorum ſciſcitationem*, quae tangit hoc Fragmentum, ei quidem id per me licuerit, cum tanti non ſint hae in-

ſcriptiones, ut ſuper earum ratione ambitioſe diſquirendum ſit aut contendendum. Cumque praeſertim planum ſit, duas poſteriores *Forſpiallsliôd* et *Forſpiallsmál* hoc ſenſu capi poſſe; quid enim aliud ſonant vi vocis, ad rem ipſam magis adplicabile, quam *Praedictionis odam l. melos?* nam quod *G. Pauli* eas vertit *Prologum, Pooemium*, id per ſe quidem recte habet, verum ab argumento Odae eſt alienum, et praeterea ab conſuetudine *Eddae* noſtrae, cujus omnium, qui ſuperſunt, *Prologorum* nemo niſi in oratione proſa eſſe inveniur. Quin et prima Inſcriptio *Hrafnagaldr Odins* ad eundem *Vaticinii* ſenſum per levem tranſlationem reduci poteſt, dum attendamus, Corvos olim, imò et hodie, etiam ab uno vel alio, pro *alitibus vaticinis l. fatidicis* eſſe habitos. Adeo nihil cauſae video, quin factitiam recentem Inſcriptionem, *Hræva-galdr* (*Funereum l. Ferale carmen*), ſuo relinquam auctori. Haec de Titulis Odae ſatis ſunto. Porrò non diſſimulabo meam ſuſpicionem: Non arbitror ſcilicet Odam hanc eſſe *Sæmundi*, ſive quisquis fuit auctor *Eddae Rhythmicae* l. Antiquioris, *Sæmundo* communiter tribui ſolitae, certe illo non indignae; verum potius credo foetum eſſe aemuli alicujus aut ſimii Sæmundiani, qui rem quidem ſuo tempore notam, at intactam *Sæmundo*, Hiſtoriam putà Idunnae et Pomorum Vitalium, voluit ad ejus modum et exemplum, forte et in ejus invidiam, et gloriae poëticae deminutionem, tamquam tenui nimis et ſimplici plebejoque ſtylo ſcribentis, verſibus complecti, oratione magis exquiſita et ab uſu vulgari remotiore; cujus rei gloriam dum quaeſivit ambitioſius quam prudentius, incidit, meo judicio, in deteſtandum obſcuritatis crimen; unde adeo profectam conjicio raritatem hujus Odae, ut cujus nullum exſtet exemplar, non dico in *Codice Chart. Suhmiano*, quam tamen Odarum Sæmundinarum Collectionem novi pleniſſimam; ſed ne in copioſa quidem illa *A Magnæi* Bibliotheca. Fuiſſe tamen quosdam credibile eſt, quibus Oda ſe olim, ipſa obſcuritate ſua, ut fit, commendaverit, quorum beneficio non tantum non interiit, verum etiam inter Sæmundinas recepta eſt. Unde autem tibi ſuſpicio, *Sæmundi* non eſſe hanc? video quaeſitum iri; et reſpondeo: Primò, ob genium ſcribendi, neſcio quem, ſed multum diverſum ab omni illa *Edda* quae *Sæmundo* tribuitur. Deinde propter obſcuritatem ſuam, quae non unum verbum aut phraſin, non unam ſtropham aut unum verſum octoſtichum, quod interdum apud *Sæmundum* uſu venit, ſed totos, ſine interruptione, tres, quatuor, verſus poſſidet

nonnunquam. Denique, id quod primarium eſt mihi argumentum, ob rei principalis ſ. materiae perfunctoriam et ſupinam; at ex adverſo ambitioſam et ſolicitam, rerum indifferentium narrationem e. g. ubi *ſomnum* et *noctem* deſcribit, quae uno et altero verbo adtigiſſe ſatis habuiſſet *Sæmundus*, inutilium digreſſionum ſeverus oſor, et perſaepe ea ex ſuarum narrationum contextu ſolens reſecare, quae ipſum per ſe lectorem videt poſſe intelligere; quam ejus laudabilem brevitatem notavi ad *Hymisquidam*. Verumtamen non diffiteor ipſas hujus odae digreſſiones lepidas eſſe ſatis, eamque adeo harum praecipue meritô dignam mihi videri, quae lucem adſpiciat publicam. Ad poſtremum ingenue advertendum puto lectorem, ut quicquid hic ſiſtitur meae utique verſionis et illuſtrationum in obſcuriora loca praeſentis Odae, id aliter ne accipiat, quam pro infirmo quodam tentamine. Et ſimul adeo non pudeo fateri, ut etiam profitear et prae me feram, quatuor me totos menſes, in hujus tantillae Odae, tantulo cum fructu, ſcrutinio conſumſiſſe, idque, cum inter manus haberem laudabiles *Gunnarii Pauli*, qui harum literarum cluet ſcientiſſimus, in eandem diſcuſſiones; nam hoc punctulum modo temporis eſt, ad decennium *Erici Hallæi* Höfdenſis, poëtae Iſlandi non incelebris ſeculo praeterito, qui tamen, poſt id decennium rimandae noſtrae Odae inſuetum, abjeciſſe eam perhibetur, addens, nihildum ſe aut parum ex iſta intelligere.

*) HRAF-

*) HRAFNA-GALDR ÓÞINS AL FORSPIALLS-LIÓÞ, FORSPIALLS-MÁL.

I.

1) ALFÖDR *a*) orkar 2) ÁLFAR *b*) ſkilia 3) VANIR vitu. Víſa 4) nornir.

CORVICINIUM-ODINI. AL ORACULI L. VATICINII-MELOS.

I.

1) OMNIPARER 2) *pollet:* SEMONES 3) *intelligunt:* VANI *ſapiunt:* 4) *Monſtrant Parcae.*

c) Elr

*) Non extat haec Ode in R. neque in S. aut O. Tertiam ejus inſcriptionem non agnoſcit G.

a) *occar*, Varians Lectio eſt in E. ſive Codice *J. Erici. noſtrum duorum* ea notat, ad Contextum noſtrom inepte.

b) ſkiria, legit P. ſ. Exemplar Gunnaris Pauli, monſtrum verbi, quod ille reddit *illuſtrare tentant*, adferens *Ek ſkiri*, *purgo*, *illuſtro*, tanquam velit *ſkiria* hujus eſſe Tertiam perſonam Indicativi pluralis, quod non procedit. || Spyria, ſkynia *Quaerunt*, *inquirunt*, conjic. *G. Pauli*.

---

1) Latet forte is ſenſus: Facultates l. Virtutes, quae Odino et ceteris Poteſtatibus Κατ' ἐξοχὴν hic tribuuntur, nihil eos juvaſſe in praeſenti rerum ambiguitate.

2) I. e. pollens, valens potens eſt. *G. Pauli* addiderat aliam verſionem, *ueytir orku*, *vires intendit;* de quo ſenſu parum mihi compertum eſt: aut conjungendum putat cum ſequenti, ut ſit: *Orkar þeſſ at Alfar ſkiria*, *rem illuſtrare tentant*; ita enim ille obſcure, cum ejus ex mente eſſe deberet: *Id agit (efficit) ut Alfi — tentent.* Sed iſta confuſio non placet, cum omnes Strophae hujus Ootoſtichi ſuum quaeque ſibi ſenſum habeant abſolutum et diſtinctum ab ſe invicem.

3) Aut, ſunt intelligentes l. ſcientes; ut ſupra monui, aut, ſentiunt aliquod mali imminere, et ſic etiam Str. ſeq. ubi *G. Pauli Vitu* reddit: *Scire conantur:* Mihi tamen verbum *at vita* abſolute poſitum hac notione ignotum eſt.

4) I. e. Fatorum ſunt indices; ſed hoc ſcilicet loco praeſcientia earum fruſtra fuit. || Demonſtrare conantur: vel, *víſa frá ſer til annara* (*Prodigia l. conſulentes ſeſe ad alios vates relegant.*) *G. Pauli*

c) Elr 5) Ividia.
Aldir 6) bera.
d) Þreÿia 7) ÞVRSAR.
e) Þrá 8) valkyrior.

II.

f) Æthun 9) ÆSIR
g) Illa gâtu.

5) *Auget Dryas:*
Mortales 6) *patiuntur:*
7) *Exſpectant* THURSI (*Geloni*):
8) *Deſiderant ſtragium nymphae.*

II.

9) *Decretum* ASI
Malum (*eſſe*) *ſuſpicabantur.*

h) Ver-

c) *Elir* Al. apud E. quod et *G. Pauli* conjecerat; vid not. 5. verbum mihi inauditum. || Deinde, *i viþia*, diviſim, E.

d) *Þreigia* P. ſuſpectum. *Þreygia*, conjic. *G. Pauli*, parum feliciter vid. n. 7.

e) Þiá *adfligunt*, *vexant*. E. G. f) *Ættom*, Al. in E. forte, Ætt oin *de gente ſua.*

g) Ita Al. in E. Sed Alla *omnem*. E. G. P. unde *G. Pauli* has Strophas interpretatur: *Sagacitatem* (ſuam) *omnem adhibuerunt Aſi*, l. *aliorum quaeſiverunt*, *obtinuerunt*. Uterque

5) Aut, Auget revera et fovet, quae ipſa excitaverat objeceratque prodigia ſ. prodigiorum terriculamenta, aut, verbis ea exaggerat. Alias *Elr* notat *parit*, *gignit*, quod et de monſtrorum verificorum per vim magicam productione licebit capere; aut etiam ſimplicius de partu et educatione alicujus ſobolis, Diis quondam et Hominibus perniciosae; adeo ut haec Dryas, ſive Mulieris giganteae ſpecies, non abſurde conferri poſſe videatur cum illa, quam canit, *Völoſpá* Verſ. XXVIII. *G. Pauli* vertebat: *Pluit coelum*, l. potius ningit, advocans ex *Völoſpa*: Nio man ec heima, nío *Ividi*, *coelos* l. *ſphaeras*. Unde autem ille novit, quod *Ividia* et *Ividr* idem ſint? at ſint idem ſane; unde igitur probat, quod *Ividr*, in *Völoſpa*, *Coelum* notet? Praeterea ingens ſcilicet prodigium, ſi *Coelum pluit* l. *ningit*; ut omittam, inepte nimbi mentionem injici in Verſu, qui totus verſatur circa perſonarum ſtatum deſcribendum: Porro *Elr*, *elin* in *pluendi* aut *ningendi* notione, mihi valde eſt ſuſpectum, inſolens utique. Meae acceptioni Vocabuli *Ividiae* auctorem habeo *Eddam*; confer et *Hyndloliód* XLV.

6) Solam *paſſionem* aut *patientiam* hic praedicat de *Humano genere*, utpote *Ceteris* imbecilliore, et nato ad miſerias. *G. Pauli* exponit: *Ferunt* ſc. *hoc incommodum.*

7) Subaudire poſſimus: *Quorſum eveniant* l. *evadant portenta*, aut, *eorum complementum Divis et hominibus calamitoſum.* Quod autem *G. Pauli.* praefert *Premuntur*, id ab uſu et analogia linguae alienum videtur.

8) l. anhelant, ſub *liberationem*. *G. Pauli.* Et is quidem uſitatus ſenſus eſt Verbi: hic tamen poſſit eſſe: *animos obſtinant* l. *obſirmant adverſus inſtans malum*; quod ab harum duro ingenio non eſt alienum. Aut ſimpliciſſime, *þrá pertinaciter deſiderant exitia populorum*, ut ſaevae et ſanguinariae, adeo ut potius urgere voluerint mala inſtantia, quam ea arcere. Notabis, ſi placet, omni hoc Verſu non modo intelligi poſſe, calamitates, quascumque demum eae fuerint, prodigiis oſtentatas, verum etiam actu incumbentes.

9) l. c. Crediderunt aliquid mali ſibi portendi; verum quid eſſet, aut quo remedio poſſet averti,

id

h) Verpir 10) *i*) villtu
k) Vettar rúnom.
l) Odhræris 11) ſkyldi
Urdvr 12) geyma,

10) *Verſipelles* (*eos*) *confundebant Poteſtates ſermonibus.*
11) Odhrærem *juſſa erat*
12) Urda *cuſtodire*;

m) Mättk

que prior ſenſus Verbi *gátu* ſuſpectus eſt; ultimus per ſe probus, at cum ſequentibus pugnans. unde adeo Lectionem *alla* non potui admittere. Simpliciſſimus ſenſus harum Stropharum eſt: *Propoſitum Aſi omne valebant exſequi.* ſed parum hic congruit; vide tamen not. 1.

h) Conjicio, *Verþar*; nam *Vettr* l. *Vættr* in priſco ſermone non temere invenitur niſi genere fœminino.

i) *Villdo veita*, pro *Villtu Vettar*, conjic. *G. Pauli*, hoc ſenſu duarum harumce Stropharum: *Aſae pallidi l. anxii* (litverpir, hugverpir) *voluerunt ſuccurrere ſodalibus l. collocutoribus*, o: ſuis.

k) *Veltar*, Al. in E. et ſic etiam poteſt legi in G. quin credo Exemplar *Gunnaris Pauli* idem habuiſſe (potius quam *Vettar*, aut *Veitá*), etſi ille ſilent; notavit enim in eo eſſe, *Villtu* Str. praec. unde hunc ſenſum conjecit: *Factores* (*talorum fatalium*) *in errorem* (*hos*) *inducebant Runasque inclinant*, l. *invertunt*, ne quid ſc. inveſtigari poſſet. Neque prorſus abſurde *Veltr*, (cujuscunque ſit generis), quaſi *Volvens* l. *Volubilis*, de *Talo* hic ad ſortilegium adhibito, caperetur; tum vero *Runum* ſonaret, non quod Ille vult, nam id ex verbis non poteſt elici, ſed *Experimentis inſtitutis*, *Rúnom* pro *Raunom* poſito.

l) *Odræris* — *Urdur* feliciter conjecit *G. Pauli*, pro eo quod Libri habent: *Odbrærir-Urþar*, quaſi *Cacabus debuerit Urdam* cuſtodire. Servari tamen poſſit haec Lectio, ſi *Urþ* non *perſonam* ſed *Fatum* intelligimus, quod celarit divinus ille Cacabus; ſed ſic nullus ſenſus fuerit in ſequenti *Mattk at*, atque adeo ſubſtituendum *Mattkr at* in gen. maſcul.

---

id in ſequentibus inveſtigare fruſtra conati ſunt: Poteſt et ſenſus eſſe. Decretum (fatorum) difficulter adſequebantur conjectura, aut inquiſitione, quod ex ſubditis patet.

10) Mortuorum evocationem fruſtraneam intelligo. — Vid. *Vætt* in Gloſſario.

11) Irritum quoque erat ad *Odhrærem* (*Mentis excitatorem*) confugium, Cacabum ſcilicet ubi adſervabatur liquor ſapientiae, *Edd.* Fab. IX. ad hunc enim acceſſus per Urdam prohibebatur, conſtitutam ibi cuſtodem, a poteſtatibus quibusdam ſuperioribus occultis, quae nunc Aſis erant infeſtae, || * Huic autem Parcae cum nihil vel cum Aſis, vel eorum vaſe eſſet negotii, videri poteſt hic *lebetis* illius nomine venire fons ille ſacer, cui cuſtodiendo virgines illae erant conſtitutae, et quidem hoc loco, ne quid reſponſi inde peteretur. *G. Pauli.*

12) Hic poni videtur, pro ſocia *Skulda*, quae futura curat *Völu-ſpa* vers. XVIII *Edd.* Fab. XV.

m) Máttk at veria
n) Meſtum þorra 13).

Potens (inde) arcere
Pleramque multitudinem 13).

III.

14) Hverfr o) því hugr
p) Hinna leitar.
q) Grunar 15) guma
Grand, ef dvelr.
16) Þótti er r) Þrains
Þúnga draúmr;
Dáins dulo
Dravmr þótti.

III.

14) *Converſus igitur animus*
Alios quaerit;
Metuunt 15) *Servatores*
Cladem, ſi ceſſetur.
16) *Sententia eſt* Thraini
Grave ſomnium;
Daini *occultum*
Somnium ſententia.

IV.

m) *Máttkat*, *Mattigat*, Libri habent, ſine ſenſu; unde levi opera alterum in Textu repoſuimus.

n) In Libris eſt, *meſt um*, diviſim, *maxima*, et *um παρέλκον*. quae conjunxi, duce *G. Pauli*.

o) Ita P. et G. *þur*. E. mendoſe forte, pro *þurr* h. þyrr *volat*, quod verbum hoc ſenſu adfero in Gloſſario: tam autem *Hugr* intelligi debet *Huginn* Corvus Odini, atque hinc colligi poſſet, cur Ode inſcribatur *Corvicinium*, quamquam ſic quidem ineptus ſatis foret Titulus iſte: admiſſa autem hac Lectione antecedens *Hverfr*, *agilis* aut *circumiens*, ſonabit.

p) *G. Pauli* ſuſpicabatur τὸ *Hinna* non eſſe Pronomen, coll. xx. 3. infra, ſed aliam potius vocem, qua (inquit) alibi ſe non offerente, ejus nulla mihi ſunt praedicata. Ego audacter ſubſtituerim, *Himna*, ut ſit *Coelos petit*, l. *coelos verſus*, ex collatione loci citati. Facile imponere potuit Librario ſcriptio Membranae compendiaria *Hna*, ut legeret *Hinna*; quin *Himna* et *Hinnã*, *membrana*, in ſermone vulgari indifferenter ponuntur. Senſus autem hujus meae emendationis apte cohaeret cum praeced. var. o.

q) *Griviar*. Al. in E. forte; *gryſiar*, *prona incumbit* ſc. clades.

r) *þránis* Al. in E. lapſu facili, ob ductum literarum *in*, non ſatis diſtinctum.

13) ſc. Conſulendi gratia inde guſtare cupientem.

14) Convertunt ſe Aſi ad aliena oracula, ubi ſua incaſſum conſuluerant.

15) I. e. Dii, ut pulchre advertit *G. Pauli*. vid. Gloſſ.

16) De his praeterea nihil, ſpontene, an conſultis oblata ſomnia. *G. Pauli*. Hi Dvergi nihil aliud reſponderunt, quam triſtia et obſcura ſomnia ſibi eveniſſe.

IV.

Dvgir 17) med DVERGVM
Dvína. *) heimar
18) Nipr s) á Ginnvngs
t) Nipi fvckva.

IV.

17) *Vires inter* DVERGOS
Deficiunt. Coeli
18) *Deorſum in Ginnungi*
Propinquos ſidunt;

*) Forte, *Heinar cotes*, aut *montes*. vid. not. 18.

s) *At*, E. P. G. approbante *G. Pauli*, vid. not. 18. ult. *á* Al. in E; quod unice rectum cenſebam. - t) Sic Al. in E. *Nipir* E. P. G. vid. not. cit.

17) Nempe, à praemoleſtia futurae, aut vi praeſentis, neſcio cujus, calamitatis. *Dugir* pro verbo accipit *G. Pauli*, non autem, quid ſit, docet contentus modo hoc adnotaſſe: "Forte hactenus, quod aliquid ſomniarunt, Str. praeced. vel forte *Dugirat*, quod ipſis ſomniis nodus non ſolveretur." Ita ille; ſed quid mea, cum ſententiam ejus in hoc Verſu non potuerim admittere: Idem conjunxit: Dvína heimar *Deficiunt mundi*. Viventium nimirum habitacula, hominum ſc. et Deorum: tum quod nihil profectum, tum quod mala prementia (Str. ſequ.) interitum minitarentur. Haec ille, non male per ſe quidem, verum mihi non adprobata tamen, propter proxime ſequentia.

18) Magna dubitationis vertigine circumegit me locus iſte, cujus varios intellectus poſſibiles hic ponere viſum eſt: Primus igitur, quem in Verſione perſtrinxi hoc dicit: *Coelum caſum minitans, deſtitis* ſeu *tibicinibus* ɔ: *columnis ſuis* (Dvergis nimirum, quos *Edda* narrat illud ſuſtinere, Fabl. VI.) *adeo graviter, cum ruendi moliminе, incumbit, ut amplius ſubſiſtere non valeant. Heimr* coelum (uti *Mundus* apud Latinos,) vel in ſoluta oratione, ut oſtendo in *Gloſſario*. *Ginnar* nani nomen, quaſi *Pellax*, pro quo hic ex facili poſitum *Ginnúngr*; hujus *Nipir* (ſ. potius *Nipiar*) *cognati*, *gentiles*, Dvergi quicunque, ſpeciatim hic loci *coeli columina*. Hic intellectus, ob ſequentem *Alſvipi* mentionem, prae ceteris placet. Alter eſt talis: *Domicilia* ɔ: *ſaxa* aut *montes* (vid. var. l. *) *procumbunt ſuper Dvergos*, ob Terrae motum ſc. verſis ſubſequenti memorandum. Tertius eſt: *Coeli ſubſtdunt (deprimuntur) ſuper falconis cognatos, id eſt ipſos falcones*, hic pro *omni avium gente* poſitos, ɔ: in athmoſphaeram declinant tanquam caſuri. *Ginnúngr*, falco, ex *Edda* notus eſt, cetera plana. Quartus ſenſus ab ceteris omnibus plane eſt diverſus, ſed forte cum primo certat de probabilitatis palma; eſt autem hujusmodi: Heimar ginnungſ ſauckva nidr á Nipi, *Domicilia accipitris* (manus) *ſubſidunt* (*deſidunt*) *Nidio Dvergo* ɔ: ex conſternatione a malo imminenti obſtupeſcit Nidius, aliquis forſan ex Dvergorum gentis principibus, aut ſi ita libet, pro quovis Dvergo modo per Antonomaſiae ſpeciem poſitus: quod idem valere poteſt de *Alſvido* (Panſopho) in ſequentibus, ut nempe *modo dejiciat manus*, *modo attollat*, tanquam inter metum et ſpem ſuſpenſus, aut potius, nequicquam luctans cum deſperatione. Haec erat mea ſymbola. *G. Pauli* ſic: "*Nidr at Ginnúngs*, forte i *Ginnunga gap*; et poteſt *Ginnúnga* idem eſſe, genitivus ſingularis, ut *Hörda*, *Hada*, *Hringa Ranna*, *etc.* (nimirum exemplum, nam hi omnes ſunt Genitivi plurales. et *Ginnungi* pro *Ginnunga gap* nimis audacter fictum.) In medio hoc chaſmate dicuntur Dii (filii Boris) ex Ymeri corpore coelum terramque ſ. globum terraqueum feciſſe, adeoque per illa hoc non impletum, quo minus etiam deinceps vacuum illud extra exiſtat, *Nidir*, homines, quemadmodum et alius *negir*, *konir* abſolute." Haec ille.

Opt Alsviþr 19)
Ofan *u*) fellir;
Opt *x*) of föllnum
Aptr 20) ſafnar.

Saepe 19) Perustus
Nutare (*Delabi*) *finit* (*eos*);
Saepe deciduos (*caducos*)
Rurſum 20) *colligit* (*attollit*).

V.

Stendr 21) æva
y) Strind ne ráupull.
Lopti med lævi
Linnir ei ſtravmi.
Mærum dylſt í
Mímis 22) brunni

V.

21) *Conſiſtit nuſquam*
Tellus neque jubar:
Aëre cum clade
Non ceſſat flumen.
Limpido deliteſcit
22) Mimeris *in fonte*

2) Viſſa

u) fellr *cadit*, s: ſuccumbit prementi oneri; quando ad ſequ. *föllnum* ſubaudiretur, *ſer* ſe, et *ſafnar*, *erigit*, intelligeretur. G. non male, imo optime.

x) I a E. *af faullnom* G. et G. Pauli ex conjectura, reddens, *ex lapſis*. af faulnom, *ex pallentibus*. P. improbante *G. Pauli*. Offölgnum, *tectos*, *abditos*, nullo commodo ſenſu, Al. in E. *y*) *Strindne*, conjunctim. E. mendoſe.

---

19) Intelligo proprie *Sudrium* meridionalis cardinis tibicinem: ſed hic pro ſe et ſociis poſitum. Et Str. ſeq. ult. ad τὸ *Fellir* ſubaudio *byrd* l. þúnga (finn) *farcinam* l. *pondus ſibi incumbens*: quin et, *heima coelos* ex praecedd. repetere, promtum eſt. Alias ex Lect. var. *x*, collata cum ſenſibus, a me propoſitis not. praec. ſecundo et quarto loco, intelligi poſſit Dvergus quinis, et tum totus hic Verſus eo tenderet: Aſos nequicquam conſilium à Dvergis petiiſſe, cum hi ipſi ſuarum rerum ſatagerent. *G. Pauli* haec ita exponit: "Alſvidur (*Solis equus, omnia adurens*) *dejicit* ſc. homines; *ex lapſis* (quosdam) *iterum colligit*. Dejicere autem dici poteſt nimio aeſtu, et bona aëris temperie (non penitus quidem lapſos, ſed afflictos) recolligere: unde et, *af faullnom*, quosdam lapſorum. Satis quidem acute et plauſibiliter; intelligerem tamen potius *Fulgura* et *Tonitrua* inuſitata, a quibus pars exanimati, pars contacti, et ad terram perculſi fuerint.

20) I. e. allevat; dum per intervalla vires aut animum recolligit.

21) Hic ſtrictim tandem tanguntur prodigia quaedam; ut Terrae motus continui, Solis curſus inordinatus (Str. 1. 2), Tempeſtates funeſtae (St. 3. et 4.). Ventus eſt flumen aeris, ut Phyſici dicunt. *G. Pauli* nihil hic de re, ſed multum de Etymis vocum *Straumr* et *Stormr*, in Gloſſario ſiſtendum, diſputat.

22) Guſtatum ex *Mimeris fonte* eſt, ſine ulla revelatione inde hauſta. De divinis hujus fontis dotibus prodit *Edda Snorr.* Fab. XIV.

z) Viſſa vera.
Vitid 23) enn eda hvat.

Notitia virorum,
22) *Noſtis adhuc? et quid?*

VI.

24) Dvel[illegible] ſ dölom 25)
Dýs (þ) forvitin,
Yggdrasils 26) frá

VI.

24) *Diverſatur in* 25) *vallibus*
Dea praeſaga,
26) Rorifera *ab*

z) Ita P. G. *Viſſa* et *Viſſi*, utrumque in gen. plur. conjic. *G. Pauli*, quaſi *Viſſa* foret, *Certitudinum*, et *Viſſa* pro *Viſa Sapientum*, quorum tamen, inquit, non dici poteſt filia, utpote aliunde orta Strophaſq.; reddit autem, *Viſſa Vera*, *Sapiens femina*, ut *Vera* ei ſit (quaſi *Vira*) à *Ver mas Vir*, maritus, mulieris nomen, *Idunnae* ſcilicet, de qua mox agitur. || Viſa vera. ſenſu, quo in Verſione. conf. *J. Olavii* Gl. Synt V. *Viſa*: alias *Sapiens femina*, *ſubſtantia*, *vis*, *poteſtas*. E. quam Lectionem ſcio placituram fuiſſe *Gunnari Pauli*, ſi eam ſciſſet; Cujus nunc obſervationem adſcribam: "Aliam hanc (Nympham) eſſe ab illis tribus, de quibus *Eddae* Fab. 14. oſtendit cum fontis, tum nominis diverſitas, nec non quod arcanorum revelatio a Parcis illis vix eſſet ſperanda. Ex fonte autem in quo latere dicitur, illi ſapientia, in ſpecie futurorum praeſcientia. Quod vero haec Nympha hic in fonte latere dicitur, et mox valles Niſlheimicas inhabitare (Hoc ipſum eſt praecipuum, quod me ab hac ſententia ampl ctenda deterruit), id ſane de mutatis vicibus commode erit intelligendum, qualis avium aquicolarum eſt natura; vel f rte τὸ ἐ pro *bid* juxtà, apud, ad, (ſine exemplo prorſus) accipiendum." Mea explicatione hae difficultates evitantur.

(þ) *forvitinn* E. G. inepte, maſculinum gen. de f.mina; Sic et mox *Hnîginn*. Iid.

---

23) Stropha in *Völo-ſpa* frequens, atque inde parum oportune huc intruſa; incertum enim eſt, a quo et ad quem haec dicantur. Senſus tamen, is conjici poſſit: *Num quae, et quaenam, nunc reſtant oracula?*

24) In ambiguo eſt qua ex perſona Auctor narret ea, quae hoc et ſubſequenti Verſu continentur, an Dvergorum aut Aſorum, cujusdam, qui de vate illa divina indicium fecerit; Ego ad poſterius credendum fuit proclivior.

25) *Valles Niſlheimicas* intelligit *G. Pauli*; vid. ad var. l. z. *Opacis et profundis vallibus* conſtat *via ad Infernum: Edda Snorr.* Fab. 44. Hic alicubi abdita, credo, erat Nympha.

26) Ubi forte prius habuerat ſedem, || Ne citra neceſſitatem ſtatuatur contradictio inter iſta: *Yggdraſils — hnigin*, et *Yvalldi — barna*, (atque Verſ. praeced. 5. 6. 7. et Huj. 1. 2. ſic enim credo cogitaſſe Interpretem, nam inter illa, quae attulit, nulla contradictionis eſt ſpecies. *G. M.*) dici forte putandum, eam ad radicem l. ſub radice arboris *yggdraſils* fuiſſe procreatam. Convenit et hinc bonae illi nymphae ſapientia et ſagacitas, eaque ita geminata haut mediocris, ſed vel potius ſumma, *G. Fauli*. Quaeri poſſet, cur dixerit, *geminata*? forte, ob ortum ex *arbore divina*, et manſionem in *fonte divino*.

Aski hnígin,
Álfa 27) ættar,
Ipvnni heto
æ) Ivallds 28) ellri
Yngsta barna.

Aesculo *decidua*,
27) Semonum *progenies* (*stirpis*);
Idunnam *vocabant*,
Ivalldi 28) *majorum*
Minimam liberorum.

VII.

a) Eirdi illa
b) Ofankomo 29);
c) Hárbadmſ undir
Halldin 30) meipi;

VII.

Tulit moleste
Descensionem 29)
Comatae subter arboris
Detenta 30) *stipite*;

d) Kun-

æ) *Y-valldz* (quasi *Arcipotentis*), ut potius conjic. *G. Pauli*, *Iuors*; Al. in E.
a) *Eyrdi* E. perperam. *b*) *Ofan komo*, divisim. E. *c*) Hardbaþm, *dürde* arb. E.

---

27) Cum tamen filios Ivalldi s. Yvalldi *Dvergos* appellet *Eddae* fab. 59. Sed de hac confusione videndus *Dn. Suhm* de dils p. 228-9. Qua occasione celare non libet, in capite Runico apud me esse: Odinn med Asom, enn fyr Alfom Dáinn (Dvalinn. G.), Dvalinn (Dáinn, G.) oc dvergom fyr, Alsviþr iötnom fyr: quemadmodum et inter Dvergos Dvalinum recenset *Völuspa. G. Pauli.* Cujus in ultima Nota reponendum erit *Dainum* pro *Dvalinum*, auctoritate ejusdem *Völospaae*, nam alias nihil probat locus ab eo allatus, quod *Alfi* et *Dvergi* ejusdem fuerint gentis, de quo tamen dubitandum non arbitror, si intelligamus certam speciem *Alforum*, nempe *Döck-álfa*, qui sub terra habitant, Edd. Fab. 15. coll. 13. et *Propinqui Dvergorum* ab Auctore appellantur infra xxv. 7. 8. Si haec minus adrideant, promtum fuerit statuere Idunnam, per maternam originem, ex Alforum gente fuisse; respice Str. seqq. et not.

28) I. e. Ex priori matrimonio susceptorum. *Majoris* vertebat *G. Pauli*, capiens *Ellri* pro Genitivo sing. duosque faciens *Yvaldos*, quorum patru majoris filia fuerit Idunna? Fortiter autem, inquit, ferendum ulteriores horum *Yvaldorum* notitiae desiderium, et duos in ista gente vel familia cognomines exstitisse, rariore certe exemplo, notandum. Sed ambigi potest, num *ellri* recta sit genitivi flexio, nam ordinaria est *ellra*, quod ego sciam.

29) Subaud. *suam*: et ratio redditur in sequentibus strophis. *G. Pauli.* intellexit; *in inferiores regiones missorum adventum*; qui nondum factus erat, atque adeo non potuit nymphae molestiam creare; nisi hoc de praemolestia quadam sive ingrata praesensione istius adventus intelligamus.

30) *Tanquam in custodia*, nam ea vis est participii *Haldin*. Cum autem, ut legimus in *Grimnismálom*, sub una radice Arboris *Yggdrasilli* habitet *Hela*, sub altera vero *Hrimthursi*, planum est, triste illud hospitium nostrae fatidicae apud horum alterutrum esse quaerendum, conf. not. 31. et 33. Non tamen visum est dissimulandum,

d) Kvnni ſízt .
At Kundar *) NÖRVA 31)
e) Vön at **) væri
Viſtom heima.

Adquievit minime (manſioni)
Apud 31) *cognatam* NIÖRVII,
Adſueta commodioribus (*quae eſſet*)
Manſionibus mundanis.

VIII.

f) Siá SIGTIVAR

VIII.

Vident DII BELLICOSI

d) Sic E. et Al. apud *G. Pauli*. *Kunnu* (in plurali) G. et P. quod Eum pro Singulari accipere uſum eſſe minor, proba lectione rejecta; ſed provocat ſc. ad Str. XII. 2.

*) *Nærva*. Al. in E. quod neque damnaverim.

e) Von *ſpes*. P. G. unde *G. Pauli* neceſſitate compulſus junxit, *von at væri viſtum Spem eſſe hoſpitii*, contra omnem uſum loquendi.

**) Forte; værri *commodioribus*. punctulum geminationis literae r facile potuit excidere, aut a Librario temere negligi.

f) Crediderim hunc Verſum poſt duos conſequentes eſſe locandum; niſi forte σκόλιος iſte conſilio turbavit ordinem, ut litaret obſcuritati ſuae.

---

dum, *antea* hic poſſe ſubaudiri, ut deſignetur hic, quomodo in poſteriore hemiſtichio, priſtinae habitationis deſiderium.

31) *Nörvii* gigantis filia erat *Nox*, Noctis autem ex Enare filia erat *Tellus*; porro *Nörvi* et *Narvi* l. *Narfi* idem videtur eſſe nomen, paululum variatum; *Narvii* autem, *Lokii* filii, ſoror fuit *Hela*. Quibus notatis integrum Lectori relinquo, quam ex iſtis tribus velit ſtatuere Idunnae fuiſſe hoſpitam: Ipſe quidem ad poſteriorum alterutram inclino, morus praeſertim Vers. ſeqn. Str. 3. hanc ob rem de induſtria ambigue vertebam *Kund* per *Cognatam*, non invita, credo, etymologia. *G. Pauli* ſic vertit hoc Hemiſtichium: *Minime novit apud gigantidem ſpem eſſe* (*ſuperiorum*) *mundorum incolarum hoſpitii* (l. *habitationis*). *Kund* filia, uti *Kundr* filius. *Nörvi* gigas, noctis pater, ut nunc *gigantis filia* dici videatur, quae modo vel *Alfi* vel *Dvergi* erat; niſi *Nörvii Kind* l. *Kund* ideo apelletur, quod inferiorem, tenebricoſam, et borealem (noctis) regionem inhabitaret. *Viſtam* pro *Viſta*, Anomalia, antiptoſis. *Heima*, Locus pro incolis. Vel (quod tamen vix admittit praeſcripta interpretatio. *G. M.*) ab *Heimir*, incola, domeſticus. Hactenus ille. Interpretatio contorta, et genio ſermonis parum conveniens, praeterea dubito, an Verbum *Kinna*, per *novit*, transferri poſſit: Cur enim Nympha aegre ferret adventum hoſpitum mundanorum, cujus nullam ſpem eſſe noſſet?

g) Syrgia h) NAUNNO 32)
33) Viggiar at veom,
i) Vargsbelg ſeldo 34),
Let ſ færaz,
35) Lyndi breýtti,

Moerere 32) NANNAM,
33) *Telluris* (*Helae*) *in habitaculis*,
Lupinam pellem dederunt, 34);
(*Hac ſe fecit indui*,
35) *Ingenium vertit*,

36) Lek

g) Al. in E. *Sy ia*, forte pro, *fordere*, aut *fordidam eſſe* moerore ſcilicet; alias a *fúr* eſſe poſſit, ut ſit *acerbe moerere:* conjici etiam poſſit, *Sörva* ɔ: *ſörva Torquis gemmeae*, unde *Syrva nanna*, mulieris appellatio; denique *Syrva* adjective *fordidam*, luctu nimirum.

h) *Naumó*. E. quod etſi forte nihil aliud quam *Nympha* ſit, minus tamen placet. || *Nonno*. Al. in E. ɔ: Nunno *Solitariam* l. *Eremitidem;* quod vocabulum in Ethnico poëmate vix procedit.

i) *Varg-ſvelg*, quod *Lupinam voraginem* notat. P. unde G. Pauli conjecerat *Vargſbelg*, quod ceteri Libri firmant.

---

32) *Nannam* modo pro *Iduna* poſuit, nam haec nomina vi Etymologiae idem notant. *G. Pauli* appellative cepit, et *Nympham* vertit: nirum videri poteſt, quod, ſuae hypotheſi firmandae, non intellexit hic *Nannam Balderi uxorem;* ſed vidit ſcilicet, id quod res eſt, hujus mentionem nimis ex abrupto, atque extra omnem nexum, illatum iri. Idem τὸ *Sigtivar*. Str. praeced., de Legatis Aſorum capit, per Prolepſin, ut vocat.

33) I. e. in locis ſubterraneis, vel, inferis; quo translata intelligi debet vi numinum Aſis iratorum, ne Aſi eam facile offendere, aut oraculum inde et remedium incumbenti malo auferre poſſent. Rationes etymologicas meae Verſionis adfero in *Gloſſario*. *G. Pauli* verſio et obſervatio haec eſt: „ *In domicilio Viggi* l. *Viggae*: quod nomen l. vocabulum quid ſibi velit, non ſuccurrit.„ *Þorna Vigg*, in feſtivo poëmatio *Skida-rima*, invenio poſitum eſſe pro *mulieris* apellatione; neque, *Vigg* ibi *Deae* eſſe nomen, cujus demum cunque ſit, dubium habeo.

34) Ambigi poteſt cui dederint; nam ſi Nymphae, quod *G. Pauli* vult, cui bono? cum hoc modo difficilius eſſet ab ea obtinere, quod petebatur. Fortaſſe igitur *Heimdalle* dederunt Aſi *pellem iſtam*, uſuro ſc. ſaevitia apud Nympham, dum clementia nihil proficeret. Quodſi omnino *datam Nymphae pellem* intelligere debeamus. *Sigtivar* Str. 1. nobis capiundi ſunt, non de Aſis, ſed de numinibus aliis, quae Aſis nunc infeſta, animum Nymphae lupinum in modum efferaverint, ne quid eam Aſorum miſereret, neu quicquam reſponſi daret iis ſalutiferi. *Belgr* an hic de *externa* etiam *forma*, an vero ſolum de *animi habitu* ſit capiendus, diſquirere non vacat, prius videtur colligi ex ſeqq. hujus verſus; ego tamen proclivior ſum ad poſterius; nam quod eſt in ultima Stropha *Litum ſkipti* id ad vultus oculorumque ſaevitiam poteſt reſtringi: *Lupo oculos* (in tenebris) *ſplendere, lucemque jaculari*, tradit *C. Plinius* Nat. Hiſt. xi. 35.

35) Mentem quidem mutavit (quod proprie erat *at hamazt*) ad animalis illius naturam, non tamen ita, ut aliquid revelaret, ut docent ſequentia *G. Pauli*.

36) Lek at læviſi,
37) Litom ſkipti.

IX.

Valdi VIDRIR'
Vavrp BIFRASTAR 38)
k) Giallar 39) ſunnv
l) Gátt at fretta,
40) Heims *) hvívetna,
m) Hvert er viſſi:
BRAGI ok LOPTR
Báro kvidu.

36) *Fallaciis callidis luſit,*
37) *Colorem (vultum) mutavit.*

IX.

Delegit SAGAX
BIFRASTAE *praefectum* 38)
Ab 39) *Giallae jubaris*
Anta (muliere) exquirere,
40) *Mundi res ſingulas,*
Quicquid (earum) ſciret:
BRAGIUS *et* LOPTUS
Teſtes agebant.

X. *o*) Galldr

k) *Giallarſumni* E. corrupte illud, *ſumni.*

l) *Gat.* E. itidem corrupte, etiamſi id pro verbo Auxiliari periphraſtico acciperemus, ut foret *Gat at fretta*, loco ſimplicis *fretti.*

*) *hvívitna.* G. Iuſpecte.

m) Ita repoſui, pro eo quod in Libris eſt, hvort *utrum, num, Gunnari Pauli quocunque*, adverbialiter, capienti. forte ſequens *Viſſi* pro *Spectaret.* Hvörs conjic. Idem, quod tam ad *Jó fregna* quam ad *heimſ* referri poſſe ait.

---

36) Cum *Lupus* et *Vulpes* cognata ſint animalia, dubium non eſt, quin *is* aliquid habeat de *vulpina vafricie*, quo hic fortaſſe ab Auctore adluditur. Quin et *Fallacia* erat *callida*, Lupinum ingenium ſub forma humana geſtare, ut et *elinguem* et *lacrymantem* ſimulare (Vers. XII), ſi tamen ea hoc ſimulavit.

37) Phraſis *At ſkipta litom*, de uno eodemque rarius, de duobus frequentius, legitur in veteſtis monumentis; allegabo in praeſenti *Snorrium* Hiſt. Norv. Tom. I. cap. 6. *Edd.* Fab. XXV. *Gripis-ſpa* in *Edda* noſtra Vers. XXXIX. XL. et XLI. *Getſpeki Heidreks*, in Prooemio.

38) *Heimdallum*, mittendum ſc. (ſ. potius principem legationis) quae enim praecedunt Strophae duae, prolepticae ſunt. *G. Pauli.*

39) *Giöll* flumen Eddicum, *Helgrindis* proximum, ejus *Summa* aurum: ejus *gátt* (arbor lignum) foemina, h. l. Idunn. *G. Pauli.* * De voce *Gátt*, quatenus apellationem muliebrem ingreditur, accuratius egit Interpres in Addendis, quod ex Gloſſario petas, conf. interim *Eddam* Snorr. in Mulierum appellationibus periphraſticis, nomine *Selia*, et *Lág.*

40) Hanc Stropham illuſtrat Vers. XI. Str. 5. et ſeqq.

X.

o) Galldr gólo 41),
Gaundóm ripo
p) RÖGNIR OC REGIN
At q) ranni r) heimis 42).
43) Hluſtar OPINN
s) HLIDSKIÁLFO í
Let bravt 44) vera
Lánga vego.

X.

Carmina canebant 41),
Lupis vecti ſunt
REX *et* MAGISTRATUS
Ad 42) *domum coeleſtem:*
43) *Auſcultat* ODINUS
In (*Ex*) HLIDSKIALFA,
Removit 44) *arbitros*
Longo intervallo.

XI.

o) *Galdr.* E. G *galldra*, in plurali, conjic. *G. Pauli*, niſi forte, inquit, unius carminis concentum intellegimus. p) *Rögnar*, videtur eſſe in *G. Reges.*

q) *Rann.* E. quod foret à Nominativo barbaro, *rannr.*

r) *Himis*, *himins*, conjic. *G. Pauli*, praeter cauſam, cum *Heimis* eundem ſenſum admittere videatur, quemadmodum *Heimr* pro *coelo* poſitus invenitur.

s) *Hlidſkiálfi.* E. G. corrupte in gen. maſc. aut neutr. Altera lectio unice vera cenſenda eſt, ex *Edda Snorr.* Membr. Reg. et Worm. Fab. xv. Neque moror, *Hlidſkiálfs* apud *Hallfredum* in Olafs ſ. Impreſſa, cum *Hlidſkiálfar* legat *Hallfredar-Saga* in Optima Mbr. quam vocem etiam bene adtulit *G. Pauli*, ex *Thorolfo* poëta, in *Eddu Kenningom* ſ. periphraſibus poëticis.

---

41) Pro ſucceſſu legationis, ſcilicet; quo an etiam pertineat *Luporum vectatio* ſubſequens, pro *ſpecie operationis magicae* ſumta, non dixero: *Lupos equitationi adhibitos* fuiſſe conſtat ex *Edda Snorrii* Fab. XLIII. et *Hyndlo-liópom* verſ. v. Porro, haec de legatis non ſunt intelligenda, ſed iis iam digreſſis, de Odino et diis caeteris Str. 3. monente *G. Pauli.*

42) *Valaſkialfam* nempe, quod ex ſequenti Hlidſkialfae mentione colligo, conf. *Edd. Snorr.* Fab. xv. Nec male *G. Pauli* intelligit *Vindgolfum* ex Vers. xvii. et ſua conjectura, ſub, Lect. Var. r. adducta; a primo autem intellexerat *Domum Heimeris*, neſcio cujus.

43) Ex *Hlidſkialf* quae gererentur (ſc. inter Legatos et Nympham) videre voluit Odinus, et forſitan quae dicerentur inaudire. *G. Pauli.* Locus in paucis notabilis, et ponderoſus ſane, ad plenum *Hlidſkialfae* etymon eruendum, cum de hujus *Virtute acuſtica* alibi inveniatur nuſquam quicquam.

44) Ad verbum *Viros* aut *cuſtodes*, homines, (menoheroas, vel et, latius ſumto vocabulo, deos alios. *G. Pauli*). Hoc autem fecit odinus, ne attentionem ſuam turbarent. Non tamen celandum viſum eſt, ſenſum, licet non adeo aptum, hunc etiam eſſe poſſe: *Dixit abeſſe* Nympham, l. Legatos l. utroſque *longo intervallo*, adeo ut eorum colloquium ſatis nequiret ex ſolio divino exaudire.

XI.

Frá enn 45) vitri
Veiga ſelio
t) Banda bvrÞa,
Oc u) brauta-ſinna
46) Hlýrnis heliar
Heims ef viſſi
47) Ártíd, æfi,
Aldrtila.

XII.

Ne x) mun 48) mælti,

XI.

Scitatus ille 45) *ſapiens eſt*
Potionum promam,
Deorum complicum ſobolis,
Atque (hujus) ſociorum,
46) *In coelo (tegmine) inferni*
Orbis, num ſciret
47) *Diem emortualem, aetatem,*
Vitae exitum.

XII.

Neque 48) *optata eloquebatur,*

t) *Þondo.* Al. in E. ſine ſenſu.

u) Libri omnes habent diviſim, *brauta ſinna*, quod *G. Pauli* reddit *ſuorum ſociorum*, faciens Nominativum ſingularem *Brauti iteneris ſocius;* inſolenter quidem, verumtamen non repugnanter analogiae: pro hoc tamen conjecit *Bráutar ſinna*, *comitum* vel *aſſeclarum*, quemadmodum, ait, in *Edda* dicuntur *Heliar ſinnar*. Ego, nulla fere variatione Textus, ejusdem ſenſus vocem expreſſi.

x) Haec lectio numero vincit, exſtans in P. G. et Al. in E. cum ipſe E habeat *mun mæli*, rectius foret mun-mæli *grata verba* eleganter quidem Munn mallti, *os* (quidni, *ore?*) *locutum eſt*, tanquam commodius pulchriusque poëtaque dignius, conjic. *G. Pauli*, τῷ Munn pro *Munnr* poſito per Apocopen, nullo idoneo, quod ſciam, auctore.

45) *Heimdallus*, a ſapientia etiam laudatus in *Hamarsheimt.*

46) I. e. in oris ſuperis ut *Virgilius* loqui amat; qui et *Tellurem* noſtram vocat *Altum aethera*, reſpectu *Inferorum.* Aen. VI. 436. || *Heliar heimr* eſt *Niſlheimr*, mundus inferior; ejus coelum (*Hlyrnir*) noſtra tellus, et haec pro incolis h. l. (Ego ſimpliciter cepi pro genitivo loci *G. M.*). Ordo autem et ſenſus talis, ni fallor, commodior erit: Hinn vitri frá veiga ſelio, ef (hon) viſſi ártíþ, æfi (ok l. edr) alldrtila Heliar hlyrnis heims (imo, *Heliar heims hlyrnis*, vel ex mente ipſius Interpretis, initio hujus notae. *G. M.*) banda burda ok brauta ſinna (brautarſinna). i. e. *Interrogavit — mulierem, ſi* (vel num) *ſciret diem emortualem, aetatem, mortem* (i. *mortis cauſam ac modum*) *terreſtrium Deorum ſobolis ſuorumque ſociorum* i. *eorumque* (ſc. *Deorum*) *ſociorum. G. Pauli.* Mea interpretatio ſtricte expreſſit Hyperbaton, quod in Textu erat.

47) *ártíd* Tempus mortis. *Æfi*, Spatium aetatis reliquum, quantum vitae iis ſupereſſet, *hve lángt þeir ættí eptir ó-lifat. Aldrtila*, genus mortis. Haec autem omnia monſtrant, Aſos de ſua vita, non ſolius Balderi, hic fuiſſe ſollicitos.

48) Ea, quae conſultores ſcire expetebant, ſed hunc ſenſum parum adprobat *G. Pauli*, et ad Vers. XV.

Ne mál *) knátti
y) Gívom greipa,
Ne glaum hialdi:

Neque ſermonem (quidem) potuit
Avidis expromere,
Neque tinnula (confuſa) verba fabulata eſt:

Tár 49) af tíndozt
z) Tavrgom (þ) hiarnar 50),
æ) Elivn a) faldin 51)
Endr 52) rióþa.

49) *Lacrymae ſtillabant*
E clypeis capitis 50),
51) *Studio celatae,*
(*Et*) *manus* 52) *rigabant.*

XIII.

*) *Knáttu.* P. inepte.

y) Sic Libri omnes. *G. Pauli* diviſim legit *Giv om Gigantea mulier*, l. *Oreas*, et *om.* παρέλκει. plauſibiliter ſane, niſi quod a Textu diſcedendum non viſum eſt mihi, dum ſenſum non ineptum ſuggereret.

z) *Torgom*, a *Torg forum.* P. G. inepte; nato errore a perverſo more Membranarum quarundam, o pro ö ſcribentium.

(þ) Ita Libri habent, tanquam a Nominativo *Hiarnr. G. Pauli* ſubſtituit *Hiarna*, a Nominativo *Hiarni*, cenſens illud alterum male ſcriptum eſſe.

æ) *elium fallin, per nimbos* l. *nimbis cadentes* (lacrymae) repoſuit *G. Pauli*, exploſa altera lectione, tanquam incommoda et inepta plane. Mihi, *Stillare*, et *per nimbos cadere*, videntur repugnantia invicem. a) *feldinn.* E. vitioſe.

---

xv. vertit: *Nihil (ne γε quidem) locuta eſt gigantis.* Non diffiteor, Str. 2. et 3. τὸ *Knátti greida* Linguae convenienter accipi poſſe, pro circumlocutione verbi *greiddi*, quando ſenſus fit: *Neque vocem quidem emittebat coram avidis.* Sed major vis eſt in illa altera acceptione.

49) Ipſae lacrymae, cum obſtinato conjunctae ſilentio, poterant ab Aſis pro triſti oraculo accipi, quacunque demum ex cauſa, aut quocunque ex adfectu, nympha eas fuderit.

50) A clypei tum rotunditate, tum ſplendore, proprio quodam adjecto, *Oculi* denominantur. *G. Pauli.*

51) Ne ſc. eorum mentibus majorem angorem injiceret.

52) *Endr*, pro *Hendr*, per aphaereſin. Vel forte *Endr rióþa, iterum iterumque* oculos *rubefaciunt*, ut canit *Catullus: Flendo* turgiduli *rubent* ocelli. *G. Pauli*

XIII.

53) Eins *b*) ok kemr 54) auſtan,

Or 55) ELIVÁGOM,
Þorn af *c*) atv
56) Þvrs hrímkalda;
Hveim drepr dróttir
d) Dáinn allar

XIII.

53) *Similiter atque accedit ab* 54) *oriente*

Ex 55) ELIVAGIS,
Spinea virgula impulſu (jactu)
56) *Gigantis frigidi;*
Quo ferit populos
Soporifer omnes,

b) Hanc particulam ex conjectura intuli, quo connexio fiat ſequentium cum Verſ. xv. 1.

c) Ita fidenter poſui, pro *Öto*, ab *at etia ὠθεῖν* impellere, protrudere. In E eſt *atri* quod facile potuit corrumpi ex *atu*, cum *u* et *ri* non admodum diſſimiliter pingantur in Membranis; poteſt tamen illud *Atri* poſitum eſſe pro *Hatri*, *odio*, adſpiratione ſublata, ſicut modo in *Endr:* Sed iſtud *Spiculum ſoporiferum* gratum magis eſt, quam ingratum; adeo haec acceptio mihi non probatur. Non diſſimulabo legi etiam *poſſe of átu*, *unde ſenſus fit: ſuper cadaver* (Germ. Aas. Dan. Aadſel) *gigantis letho frigidi*, Imeri ſcilicet, i. e. *ſuper Tellurem*, quam ex carne Imeri factam tradit *Fdda* Fab. VI. Porro in P. et G. eſt, *atre;* unde *G. Pauli* vertit hanc Strophan; *Spina (ramulus) ex ligno (arbore);* et ſuper vocabulo *atre*, quod *á-tre* legiſſe videtur, ſic commentatur: *Tre* tam arborem quam lignum notat; ſed quid *a (á)* initiale ſibi velit non ſatis aſſequor: Interim, perinde ac in lingua Graeca, interdum apud nos ſimpliciter redundare hanc literam, oſtendunt voces *Líkr*, *áltkr*, *Undan*, *medan*, *a undan a medan* etc.

d) *Dáin*, g n. fem. *languorifica* i. e. Nox omnia ſoporans. *G. Pauli*, ex ſuo Libro.

---

53) Conferri poſſe non nego deae hujus ſilentium cum nocturno ſilentio, hominibus animalibusque communi, quo et referri poteſt þá Strophae ſequentis initio, ſic ut et *jamt* Str. 15. Sed tamen non nudam eſſe comparationem docet relatio Str. 21. in fine. *G. Pauli.* Ego pro comparatione ſto: tum quod *Eins*, pro *Undir eins ſimnl*, exemplo careat, tum quod *ſólis occidentis* mentio demum fiat Vers. XXIV. aliquod autem temporis ſpatium conſumtum fuiſſe planum eſt, in ulteriori Legatorum inquiſitione, in reverſione eorum, et in coenatione apud Aſos. Decepit virum Doctiſſimum tranſpoſitio prioris Hemiſtichii Verſus XXIV. in locum poſterios Hemiſtichii Verſus XXI.

54) Bene, *Auſtan;* nam hanc coeli regionem primum occupant noctis tenebrae.

55) *Ur Elivagum.* Amnes quosdam ita appellat *Edda* fab. 4. Illuſtriſſimo *Dn. Suhmio* eſt mare Album, De Odino et Diis pag. 152. ſc. quantum capio, ubi ſe intra terram mare longius inſinuat, et amnes in illud ſe exonerant, Maris minutuli receſſus dicuntur *Vogar*, nec amnes unquam; ſed a dicto confinio hos appellatos fuiſſe oportet. *G. Pauli.*

56) Þvrs hic quinam intelligatur, in proclivi non eſt divinare; vix tamen alius eſſe poterit, quam Nörvius noctis pater, quicquid ſit de ceteris. *G. Pauli.* Sic Þvrs *Hrimkálfa* poſitum erit modo

pro

Mæran of *) miþgarþ
e) Meþ 57) nátt *f*) hverri:

XIV.

g) Dofna þá dápir,
Detta hendor:
h) Svífr of *i*) ſvími
Sverþ *k*) ás 58) hvíta:
l) Rennir órunn 59)

Splendidam ſuper Tellurem,
57) *Cum nocte qualibet:*

XIV.

Torpeſcunt tum vigores,
Dejiciuntur manus;
Vacillat à vertigine
(Ipſe) Enſiger 58) *Deus albus:*
59) *Pellit torrentem*

m) Rýg-

*) *Ondgard.* E. quod monſtrum lectionis natum videtur ex Angloſaxonica pictura literae *m* in Membrana, quam Librarius ignoravit *e*) Mid, *media.* P.

f) Hver, *quaelibet.* Omnes Libri. quod bene quidem conciliatur cum *Mid*, ita non cum maſc. *Dáenn* Str. 6. unde adeo neceſſario finxi, quod in Textu eſt.

g) *Doſnar — dád er*, in ſingulari, *Torpeſcit vigor, cum* etc. G.

h) *ſvipr*, idem ſuſpecte. G.

i) *ſvrmi*, corrupte. E. *i.* cum *r.* facile confudit imprudens Librarius.

k) *áſs*, in genitivo E. G. et *Sverd áſa*, civiſſim. Senſus non nimis commodus: *Nutat — enſis Dei. G. Pauli* videtur mecum legiſſe: *Sverdás.*

l) Sic E. *Rennr orvit (örvit)* G. P. vid. mox, var. lect. *n. Rennr ör vit (viþ)* Al. in E. *volat. ſagitta*, ſporis ſc. *apud Ventum Gigantidis*, i. mentem perſtringit.

---

pro *Hrimþurs*, quamquam frequentius apud Noſtrum *Hrimkaldr.* dicitur *mortuus*, ut in *Lokaſenna*, et in *Vaſþr. mál.* de *Imere.* Sed forſan per iſtum *Gigantem* intelligatur *Somnus*, ſive *poteſtas aliqua ſomni praeſes*, isque dicatur *Hrimkaldr* per Metonymiam cauſae, propterea quod nimium frigus torporem et ſtuporem inducit; poſſit quoque eo epitheto alluſum videri ad *Somni* et *Mortis* cognationem.

57) I. e. aut appetente nocte, aut opera cum nocte conſociata.

58) *Heimdallus*, qui Deus et quidem minimi ſomni eſt, nam, *utitur minore ſomno, quam avis*, *Edd.* Snor. Fab. xxv. non valet tamen reſiſtere vi ſoporiferae, nedum alii, *Homerus* in Iliad. ξ.

Ὑπνε ἄναξ πάντων τε θεων πάντων
δ ἀνθρώπων

59) Hoc facit gigas ille, de quo ſuperiore verſu. *órunn* Fluminis eſt nomen in *Edda*, hic *fluxus* et *motus.* *Glygia* videtur diminutivum eſſe, à *Glygg* ventus; *Animus* autem dicitur *Ventus gigantidum*, Eddice. Erit igitur ſenſus harum trium Strophārum: *Dainn iſte, impulſu virgae ſuae, mentes quaſi in vertiginem agenda, adimit iis omnem motum* i. *ſenſum et cogitationem, penitusque ſtupidas reddit.* Quodſi admittenda ſit lectio *Rennr*, vocem *Orunn* capiendum erit ſenſu quidem inſolito, verum tamen ob derivationem plauſibili, pro *Lentitudine fluidi* ſ. *ceſſatione curſus* ſ. *motus:* et ſenſus fiet: *illabitur (obrepit) lentitudo auras gigantidum* i. *animi torpor.*

m) Rygiar *n*) glygiv
o) Sefa ſveiflom
Sókn giörvallri.

Gigantidis aurae,
Mentis circumactionibus (vertiginibus)
Coetui omni.

XV.

Jamt 60) þótti *p*) Jörvnn 61)
q) Jólnom *r*) komin

XV.

Haud aliter 60) Jorunna 61)
Viſa eſt Diis adfecta,

m) Ita expreſſi, analogia inductus; ſicut *Gygur Gigas femina*, et *Ylgur Lupa*, aut *porca fera* (ut colligo ex Oda poſteriore *Stiörnv-Odda-draums* adhuc inedita), faciunt genitivum *Gygiar*, et *Ylgiar*, non *Gygar*, *Ylgar*. Libri omnes et *G. Pauli* legunt *Rygar*, quibus accedit Summus Poëta et Antiquarius *Egerhardus Olavius*, in Carmine Satyrico, *Píknaſpillir*, *Virginum Corruptela*; Verum praeter analogiam, etiam ſuavitas enunciationis pro *Rygiar* militat.

n) Ita E. *Glyu*. G. *Gylv*. P. *Gyla* cognatum eſt τῷ *Gola* ventulus, flabrum, ſicut *Gyll*, nubecula illuſtris ſolis (interdum) antecambulo, triſtioris ſaepe aëris nuncia; unde vulgatum: Sialldan er *Gyll* fyri góþv (*Raro Gyll bonum portendit*). *Rygur* eſt giganteae faeminae nomen ſ. apellatio in *Skallda*, hic *noctis*, puto, quippe patre fatae gigante. *Örvit*. *Urvit*, ut *Örviti* in *Lokaſenna*, *Frávita*, *affinna*. *Rygar gyla* videtur eſſe *flatus* ſ. *aura noctis languorem ferens*, et *Rygar Gylv örvit rennr allri ſókn ſefa ſveiflum*, i. e. *Nocturnae aurae deliquium* l. *delirium occupat omnem coetum mentis involutione l. circumrotatione, ablatione; G. Pauli*, acute et ingenioſe. Haud tamen incommode forte monuerim *Gylv* hic pro *Gælv* ſumi poſſe: eſt autem *Gæla* proprie *lenocinium cantus*, *cantus illecebroſus*, *quo nutriculae deliniunt triſtes puerulos, et ſomnum iis alliciunt*. Qui ſenſus vocis apte congruit in rem praeſentem: *Nox* erit *Nutrix*; ejus *Lenocinium*, *Humor* ac *refrigerium*, languorem inſtillans, aut etiam ipſum *Silentium*, quod ſomnos invitat; *Pueri*, anima'ia. *Animi deliquium*, *ſomnus*.

o) *ſæfa*. G. idem. *ſefi* Al. in E. *Sefi-ſveiflor* l. *ſæfi-ſveiflor*, una voce ſonarent *agitationes ſoporantes* l *ſopori arceſſendo*, quales *Cunarum* ſunt.

p) *Jórun*. G. et P. *Jiorna*, *jorma*, corrupte. E. et Al. Ibid.

q) Ita *G. Pauli*, cui adſtipulantur corruptae Lectiones Al. in E. *jol mun* et *jólmim*. || *Jötnum* P. G. *gigantibus*. *Jörnum*. E. ſine ſenſu.

r) *Kominn*, et mox *ſollinn* in gen. maſc. E. inſcitia Librarii.

---

60) Sc. ac dormientes, extra rationis ſermonisque uſum conſtituti. *G. Pauli*.

61) Quaſi *Laboriosa* l. *Laboris amans*, ab *ar*, l. *ár* l. *ör* *Labor*, praefixo j. non ſine exemplo. Jam tertium variavit nomen Idunnae, conf. ſupra n. 32, Poteſt tamen ſonare *Örunn*, celeritatis amans aut *ör-runn* celeriter currens. ſenſu a ceteris haud longe diſtante.

Sollin ſútom
Svars er ei gáto.
s) Sóttv því meirr
At *t*) ſýn var fyrſ.
Mvn þó miþr
Mælgi *u*) dvgdi.

Turgens moeroribus
Reſponſi cum nihil potirentur.
Tendebant (inſtabant) eo acrius,
Quod (quo magis) repulſa dabatur,
Voto tamen minus
Loquela eorum valuit.

XVI.

Fór frvm kvavdvll 62)
Fregnar brauta
x) Hirdir at Herians 63)
Horni giallar,
64) NALAR *y*) neþa
Nam til fylgiſs.
65) Greppr *z*) GRIMNIS
(þ) Grvnd vardveitti.

XVI.

62) *Abiit primipilus (princeps)*
Interrogatorii itineris,
Cuſtos 63) *Odiniani*
Cornu vocaliſſimi;
64) NALAE *puerum*
Adſcivit in comitatum;
65) *Poëta* LARVATI
Nympham adſervavit.

XVII.

s) *ſóktí*, in ſingulari, Al. in E. Deinde, *mar* pro *meir*, *mare*, aut *equum*, ſc. petebant abituri. E.

t) *þeckia*. Al. in E. forſan pro *þeggia taciturna*, ſicut *ſeggia* pro *ſegia* dixerunt veteres; tum vero, ne fraus fiat adlitterationi, in Strophe praec d. tranſponendum foret, *því meirr ſótti* l. *því ſóttv meirr*. *u*) *dygdi*, Imperf. conjunctivi. P. G.

x) *Hirþar*. Al. in E. Senſus: *ad aulam Odini*, cum cornu etc.

y) Ita omnes Libri recte ſatis, arbitror; ſed *G. Pauli* ſubſtituit *Neſa*, quaſi *f.* et *p.* vulgo inter ſe non varientur. *z*) *Grimis*, idem. Al. in E.

(þ) Forte, *Grind fores*, ne elaberetur ſc. Nympha: quamquam hoc Auctore non indigna eſt Lectio *Grvnd Tellus*, ſemiplena mulieris apellatio, qualis nulla mihi uſquam, quod meminerim, in *Edda* noſtra eſt obſervata. Porro, *Vardveiti*, *adſervet* l. *adſervare debuit*. G.

62) Cum nulla daretur ſpes ullius reſponſi. *G. Pauli.*

63) *Odini*, i. e. ab Odino ſibi traditi et commiſſi. *Idem.*

64) *Nál* erat alterum nomen matris *Lokii*. *Edd.* Fab. XXVII. ductum, ut videtur, a teneritate.

65) *Bragius* (*Poëſeos ſcientiſſimus. Edd.* Fab. XXIV.) virginis cuſtodiae relinquitur, ſi forte illa, ad ſe vel ſanam mentem reditura, aliquid reſponſi daret. *G. Pauli.*

XVII.

VINGÓLF 66) tóko

VIÞARS 67) þegnar,
FORNIÓTZ 68) ſefvm
Fluttir báþir.
æ) Iþar gánga
Æſi kvedia :
YGGIAR þegar
Viþ 69) avlteiti.

XVII.

VINGÓLFUM 66) *tetigerunt (pervenerunt)*

67) VIDARIS *miniſtri,*
68) FORNIOTI *cognatis,*
Vecti ambo:
Intro eunt,
Aſos ſalutant;
YGGI *clientes (ſtatim)*
Ad 69) *convivialem feſtivitatem.*

XVIII.

Heilan HÁNGA-TÝ
Heppnaztan Áſa
a) Virt öndvegis
Vallda *b*) bádv.
Sæla at *c*) ſvmbli
Sitia Dſa

XVIII.

Salvum SUSPENSORUM DEUM,
Beatiſſimum Deorum,
Nectaris, in ſolio,
Regna poſſidere optabant:
Felices in ſympoſio
Accumbere Divos.

Æ med

æ) *idr gángo*, ſenſu caſſa. Al. in E.

a) *vird*, idem. P. quod *G. Pauli* vertit *honore*, ſignificatu mihi incognito.

b) *bavdv*, forte pro *budv*, juſſerunt G. *c*) *ſumli.* G.

66) *Vingolf*, domus Deabus ſacra, *Edd.* Fab. 12. *G. Pauli.* Ubi *Hörgr*, quaſi tu dicas ἱερὸν *templum*, vocatur: id erit *habitaculum piorum poſt mortem*, tradente eadem *Edda* Fab. 3.

67) Hic *Vidarr*, quaſi *Victor*, eſt Odini nomen, Eddae ignotum quidem, ſed congruens tamen in ſenſu cum ceteris, *Vidr*, et *Vidrir.*

68) *Forniótz ſefvm*, Ventis, quibus praerat *Kári Forniotí* filius. *G. Pauli.* I. e per aërem, ventorum elementum, forma avium ſuſcepta, ſicut alia vice in forma phocarum dimicabant, ut prodit *Edda*, ex auctoritate *Ulfi Ugguiadae.* Forſan in *Corvorum* forma ierint, atque hinc nomen Carminis ſit arceſſendum.

69) Mirum ingenium Autoris, ſive, ut verius dicam, mire ineptum! cum Aſos, in ultimo diſcrimine conſtitutos, facit conviviali feſtivitati indulgere. aliter decorum obſervare ſolet Auctor *Eddae Sæmundinae.*

Æ med *d*) YGGIVNGI 70)
Yndi halda.

XIX.

Beckiarſett *e*),
At *f*) BAVLVERKS 71) rápi,
Siöt, SÆHRIMNI
Saddiz *g*) Rakna.
h) SKÖGUL *i*) at ſkvtlvm
Skaptker 72) HNIKARS
Mat-af midi
k) MIMIS 73) hornvm.

XX.

Margs *l*) of frágv
Máltíd yfir

Semper cum 70) AUGUSTO (*venerando*)
Voluptate perfrui.

XIX.

Per ſedilia diſpoſitus,
Ex 71) BAULVERKI *imperio,*
Coetus, SUE FULIGINEO
Saturabatur, *Numinum:*
SKÖGULA *ad menſas*
72) *Craterem* VICTORIS,
Metiebatur ex medo
73) MIMERIS *cornibus.*

XX.

Multa rogitabant
Coenam ſuper

HEIM.

d) *Yggivm*, Ablat. plur. Al. in E. prave.

e) *er eſt*, omiſſo ſequenti *At*, ex Cod. Suec. notatum in E.

f) *Bauverks* forte pro *Bavdverks*, *caedium auctoris*. E.

g) Ita E. G. P. per ſolennem permutationem literarum *g*. et *k*. *Ragna*. Al. in E.

h) *Skolvg*. P. quod *G. Pauli* cum *coetus* jungit, vertens; *probe lotus*, *madidus*, et componit *Virgil.* (Aen. 1. 743) *Pleno ſe proluit auro*. Sed melius erit, *Skögulam* Monomachorum pocillatricem, ut habent *Grimnismál*, ſuo hic honore non defraudaſſe.

i) af, de menſis. E. inepte.

k) *Minnis*. P. G. Al. in E. et Suec. *Memorialibus*, o: quae in honorem Deorum, et abſentium amicorum recordationem potabantur. *l*) *ofrágv*, prave. E.

70) I. e. *Odino*, qui *Yggivngr áſa* appellatur in *Völu-ſpá*. conf. *Gloſſarium*.

71) *Odinus* modo erat rex convivii. *Bavlverkr* vi vocis ſonat, *Calamitatum auctor*.

72) Manifeſta eſt Hypallage, (*Hon*) *mat Mimis hornvm ſkaptker af midi*, pro *Miöd af ſkaptkerá*.

73) *Mimir* Odini nomen eſt in *Edda* Snorr. Nomenclaturis poſterioribus, a μιμέομαι, credo, ductum, nam ille artifex erat in alienis formis imitandis; et bene ei datur poſſeſſio cornuum aut medi, utpote coenae patri *Str.* 2.

HEIMDALL há god,
74) Havrgar *m*) LOKA.
Spár eda ſpakmál
Sprvnd ef kendi,
n) Undorn 75) *o*) ofrám 76)

HEIMDALLUM *celſi Dii,*
74) *Divae* LOKIUM:
Vaticinia et ſagaces ſermones
Num Virgo (eos) docuiſſet;
75) *Tenebræ circulum marginalem* 76)

m) Forte inſerendum *ok et;* Quo ſenſus foret: *Celſi Dii ſacrae domus*, aut, *in ſacra domo*, (ut ſit genitiv Loci) *interrogarunt Heimdallum et Lokium.* vid. not. 66. et genitivum *Hörgar* recte formari arbitror, ſicut invenio *Biörnum* poetam in *Eyrbyggia-ſaga* dixiſſe *Heſtar, equi*, in eodem caſu. || *Havrgvr* f. pl. conjic. *G. Pauli.* quod faceret in Nominat. ſing. *Havrga* quaſi *delubri antiſtita*, aut *domina;* ſed nihil eſt opus.

n) Ita omnes Libri. *G. Pauli* legit modo *undr*, modo *Undörn*, quod contractum putat ex *undrin*, *undorin*, *undurin*, prodigia, nempe illa, inquit, de quibus Str. 3. ſeqq. nec non ſomnia *Ballderi* in *Edda.* Ruſus in addendis, *Undörn* compoſitum credit ex *Und* pro *Undr*, per apocopen, et *örn*, *þav, arna* demonſtrativa vocula vulgari, quod ultimum mihi non ſapit. || *Unorm*, ſenſu caſſum. Al. in E.

o) Sic leviter reſtitui, cum in E. G. ſit *oframm*, et in P. *ofram*, unde *G. Pauli* fecit *of röm*, *nimis valida.* Forte ex illo *oframm* faciendum *áfram porro*, *eo uſque*, et id in ſenſu jungendum cum *τῷ frâgu* Str. 1. 2: *inſtiterunt porro rogitare*, *donec* etc. Denique haud abſurde legeretur *ó-fravm*, ut Tenebrae dicantur *pudibundae*, propterea quod *pudibundi* eas quaerunt: Poëta, quis non memini, *Pudibundus quaerit latebram. Kormaks-ſaga.* Han ſkauzt í ſkuggga ok ſkammadiz ſín *á.* e. *Surripuit ſe* (ex conſpectu) *in umbram*, *et pudefactus eſt.*

---

74) *Hörgar* Dearum delubra, hic in gen. foem. pro ipſis *Deabus*, inſolenter. *G. Pauli* adlegat *Edd.* Fab. 12. et Verba Freyiae in *Hyndloliodvm: Havrg hann mer gerdi;* addo *Hervarar-ſagam* Cap. 1. et *Landn. b. Gloſſarium* in voce *Havrgr:* ſed in omnibus iſtis nihil eſt, quod hunc ſenſum vocabuli illuſtret aut firmet. Videndum igitur, anne praecedens *god* bis numero capiendum ſit, ſive ex Ellipſi revocandum ut *Há god* ſint *Dii maſculi*, *Havrgar* (gen. ſing.) *god*, *Dii Hörgi* i. e. *Vingolfi praeſides* et *Domini*, nempe *Deae*, reſpice not. 66.

75) Dicit Aſos eo uſque produxiſſe coenam et confabulationes. *Undorn* (ab *und ſub*, et *ód árna* ire,) occurrit in *Völv-ſpa* Vers. vi. et *definitam quandam temporis partem* notat, forte eam, qua ſol ſub horizonte eſt, ſive potius, mediam noctem, quod concludo ex hiſce verbis dicti Verſus:

Morgin ſettv,	i. e.	*Mane conſtituerunt (Dii),*
Ok midian dag,		*Et meridiem,*
Aptn ok Undorn		*Veſperam et* Undorn,
Arvm at telia		*In anni computatione — (annuatim numeranda.)*

Ubi *Mane* et *Veſpera*, *Meridies* et *Undorn* ſibi reſpondere videntur.

76) I. e. horizontem: Compoſita vox ab *of*, *ob circum*, et *rám* pro *reim*, ora, margo, fimbria, limbus

p) Unz nam *q*) himia.	*Donec occuparent coelorum.*
XXI.	XXI.
77) Illa letv	77) *Male perhibuerunt*
Ordit hafa	*Eveniſſe,*
r) Eyrindisleyſv	*Negotium fruſtraneum,*
Of litilfræga:	*Nimis inglorium (reſponſi expers):*
s) Vant at væla	*Ita rationes inſtituere (ita conſulere)*
Verda myndi,	*Arduum futurum,*
Sva af *t*) ſvanna	*Ut ex nympha*
Svarf of *u*) gæti.	*Reſponſum obtinerent (obtineretur).*
	XXII.

p) *yngſt*, *vngſt*, l. *unzt*, conjic. *G. Pauli*, et deinde legit *nâm*, vertitque has duas ſtrophas: *de vanis illis miraculis noviſſimam cognitionem cæterorum* (alienigenarum). *Ungſt nâm hinna*, quod noviſſime illi (inframundani) percepiſſent. Mihi perplexa nimis haec videntur, et violenta.

q) I a Quidam in E. quod poteſt formatum eſſe a Singulari *Himi* l. *Himir* pro *Heimi*, *Heimir*; nam *ei* et *í* grave inter ſe permutantur: || *Hinna* P. G. et Al. in E. quod aliquatenus quidem expoſitum eſt var. l. praeced. ultima. Sed verius crediderim id corruptum eſſe ex *Himna*; vid. ſupra III. 2. lect. var. *p*. Subſtituere itaque hanc lectionem poſſunt, quibus *Himia* non probatur. || Himin, in Accuſandi caſu E. quod facile conciliatur cum mea conjectura ſub var. l. o.

r) or *ex*, inſerit E. id qud et numeros et ſenſum turbat.

s) Quatuor Strophis ab initio Verſus xxv. huc tranſponunt P. G. et G. *Pauli*, ſc. *jörmvngrundar* uſque ad *Þollar*. Porro ſequentem Verſum XXII ordiuntur a Stro his noſtris praeſentibus, *Vant at væla* etc. claudunt vero cum poſteriore Hemiſtichio Verſus xxv. *Gengo til reckiv* etc. Tum demum ponunt cum Verſum, qui Mihi in ordine eſt XXII. Quae mira eſt confuſio.

t) *Syanna*, monſtroſe. E. ſcilicet, *v* Angloſaxonice pictum, pro *y*. cepiſſe Librarium.

u) Ofgræti, *fletu elicerent*. l. *extorquerent*. E. ſuſpecte. *Geti*, pro *gæti*. Al. in E. *obtinoant* vel *obtineatur*. in Subjunctivo praeſenti.

---

limbus; *ei* et *á* inveniuntur alternare, verbi gratia in nominibus propriis virorum *Aſlákr* et *Þorlákr* quae nihil aliud revera ſunt, quam variata *Aſleikr* et *Þórleikr*, i. e. *divina facie praeditus*, et *Thori facie praeditus*. Cui autem hoc diſplicuerit, is poterit *ofráp* capere pro *of-ráf Laquear* l. *Tegmen ſuperius*, nam *f*. et *m*. libenter permutantur; *Coelum* autem eſt Tegmen Telluris; *Ovid*. in prima Metamorphoſi: *Quod tegit omnia coelum*.

77) Incertum, an Legatorum verba, an ceterorum Aſorum, hoc verſu referantur.

XXII.

Anſar *x*) Omi,
Allir hlýddv,
78) Nótt ſkal nema
y) Ny-ræda til;
Hugſi til *z*) myrginſ
Hverr ſem orkar
Rád til leggia
Rauſnar Áſom 79)

XXII.

Reſpondet (profatur) Omius,
Omnes auſcultabant:
78) Nox adhibenda eſt
Novis conſiliis:
Cogitet uſque in craſtinum,
Quiſquis valet
Conſilium promere
79) *Aſis ſoſpitale.*

XXIII.

Rann med *) ravſtvm

(þ) Rindar *æ*) móþur 80)

XXIII.

Properabat ſecundum longos aggeres (juga longa)

80) Rindae *matris* Valldii (*Valentis*),

F f 2 *a*) Fódr-

x) *Onn* E. facile corruptum ex *Omi* Odinn. Quidam in E.

y) Ny-ráda *idem*. Al. in E.

z) *Myrgis*. P. G. et *G. Pauli*, voce mihi inaudita, quam tamen temere non damnave im.

*) *roſtvm* P. G. *vortices*, vertente *G. Pauli*.

(þ) *Ryndar*. G. et *G. Pauli*. ego *Rindam* Nympham per *y* nuſquam ſcriptam deprehendi in bonis Codicibus.

æ) Ita levi mutatione ſubſtituendum duxi, pro *Módr*, quod habet Unus in E. et notat Subſtantive *Animus*, *vis animi*, Adjective *defeſſus*. *Móþur*, f. plur. *flumina*, conjecerat *G. Pauli*. || *Móþr*. P. G. Al. in E. *Suec.* et *G. Pauli*. *Moſar*. E. i. e. *Fuſcum reddit*, aut *Fuſcum fit*, quando praecedens *Rann*, *Domum* ſignificaret, ſed non conciliatur hoc cum ſequentibus.

---

78) Nocte urgenda conſilia, nox dabit conſilium. *Eraſm.* in *Chiliadibus*. Adeo etiam hoc ſapientiae genus novit ſeptentrio, et gnome haec poëtica veteris noſtrae linguae comes. *G. Pauli*. Sic Nox εὐφρόνη, quaſi *bene ſapiens* dicitur *Euripidi* in *Iphigenia*.

79) G. *Pauli* vertit: *Aſorum gloriae*, et addit: non novo adeo honori quaerendo, ſed veteri retinendo. *Til raunſnar áſvm*, verbo foret: *In erectionem l. ſublevationem Aſis* o: lapſis Aſorum rebus. Plus hic agebatur, arbitror, quam *gloria Aſorum*, ipſa eorum ſalus agebatur, aut ſaltem ſalvi videbatur.

80) *Med rauſtvm Rindar*, *modur Vallda*, i. e. ſecundum l. per fines occidentales aut boreales.

conf.

a) Fódrlardr Fenriſ *b*) VALDA: — *Alma (nutritiva) vis* FUNESTI LUPI.

Gengo

a) Sic P. G. et *G. Pauli. Fauþr larþr.* E. ſenſu nullo, niſi *Fauþr* haud ſecus ac *Fóþr* in alendi notione ſumatur, quod certe licet, vi originis, a verbo *at fæda. Fauþr iardar* Al. in E. et Suec. qui *Patris terrae* vertit, inepte, more ſuo, et nulla cum ceteris cohaerentia: Ex hac tamen Lectione aliquis ſenſus exiſtit, hic nempe: Rindar móþir rann válla med ravſtvm (med * valla ravſtvm) faudr iardar Fenriſ, i. e *Rindae mater* (ſol) *vix properabat* (lente incedebat, tanquam feſſa curſu) *ſecundum longa dorſa patriae terrae Fenreris gigantis* o: juga montana ſeptentrionalia. Vel. *Rindae mater currebat ſecundum (per) * camporum longas eminentias genitalis ſoli Fenreris gigantis.*

b) Ira Al. in E. *Valla.* G. P. E. *G. Pauli, et Suec.* Propoſitis jam omnibus Lectionum varietatibus in loco hoc longe obſcuriſſimo, integrum ſiſtam Gunnaris Pauli commentarium in quatuor haſce Strophas: "Kann med roſtvm Ryndar móþir Fódrlardr Fenriſ valla, i. e. *Ivit per* (l. *juxta) maris evripos mater Rindae.* Sed revera, quomodo hic in tenebris ſit palpandum non invenio: Deſcriptio eſt in hac Strophe ſolis occidui, (Non enim *Solis orientis per gradus*, ut nugatur Suecus Interpres. *G. M.)*, et die recedente noctis oborientis (vid. praeced. Var. Lect. *s.)*. Sed quomodo *Sol* (nobis faem. gen.) dicatur *mater Rindae* (ex qua Odinus *Alium* ſive *Valium* ſuſcepit) dictu vix erit proclive, niſi ponatur illam matrem habuiſſe *Soli* cognominem *(Sól, Sunna, Ey-gló, Syn)*, vel *Rindam* dicendam fore filiam *Solis* (Conf. n. 31. ad *Vegtams quidam)*, quam ila ante Deorum crepuſculum eſt paritura (Haec ſatis plauſibilia ſunt, ſi modo cetera iis reſponderent *G. M.)*. Hoc modo quae ſequuntur *Fodrlardr etc* ſunt Epexegeſis (Quid fiet *τῷ Valla* in hac Epexegeſi? *G. M.)*: Sin vero legere libeat, vel in alio Codice legatur *Módur*, erunt Subjectum orationis, et priora praedicatum (Obſcure, nam *quae* erunt Subjectum, et quae praedicatum? *G. M.)* atque hoc modo *Móþur* vel flumina, et quidem *Rindae*, ut ſeptentrionalia (forte *Elivagar)*, quae una cum mari pertranſiit Sol. Vel *Módr* adjectivum, *Feſſus, laſſus, anhelus*, et *ryndar módr* feſſus curſu (ut *ryndur* not. *curſum)* a v. *ek renn*, curro. *Fodrlardr* / l. *Fódrlardr*, quid ſit, conjectare non poſſum; *Fenris vellir* autem *campos lupinos* ſonant, forte oceano boreali adjacentes. *Fodr* et *Fódr* ſunt voces in aprico poſitae: ſed *Lardr* neſcio an extra locutionem: *mer, bonum* etc. *ſigr lardr,*

---

conf. Vegt. Qu. XVI. 1. et 2. Et hoc bene de Sole jam occaſuro. Porro, *Fóþr lardr Fenris*, hic dicitur *Sol*, utpote ab *Lupo*, ſuo perſecutore, ante *Crepuſculum divinum* devorandus: et Antonomaſia eſt, *Lupi Lokii filii*, pro *Lupo ſolari.* Denique *Vallda* ſumſi pro *Vala*, filio Odini, nam eandem vim eſſe utriusque nominis ex originatione facile eſt probare. Dubito ſane, alium ſenſum, aptiorem ſimul ad circumſtantias, et qui in Textum ſit minus violentus, hinc extortum iri.

Gengo frá gildi, *Discesserunt e convivio,*
Gopin quöddv *Diis vale dixerunt,*

lardr, lassor fatigor; et verbum *at laraz* lassari, cum particip. *Laradr*, indeterminato, quid proprie sit Lardr (quod ope Etymologiae conabor evolvere in Glossario. *G. M.*) Si fingere libeat (quod pene videtur necessarium. *G. M.*) *Sölem* dici *Fenris* (Lupi) *Fódrlardr*, quod in *Edda* praedictum sit, fore ut Lupus solem deglutiat, Fab. 48.; cum hic *fódr* s. pabulum legere liceat, nec quid sibi hoc loco velit τὸ *födr* appareat (Deest Apodosis ad τὸ Si, quod non mirum in tanta fluctuatione. *G. M.*); nisi forte statuatur Lupum, devorato sole, incommodum quoddam ac virium detrimentum sensurum. *Fodrlardr*, Male me exercuit monstrum hoc verbi, et tantum non in vertiginem egit, nunc tandem ulciscendum et falce critica exscindendum; cujus in locum commode mihi substituere vid or *Förular dyr* l. *dur*. *Förvll* adjectivum in composito *tídförvll* active significat; quando vero dicimus: *Þad er mer ecki förvllt*, passive, quae hujus loci est significatio: *Förvlar dvr*, ostium saepe (Solis) tritum, sive hic coeli quadriforis occidentale illud, s. boreale intelligere quis malit. *Rindar módir*, ut supra. *Fenris vellir* l. *Ulfs vellir* aut loci est nomen proprium juxta mare, aut ipsum mare, ita periphrastice dictum a pisce quodam, qui forte *Fen-grani* cujus meminit *Skálda*, a *fön* lanugo (sicut et Lupus *Fenrir* dicitur) et *grön* labrum, ut apparet, dictus. Hunc facile crediderim aliquem esse cetorum *Skiþafiskar* dictorum, quorum oris corneae lamellae in summitate lanuginem habent: nisi forte intelligatur *Lupus marinus*, sive ille sit noster *Steinbítr* s. alius quispiam. Quod si cui forte hic arriserit lupus (lupi) Eddico solaris, cottidie cum eo aquis marinis mergi creditus, ego quidem nolim refragari; ita tamen, ut mare tum non dicatur *Fenris vellir* sed *Fenris vadlar*, vada lupina, non locus immanendi atque inhabitandi, aut elementum conveniens, sed transgrediendi. *Fenrir* et *Egir* s. *Ægir* sunt gigantum nomina, unde *Fenris dyr*, sunt *Ægis dyr*, per antonomasiam poëticam, et *Ægir* maris Deus s. dominus. Sed quorsum igitur *Ægisvalla dur?* Est *Ægisvöllr* l. *vellir* ipsum mare, (quomodo id dicitur *Aequor maris*; *Campi liquentes* apud *Virgilium*. *G. M.*) et ejus *dur* id quod ante dictum est, regio cardinalis, ostium, quod subit Sol. Forte et *Ægis halla* l. *hallar* aulae (maris), cui quam campo aptius convenit ostium." *G. Pauli.* Cujus conjectura *Förular dyr*, prout ab eo adserta est docte et ingeniose, magnam habet probabilitatem quidem, verum tamen est nuda conjectura, auctoritate Librorum destituta, atque adeo eam in Textum recipere nondum audeo. Dissimulandum non videtur, quod *Sol* absolute dici possit *Fódr* lardr quasi *fovens* (*nutriens*) *vigor* aut *Vis*, animantium sc. et plantarum, quae almo suo calore fovet: Tum vero fortasse ordo Rindar modir, fódr lardr rann med ravstvm Fenris valla, i. e. *Mater Rindae* (Sol) — *currebat secundum longa dorsa (porrectas extremitates) marinorum camporum*, s. coeli et maris confinia, jamjam mare subitura. Nec denique invenuste legeretur, Lafdi (Angl. *Lady*), et sensus foret *Alma regina, fo-*

vens

HROPT ok FRIGG:
Sem 81) HRIMFAXA *c*) fór

XXIV.

Dýrvm ſettan
82) *Dellings mavgr*
Jó fram keyrdi
d) Jarkna ſteinvm:
Mars of *e*) MANNHEIM 83)
Mavn *f*) af glóar;
g) Dro leik Dvalins 84)
Drösvll i reid 85).

HROPTO (*nempe*) *et* FRIGGAE,
81) *Prout inceſſit* GELUCOMUS.

XXIV.

Charis diſtinctum,
82) Dellingi natus
Equum propulit (incitavit)
Praeſtantiſſimus gemmis:
Manni per 83) MANNHEIMUM
Micat juba:
Traxit 84) Dvalini Ludificatricem
Jugalis in rheda 85)

XXV.

vens domina: atque ita *Soli* conſervatur genus ſuum femininum, quod in noſtra lingua nolens amittit. Imo *Lardr* eſſe poteſt *Dominus* (Angl. *Lord* et in pronuntiatione *Lard*), ſenſu quidem fere eodem, ſed non tamen ita convenienter Linguae, propter genus maſculinum.

c) Hoc verbum non videtur fuiſſe in Exemplari Sueco, nam Interpres, homo ſuavis, inducit Deos ſalutantes *Hrimfaxium* noctis equum.

d) *Jokna, rokna.* Al. in E. prius ſine ſenſu, poſterius *immanem* notat, ſed adliterationi offi it.

e) I a Al. in E. et reſtituerat, ex ſuo ingenio, *G. Pauli: Manheim* P. G. E. quaſi *Splendidum mundum*, quod forct Ætheris epitheton perpetuum. Stroph. Sequ. Men *monile, torquis*, pro *mavn* P. *Man* G. *f*) *of* Al. in E. *ef*, ſine ſenſu. Ipſe E.

g) *Droleik*, uno verbo ſenſu caſſo. P. *Leik*, non *Leikv*, Op es.

81) I. e. Noctis equo procedente, *Edda* Fab. VIII. *G. Pauli.* videtur *Hrimfaxa* in gen. fem. capere, et de Nocte intelligere; ſic enim ille: "Nocte iter ingrediente, ab equo ſic dicta."

82) *Dagas*, auriga ſolis. *Edda* Fab. VIII. *G. Pauli* haec, et ſequentia, de initio ſequentis diei accipit, ego contra de inſtante fine praeſentis dici; nam Verſu XXVI. 2. *Sol* demum, cum Diis ſurgentibus, dicitur *oriri*, et *Nox diſcedere.* Dicit ergo Auctor, *ſolis aurigam* properare ad locum pernoctandi: Bene autem *auriga* Stroph. ſeq. dicitur *Propellere Equum ſolis*, tanquam ab labore diei feſſum.

83) *Mannheim* hic accipio, tanquam Nomen proprium regionis, quam, ſi recte memini, inter *Gandvikam* et *Halogiam* conſtituit *Hervararſaga* cap. 1. conf. *Thiodolfum de Hvini*, apud *Snorrium* in *Ynglinga ſaga*, cap. IX. *G. Pauli Mannheim* apellative capiebat de *hominum orbe.*

84) Ratio hujus interpretationis colligi poteſt ex *Alvismálvm*, Verſ. XXXV. 5. 6. et 7. coll. Verſ. III. 2. et XVII. 3. cum nota.

85) Oratio cohaeret cum initio Verſus ſequentis, neque ullius inciſionis patiens eſt.

XXV.	XXVI.
Jormvngryndar	*In almae telluris*
h) I Jó-dyr *i*) nyrdra 86),	86) *Equeſtre oſtium boreale.*
k) Undir rót ytſtv	*Sub radice extremâ*
Adal *l*) þollar	*Arboris primariae*
Gengo til reckiv	*Ibant ad lectos*
m) Gýgivr ok þursar 87)	87) Oreades *et* Thursi,
Náir 88) Dvergar,	88) *Propinqui* Nani,
Ok Dóck-álfar.	*Et* atri daemones (*genii*).

XXV.	XXVI.
Riſv *n*) raknar,	*Surrexere* Dynastae:
Rann álf-rávdvll,	*Exortus eſt* Semonum (*regionum*) *rutilator*:

Nordr.

h) *tò i* ad finem Strophae praecedentis trajiciunt Al. in E. numeris non ita commodis.

i) Neþ-r *inferius.* Al. in E. ſuſpecte, ſaltem obſcurius.

k) Und, *idem.* G. P. *G. Pauli* ad ſuam Verſionem hujus et ſequentis Strophae, quam retinui, haec addit: "Forte *Adal* þollr, arbor *Dvergorum* et *Svartalfórum* naturae conveniens, utpote, ibi ortorum et habitantium: niſi forte illud *Náir nánir* (Str. 7) ad virginem illam dubii generis ſit referendum, ut ſenſus ſit: *Vix illi* (cognati) *obtinuerunt*, nedum nos, ſive alieni." Ut haec intelligat Lector, advertendus eſt ſedulo de Tranſpoſitione harum quatuor Stropharum, quam ſupra indicavi ad xxi. lit. *s*. Et apparet *Gunnarem Pauli* haec accipere, tanquam dicta Legatorum, de inito ſuo itinere, commemorantium.

l) þollaz, corrupte Al. in E.

m) *Gygur*, in ſingulari. P. quod de *Nympha fatidica* gigantei generis (ſc. Idunna) intellexit *G. Pauli*. Sed et *Gygiur* in plurali conjiciebat Idem Vir, ajens *Idunnam* inter has ſimul intelligendam eſſe, interrumpente ſimul nocte colloquium. Probe iterum attendas Tranſpoſitionem modo dictam, ut haec intelligas.

n) *Racknar*, minus recte. E. conf. ſupra xix. 4.

---

6) I. e. Borealem mundi cardinem. De *jórmvngrvnd* et *jó-dyr* fuſius diſputatur in Gloſſario.

87) Appetente luce bene inducit *Monſtra Luciferga* (Natttröll) lectos petere.

88) *Náir*, vel reſpectu habitaculi, vel ingenii.

Nordr *o*) at NIFLHEIM 89)
90) NIÓLA *p*) ſótti.
Upp *) rann ÁRGIÖLL 91)
q) ULFRÚNAR 92) bvrr,
r) Horn-þytvalldr 92)
s) Himin-biarga.

Boream verſus ad NUBILUM ORBEM 89)
90) ACUPOTENS *contendit*:
Surſum cucurrit per 91) MANISONAM
92) ULFRUNAE *gnatus*
Buccinator potens 93)
Coeleſtium rupium.

o) *Niflheim t, in Niflh.* Al. in E. commode ſatis ad ſenſum et metrum. Nidr *deorſum*, pro *Nordr* ante, ſine neceſſitate conjicit *G. Pauli*, quaſi *Edda* non dicat *Niflheimum* ſitum eſſe *Nordr ok nidr*, in borea inferius. *p*) *ſókti*, idem vulgatius. P. G. E.

*) Ita P. G. reid *equitavit* conjic. *G. Pauli*, tanquam Deo dignius, opinor. *Nam.* E. *Upp nam* foret *recludit*, aut *ſuſtulit*, ſenſu parum commodo. aut *Nam* eſt verbum auxiliare, ſubaudito verbo principali ſc. *fara*, *ire*.

q) *Ulfrimar nidr.* iſtud *rimar* eſt ab imprudentia Librarii. *Niþr*, etiam G.

r) Ita diſtinguit *G. Pauli. Horn-þyt valldr*, diviſim, E. *s*) *Himni biarga*, depravate. E.

---

89) Bene *Nocti* dat domicilium apud Inferos,

90) Ita *Noctem* dictam arbitror à *Nál* acu, ſoporifera ſc. qua pungit animalia.

91) *Argiöll*, nomen Iridis, alias mihi nuſquam obvium, ficto hoc vocabulo expreſſi: *Sonat* autem illa Diis equitantibus, ut obſervat *G. Pauli*.

92) Haec inter novem virgines matres *Heimdalli* numeratur in *Hyndluliódvm* xxxv. 5.

93) *Horn-þytvalldr Himinbiarga*. Epexegeſis, quemadmodum *Ulfrúnar bvr* periphraſis. *Horn-þytvalldr*, *cornu inflator*, *Himinbiörgorum dominus*. Et poteſt illud *Valldr*, potens, tam ad *cornu*, quam *Himinbiörg* referri, nec non ad *to* þytr, et tuba cauſam efficientem notat. *G. Pauli*.

VEG-

VEGTAMS·QUIPA.

*) VEGTAMS-QUIÞA.

I.

Senn voro *a*) Æsir
Allir á þíngi,
Ok Ásynivr
Allar *b*) á máli 1).
Ok *c*) of þat rædv
Ríkir tífar
Hví veri *d*) Balldri 2)
e) Ballir draumar.

VIATORIS (PUGNATORIS) EXERCITATI ODA.

I.

Simul erant Asi
Omnes in concilio,
Atque Asyniae
Omnes in 1) *colloquio:*
Ac de eo consultabant
Potentes Divi;
Cur essent 2) Balldero
Violenta somnia.

II.

*) Balldurs draumar, *Somnia Balderi.* U. *Hræva galldr Odins* vere olim dictam fuisse putat *G. Pauli. Vegthams-* et *Vegþams-Quida* vitiose inscribitur, in ita dictis Danske Sange af det ældste Tidsrum.

a) Esir. G. *b*) *at*, idem. S. *c*) *um.* U. *þar ræþu. G.*

d) *Balldrs*, et eadem manu supra scriptum *Balldri*, priori tamen Lectione integra. U.

e) Baulvísir *calamitosa.* S. G.

1) Apte hic utitur voce *Mál*, cum mulieres plus valeant lingua quam consilio.

2) Interpres Danus, intellexit *Somnia Deorum de Balldero*; ego *ipsius Balderi de sese*, auctore *Edda Snorrii*, Fab. XLIII. incunte.

f) II.

Miök var *g*) hapti 3)
Havfvgr blyndr,
Heillir í ſvefni
h) Horfnar ſyndoz.
Spvrdo *i*) iötnar 4)
Spár framvíſar
Ef þat *k*) myndi
l) Avgrs vita.

II.

Valde erat Deo conſenti (averruncо)
Moleſtus ſomniculus;
Felicitates in ſomno
Evanuiſſe vitae.
Conſuluere 4) *gigantes*
Vaticinia futuri praeſcia,
An iſta res
Terrorem portenderet?

III.

5) Frettir ſavgdo,
At feigr væri

III.

5) *Vaticinia (Oracula) denunciabant,*
Properae morti eſſe devotum

f) Quatuor ſequentes Verſus deſiderantur in U. nullo tamen ibi exſtante lacunae veſtigio.

g) Hropti, *Odino*. E. vix recte.

h) *hverfar*. E. G. *averſae*, vel *inſtabiles*, ut vertunt Interpres Danus et *G. Pauli*.

i) Ita omnes Libri. G. in margine habet gloſſam: Voro iötnar adſpurdir um forlög hans ok ſögdu þeir hann feigan vera i. e. *Interrogati ſunt gigantes de fatis ipſius, dixeruntque ei mortem inſtare*. quae Gloſſa flagitaret in Textu legi, *jötna* ſive in Accuſandi caſu, ut ſubſequens Stropha ſit Epexegeſis, ſive in Gigneudi, ut *jötna ſpár* ſint *oracula gigantea*, et τὸ *Spvrdv* de Diis intelligatur. *k*) Ita E. G. P. *mundi*. S.

l) ángurs, *angorem*, *moleſtiam*, *calamitatem*. Al. in E. commode ſatis, et magis perſpicue.

---

3) *Hapt* etiam appellatur *Lokius* in *Völoſpa*. Vers. xxxviii. tanquam *Deus* conſideratus. Interpres Danus vertit: Beſværlig og etc. quod vix puto ex Textu ſequi.

4) Hoc fecerunt, vel rogatu Aſorum, vel propria inducti ſolicitudine de ſalute Ballderi; nam Ballderum gigantibus etiam in amore fuiſſe, colligere licet ex eo, quod una cum *Gelu-torridis* frequentes ejus exſequiis interfuerunt, *Edd. Snorr.* Fab. xliii. Interpres Danus nimis anguſte vertit Stroph. ſeq. *Spár framvíſar*, per viſe Koner, cum etiam viri ſagaces inter gigantes fuerint, ut vel ex Vafthrudne conſtat, et aliis, qui *Hundvíſir* apellati ſunt; praeterea *Spá*, pro *Spá-Kona* praeciſe nuſquam legitur.

5) Vocem *Frettir*, in Gloſſario ſuo recte expoſitam, retinuit in Verſione Interpres Danus, non tanquam nomen proprium, quod argutantur *Auctores Diarii Literarii*, ſed, credo, ne Latino *Oraculorum* vocabulo praeter neceſſitatem uteretur; melius poſuiſſet *Fritter* vel *Frittene*, cum at frittr, in ſenſu *quaerendi*, adhuc habeat Ser-

mio

m) ULLAR *n*) ſæfi *o*)
Einna þeckaztr;
Feck þat ángrs *p*)
FRIGG ok SVAFNI,
o) Ravgnom avdrom;
Rád ſer feſto.

o) ULLERI *adfectum*
Unice gratiſſimum (ſuaviſſimum);
p) *Id attulit angorem*
FRIGGAE *et* SVAFNERI
Numinibus (que) ceteris;
Conſilium (ergo) ſibi firmum capeſſebant.

IV.

m) Alldar, *generis humani*, cujus delicium erat *Baldderus*. conjic. *G. Pauli*, praeter neceſſitatem.

n) *ſefi*, idem, per notam permutationem *f* et *s* P. G. *Gunnari Pauli* non ſatis patet, quomodo aut qua ratione Baldderus dicatur Olleri *Sefi*, quod ait notare poſſe *amicum* vel *cognatum*, niſi quatenus ſpectari poſſit communis Deorum concordia. conjicit igitur *Seſſi* (*conſeſſor*), a conſeſſu in judiciis et conviviis, quamquam de eo nihil haberi meminerit. ſed facile aremus iſta conjectura.

o) Sic E G. P. Raungom ordom. S. i. e. *pravis verbis.* perperam.

---

mo Danicus. *Frett*, varius *Frettir*, in antiquis monumentis ſpeciatim notat *Reſponſum divinum* ſ. *oraculum*, ut *Landn.* b. p. 229. Ed. Hafn. et apud *Snorrium* Hiſt. Norv. T. 1. p. 219. Ed. Hafn. unde adeo *Spár* praeced. Vers. de *oraculis Numinum giganteorum* capi poſſent, de quibus tamen nihil mihi conſtat.

Ullr (*Ullerus*) non *Ullar*, ut apud Danum Interpretum, fuit privignus Thori ex Sivia, *Edd. Snorr.* Fab. xxvi. Deceptus ergo eſt Interpres Danus, qui *Ullerum* facit Auctorem generis Deorum, et falſi ſunt Cenſores ejus, qui Olleri nomen ajunt plane unum eſſe ex cognominibus Odini: iſta adeo relinquo ſuis auctoribus. Baldderus autem hic vocatur *Ullar ſæfi* vel *ſefi*, *Olleri animus*, ob praedictum adfinitatis vinculum. Ita etiam apud Latinos *Adfectus* et *Caritates* adpellantur alicujus cognati et neceſſarii proximi; tralatitium quoque eſt in eadem lingua *Amor* et *Cura*, pro eo, qui amatur et curae eſt cui. Potuit ſane, praeter neceſſitudinem, *Ullerum* et *Balderum* intercedere ſingularis amicitia. Praeterire non libet, quod *Sefi* cognatum notat in *Helga Quida Hundingsbana* IIda; quae notio minus huc quadrat, niſi dicamus *Siviam* fuiſſe Odino aut Friggae cognatam, quae conjectura nihil in ſe habet abſurdi, cum praeſertim *Siviae* genus ignotum ſit. Confer denique *J. Olavium* in Gloſſ. Diatrib. voce *Sifi*.

Sortig greb da, reddit Interpres Danus quod in ſenſu quidem eodem redit, verum minus convenit Grammaticae noſtrae, dum *Angrs* fecit Nominativum, et ita facere eum coegit verbum *Feck* in *capiendi* notione ſumtum. Commode potuerat reddere, Det forvoldte Anger, et ſic ſervaſſet Adliterationem; ſed dicet quis mihi hanc in Danica poëſi eſſe vitioſam, dicet, inquam, non probabit. Similiter porro illi evenit Stroph. 7. et 8. ubi Nominativos ex Dativis faciendo, Odinum et Friggam conſilio capiendo excluſit. In hoc Hemiſtichio et Stropha prima Vers. ſequentis *G. Pauli* obſervat Aſyndeton geminum, nec non Stropharum (mihi *Verſuum*) cohaerentium, ſive τελεια ζιγμη non inter ſtinctarum exemplum. Poſterius bene habet, ſed non video niſi unum Aſyndeton, nempe in hac 7ma Stropha; nam ſi Aſyndeton habendum eſt, quod copula *ok* deeſt initio Strophae ſequentis, talibus plena eſt *Edda* noſtra.

IV.

Ut ſkylldi ſenda,
Allar *p*) vættir
Grida *q*) at beida,
Granda eſ BALLDRI:
Vann allz conar
Eid at *r*) vægia
*) FRIGG tók allar
Feſtar ok ſæri.

IV.

Amandandum eſſe legationem,
Omnes naturas
Pacem oratum,
BALLDERUM *ne violarent;*
Dedit omne genus jusjurandum,
Ab noxis temperandi;
FRIGGA *exegit omnes*
Stipulationes et juramenta.

V.

VALFAUÞR vggir
8) Van ſe tekit;
9) Hamingior ætlar
Horfnar *s*) mundo;
t) Æsi kallar,
u) Afráþs 10) krefr,

V.

CAESORUM PATER *ſuſpicatur*
8) *Defectu laborare exactionem;*
9) *Felicitates putat*
Disparuiſſe (abfuiſſe)
Asos *convocat,*
10) *Sententiam decretoriam poſtulat:*

p) *Vættur.* E. G. ſuſpecte.

q) Vocula *At* caret S. quando τὸ *Beida* refertur ad praeced. *ſkylldi*, et exponitur per *orandum.*

r) *Vinna.* S. quem ſequutus eſt Interpres Danus. *Vann at vinna* dictum eſt, pro *Vann praeſtitit*, ſimplici: et notanda ſane non protrita circumlocutio verbi per ſe ipſum.

*) *Frygg*, hic et ſupra ſcribit *G. Pauli*, contra uſum Veterum, et, ut credo, veram etymologiam. *s*) G. et Al. in E. *muno* S. *mynda.* vitioſe. *t*) *Eſi.* G.

u) af ráds, *ex iis conſilium* etc. G. fortaſſe rectius; nam altera Lectio, ſenſu quo eam cepimus, inſolens fere eſt, neque verbulum de ea fecit *G. Pauli*, niſi quidem in alio ſignificatu, hinc alieno, nempe qvo notat, (ut ille dixit) *damnum non mediocre per eandem, ultionem potiſſimum, illatum.* Quod ſane non erat hujus loci.

---

8) Aut omnia entia ad jusjurandum non fuiſſe adacta, aut aliquid in promiſſis eſſe praetermiſſum, aut jurisjurandi formulam minus diligenter et ſevere fuiſſe conceptam.

9) Forſitan *Felicitates* hic ſint perſonatim intelligendae de Parcis, quaſi iſtae non adfuerint cum ſponſio caperetur. *Tutelas* vertit *G. Pauli*, in novo hujus Odae commentario.

10) Poſſumus et ſermoni convenienter vertere *Afráð Sententiam ſalutarem* ſ. *rationem mali avertendi*

Málſtefnv *x*) at
Mart *y*) of rædiz 11).

In concilio
11) *Varie differitur.*

VI.

Upp ræis Odinn
Allda gavtr 12),
Ok han á Slæipni
Savdvl vm lagdi;
Ræid *z*) han nidr þadan
Niflhæliar 13) til;
Mætti han hvælpi
(þ) þeim ær or hæliv kom.

VI.

Surrexit Odinus
12) *Gentium conſervator,*
Atque ille in Slæipnekem
Sellam quidem impoſuit:
Devectus eſt illinc
13) *Nebuloſum ad infernum:*
Obvium habuit catulum
Qui ex orco veniebat.

VII.

æ) Seá var *a*) blódvgr 14)
Um brióſt framan,

VII.

Is erat ſanguinolentus 14)
In pectore adverſo,

*) Kiapt

x) *at*, male abeſt in S.
y) Ita diviſim edidi, cum Libri obtruderent *Ofrædiz* conjunctim, quod vitioſum cenſeo.
z) *Han*, omitt. S. E. G. Sermonis et rhythmi ſuavitatem non ſervientes.
(þ) Hac vocula Strophain praeced. claudit S. *æ*) *Sá*, U. G. non ita ſignificanter hoc loco.
a) *blodigr* Omnes, praeter U.

11) Id videtur innuere: multa quidem fuiſſe in medium conſulta, ad malum avertendum, ſed nihil omnium adprobaſſe Odinum, praeterquam *Iter ad inferos.*

12) *Virorum ſummus*, et Storſt af alle, quomodo verterunt *A. Magnæus* apud Bartholinum pag. 633. et ejus fide Interpres Danus, a ſenſu et origine vocis *Gautr* plane abhorrent. *G. Pauli.* mecum ſentit.

13) *Niflheim*, vertit Interpres Danus; cum quo facit quidem *Edda Snorr.* Fab. xxviii. Sed ſciendum, Eddam in hac re ſibi ipſi non conſtare, nam Fabula iii. pro diverſis locis habet *Helam* et *Niflheimum*, quod ego verius puto. *Nifl* notionem habet *nebulae, umbrae*, l. *nigredinis*, unde adeo forſan *Gunnarr* et *Högnius*, Giukiadae, dicti ſunt *Niflungi*, a fuſco colore faciei: quamquam aliter tradit *Farrago genealog. Reg.* ad calc. Ol. f. pag. 334. videtur etiam *Nifl* de *Umbris defunctorum* uſurpari, in Carmine *Gróv-galdr.*

14) *Seneca*, in *Hercule Furente*, vers. 785. de *Cerbero:*

ſordidum tabo caput.

Lucanus Lib. vi. 702.

Janitor et ſedis laxae, qui viſcera ſaevo
Spargis noſtra cani.

*) Kiapt *b*) vígfrekan,
15) Ok kiálka nedan:
Gó han á móti
Ok geín ſtórvm
c) Galldrs födr;
d) Gól vm længi.

Rictu mordendi avido,
15) *Et maxillis inferius:*
Adlatrabat ille
Et hiabat multum
Carminum patri;
Baubatus eſt diu.

VIII.

Framm ræid ODINN,
Folldvægr dvndi,
e) Han kom at *f*) háfv 16)
HÆLIAR ranni:
Þá ræid *g*) YGGR
Fyrí avſtan dyrr
h) Þar ær han viſſi
Völv 17) læidi.

VIII.

Provectus eſt ODINUS;
Terra ſubtus tremuit (intonuit).
Pervenit ille ad 16) *altam*
HELAE *domum:*
Tum equitabat YGGUS
Ab oriente oſtio
Ubi eſſe novit
Sagae 17) *tumulum.*

IX.

*) Hanc et tres ſequentes Strophas omitt. U. cujus omiſſiones, tam frequentes in una hac Oda; cum in aliis ſatis ſit accuratus, mirae poſſunt videri.
b) víþ l. víþ *frekan*, *feroculo. vaſte diducto.* S.
c) Ok, inſer. U. deinde *Gaulldrs* legunt omnes Rell. improbe..
d) *gólv*, in plurali, tanquam Canis iſte, ut *Cerberus*, multiceps fuerit. U.
e) Unz Kom, *donec* etc. E. G. S. et *A. Magnæus τῷ han* male omiſſo.
f) *háfom*, in gen. maſc. S. et Al. in E. vitioſe. *g*) Oþinn. U.
h) Þángat *ſem*, memini videre alicubi, rhythmo ſvaviore.

15) Hanc Strophan in Verſione ſua omiſit Interpres Danus. Neque etiam ſcio, cur ille ſequentem Strophan verterit: Han ſtod mod ham,

16) *Aula ejus* (Helae) *eſt incredibilis altitudinis. Edd. Snorr.* Fab. XXVIII.

17) Iterum in inferno mori impios, antequam in locum ſupplicii *Niſlheim* (*Tartarum*) transferrentur, teſtari videntur *Waſþr. m.* Vers. XLIII. collato cum *Edda Snorr.* Fab. III. Sed de ſepultura apud inferos nusquam, credo, alibi lectum eſt; videtur autem per iſtam notari *Status quidam* interinedius inter *Orcum* (Helju) et *Tartarum*. || Neceſſarium videtur ſtatuere hujus (ſubterranei, credo) incolam olim exitiſſe hanc fatidicam. *G. Pauli.*

IX.

Nam han *i*) vitvgri
18) Valgalldr kveda,
k) Leit í nordr 19),
Lagdi á ſtafi,
l) Fræþi tók þylia 20),
Fretta beiddi,
m) Unz naudig ræis
n) Náſs ord *o*) vm kvad.

IX.

Incoepit ſagaci
18) *Ferale carmen canere,*
Spectavit 19) *boream verſus,*
Impoſuit literas (*magicas*),
20) *Docta praecepta coepit profari,*
Oracula popoſcit:
Donec invita ſurgeret,
Ac mortuales voces eloqueretur.

X. VÖLVAN QVAD

Hvat ær *p*) manna þát
Mer ókunnra,
Er mer hæfir avkit
q) Ærfit ſinni?
Var ec *r*) ſnivin ſniófi,
Ok ſlægin rægni,
Ok drifin davggv:
Daud var æk længi.

X. *VÖLVA CECINIT.*

Quid eſt hominum iſtuc
Mihi ignotorum
Quod mihi creavit
Solicitas mentes?
Eram nivata nive,
Et icta nimbo,
Et ſparſa pluvia.
Mortua eram diu.

XI.

i) *Vitvgri.* U. quod non temere damnandum, propter *Vitta vettur* apud *Snorrium* T. 1. p. 20. Ed Hafn. *k*) Iterum hae IV. ſtrophae deſunt in U.

l) *fræþr.* S. ſuſpecte. *m*) *unſt.* G. *n*) *Nás.* U.

o) queda, *eloqui.* S. et Al. in E. *Of*, pro *um.* E. et *A. Magnæus.*

p) Þat manna. *A. Magnæus.* *q*) Ita U. *Erfitt* in ſingulari. Rell.

r) *G. Pauli* praefert *ſnivvin*, quod et viſitur in Marg. S. et Al. in E. Sed in Textu S. eſt *ſvinn*, contra poëſin, et nullo commodo ſenſu.

---

18) Carmen necromanticum, quali uſae *Skulld* et *Hilldur. G. Pauli.*

19) Vel quod *Niſlheimus* in ea parte ſitus eſſet, vel quod dirae quaedam potoſtates, in talibus carminibus invocari ſolitae, ibi habitare crederentur.

20) i. e. Formulas ad larvarum evocationem compoſitas.

XI. (VEGTAMR QVAD).

Vegtamr ec hæiti,
s) Sonr æm æk, Valtams.
Sægdv mer or hæliv 21)
Æc man or hæimi,
22) Hvæim erv bekkir
23) Baugvm *t*) ſtráðir
Flæt fagrlig
u) Flóþ i gvlli.

XII. (VÖLVAN QVAD.)

Hær ſtendr Balldri
Of brvgginn 24) miöðr
x) ſkírar væigar
Liggr ſkiolldr yfir.
Ænn Ásmægir
J *y*) ofvæni

(XI. *VEGTAMUS CECINIT.*)

Vegtamus *appellor;*
Filius ſum Stragium promti:
Narra mihi ex orco 21)*:*
Narrabo e mundo:
22) *Cui ſunt ſcamna*
23) *Annulis ſtrata,*
Lecti fulgentes
Inundati auro?

XII. *VÖLVA CECINIT.*

Hic exſtat Balldero
Temperatus 24) *medus,*
Liquidum nectar,
Jacet clypeus ſuper.
At Asorùm filii
In deſperatione (*ſunt*).

s) *Valtams em (er) ek ſon.* Omnes Rell.

t) ſáðir, *conſiti*, obſiti, *ſparſi*, U. G. quod neque eſt improbandum.

u) Ambigi poteſt, *Flód*, an *flódir* (ad *bekkir* referendum) ſit in U. ſed vocula *i* inde abeſt.

x) *ſkyrar* S. ſuſpecte.

y) Sic U. unice recte, arbitror. Ofveini, ofvæini, *nimio ploratu. A. Magnæus*, et G. *Ofvæginn*, *Ofveiginn*, *Ofvæinn*, *ofveinn.* S. E. et Al. in E. corrupte omnes.

---

21) Credit eam ſcire, quid rerum in orco geratur, quamquam jam diu mortuam; ob arcanum ſcilicet inter ſpiritus commercium.

22) Callide, tanquam certum ponit id, quod certum nondum ſcit, ad facilius eliciendum ex Völva reſponſum. Et ſenſus eſt: *In cujus illuſtris viri adventum tam ſplendidus ſit apparatus.*

23) *Baugum* modo pro *auro*, et aut *inaurata* intelligi poſſunt, aut melius, *auro intextis pulvinaribus ſtrata*; quod et ſuo modo valet de Strophâ 8. ubi *Ornati* minus ſignificanter verterunt *A. Magnæus* et Danus Interpres; *G. Pauli* vertit *inundata*, forſan per *Flæt*, *domicilia* aut *tœnacula* intelligens; et iſtud Metaphoram vocat pulcherrimam.

24) Et quidem *Crateri* (*Skapkeri*) jam infuſus; nam alias non procedit, quod de *Clypeo* ſubjicit.

25) Navdvg ſagdak
Nv man æk þægia.

25) *Invita dixi:*
Nunc (adeo) ſilebo.

XIII. (VEGTAMR QVAD.)

2) Þægiattv völva,
Þik vil ec fregna,
Unz (þ) alkvnna;
Vil ec ænn vita:
Hverr man BALLDRI
At bana verda
Ok ODINS ſon
Alldri 26) ræna?

XIII. (*VEGTAMUS CECINIT.*)

Ne ſileas, ſaga!
Te cupio percontari,
Donec rem omnem noſcam.
Volo porro (etiam) ſcire:
Quisnam BALLDERO
Necem inferet?
Atque ODINI *filium*
Aetate 26) *ſpoliabit?*

XIV. (VÖLVAN QVAD.)

HAVDR 27) berr æ) hafan

XIV. (*VÖLVA CECINIT.*)

Hödus 27) *portat celſum.*

Hródr

2) *Þegat þú.* G. *Þegeat þú (Þegiat)* S. *Ar Magnæus.* Deinde, *vala* Iidem et E.

(þ) Ita U. rara voculae *al* ad verbum agglutinatione. *Allt kunnak* E. G. et *A. Magnæus. Kunnac allt.* S.

æ) *Hæfan habilem*, (de Surculo quo percuſſus Ballderus); item *hæfinn* jaculandi certus, (de *Hödo).* conjic. *G. Pauli.* vide Var. ſeq.

---

25) Propterea quod quies ejus erat turbata; vel *Invita* ideo quod Helam reformidaret; ne puniret ſeſe, ob revelata homini vivo arcana infernalia.

26) Bene utitur verbo *ræna*, cum ſermo ſit de *Juvene*, *Dei filio*, *Deo*, et cui incolumitatem juraverant omnes naturae. Neque hae duae Strophae continent inanem palilogiam, ſed ponderoſius eandem rem exprimunt.

27) Sentio hic cum Dano Interprete; nam contorta nimium eſt Verſio *A. Magnæi*, et vix cum genio linguae conciliatur. *Barmr*, pro *Barmi*, *frater*, quamquam inſolens, tamen ab analogia defenditur, nam ſic formantur *Heimi* et *Heimr* Tectum, coelum, *Geimi* et *Geimr* niare. Non celabo interim ſenſum eſſe poſſe *Hödus gerit excelſum, glorioſum, pectus ad id negotium* ſc. Ballderi necem: Sed nimirum jure ambigitur de hoc τῷ *Barmr* acceptione in Lingua noſtra vetere, licet uſitata ſit in ejus traduce, Lingua Danica, poëtica ſaltem.

Hródr *a*) barm 28) *b*) þinnig.
Han man BALLDRI
At bana verda,
Ok ODINS son
Alldri ræna.
Navdvg l.
Nú m. þegia.

Inclytum, fratrem 28) *ſtuc:*
Ille BALLDERO
Percuſſor exiſtet (eveniet),
Atque ODINI *filium*
Ætate ſpoliabit.
Invita d.
N. ſilebo.

xv. (VEGTAMR QVAD.)

Þægiattv völva *etc.*
Hverr 29) man *c*) hæipt *d*) HÆDI
e) Hæfnt *f*) of vinna?

xv. (*VEGTAMUS CECINIT.*)

Ne ſileas, ſaga! etc.
Quis 29) *irae atrocis in* HÖDO
Ultionem perficiet?

) *G Pauli* ſic: "*Hróþur barm.* Male, ut puto, legendumque potius *badm*, arborem arbuſculam, ſc. *Miſtiltein*. Sed quomodo *hávan*, *excelſum*, cum tenellus eſſet ſurculus? Reſpondeo: Tenellus quidem erat, celſitudinis tamen ſive proceritatis alicujus, certe tantae, ut haſtae miſſilis uſum praeſtaret. Sed et quomodo infelix haec arbuſcula *Hróþr-badmr*, ſ. *laudabilis?* Hic vel *Hróþr* non *laudem* ſignificat, ſed *opprobrium*, ut *Arborem famoſam* interpretari liceat, quemadmodum utroque modo *Famoſus*, *facinus* etc. in lingua Latina ſumuntur. vel legendum *Hroþbadm*, de ſurculum veſtatorem." || Conjectura *Badm* ſane probabilis eſt, et commodior Textu; ab eo tamen diſcedere non eſt viſum, dum ſenſum ſuppeditat, haud plane abſurdum. Cete is conjecturis *Hrod*, et *Hafan*, *Hafinn* Var. praec. d. nihil erat opus. *b*) *þinig* U. inſolenti ſcriptione.

c) Havdi heiptir giallda, *Hödo iras* (maleficia) *rependet?* S. Hödi heipt (hefnd) of vinna, *Atrox odium (vindictam) in Hödum exercebit?* P. et Al. in E Lectionem in Textu expreſſam tuentur, praeter U. E. et *A. Magnæum*, etiam duo Exemplaria apud *G. Pauli*, et ipſe adprobat. *d*) Sic U. Alii *Havdi*, *Hödi.*

e) *Hefnd*, idem. S. in Marg. et *G. Pauli* ex conjectura, qui male exponit: *Quaenam iram ultionem Hödo inferet?* vel, *Quaenam ultio iram in Hödum exercebit?* || *beipt* repetit G. non male. *Quis iram pro ira in Höd. exercebit?*

f) *ofvinna*, male. *A. Magnæus. inna* pro *vinna*, i. e. *quis iram (maleficium) Hödo ultor rependet?* praefert *G. Pauli*, ex ſua conjectura.

---

28) Sc. ad aulam Helae, quam geſtu oſtendit. Quodſi verbum *Berr* accipimus *ferit*, *verberat*, licet in negotio jaculandi vix putem id uſurpari; TÒ *þinnig* valebit *ita*, *ad eum modum*, *eo uſque*, ſc. ad necem.

29) Ordo verborum eſt: Hverr man vinna Havdi hefnt of heipt, et intelligitur hic *ira Hödi* in Balderi nece exſerta, non autem *ira ultoris*, quod *G. Pauli* vult; ſic enim ille vertit: *Quis odium*

Æda Balldrs bana
Á bál 30) vægâ?

Aut Ballderi *percussorem*
In pyram 30) *tollet?*

XVI. (VÖLVAN QVAD.)

Rindr berr *g*) ſon
I *h*) Væſtr 32) ſölvm,

XVI. (*VÖLVA CECINIT.*)

Rinda *parit filium*
31) *In occidentalibus domiciliis;*

Sá

g) *ſon*, deeſt in U. haud inſcita Ellipſi: Et ſic Str. 3. ad *tò ſâ*, extrinſecus ex Zeugmate ſuperioris *berr*, ſupplendum erit, *burdr* l. *burr*, *fœtus*, *partus*, *proles*.

h) *Veſt ſavlvm*. G. Vetr ſalom, *hybernis palatiis*, olim alicubi legere memini.

---

odinm in Hödum ulciſcendo l. ultionem exercebit? ait autem *tò Hefnt* hic ſatis commode eſſe adverbium, a verbo, *ek befni*, quam commoditatem fatedr me non perſpicere.

30) Ita fere Danus Interpres, melius, mea ſententia, quam *A. Magnæus*, qui exprimere volens utrumque ſenſum verbi *at vega*, reddit: *Occidendo*, *rogo adaptet*. Eſt autem hic, ut et xvi. 7. et ſupra xiv. 1. in verbo *berr*, Conſequens pro Antecedente, et Occiſori tribuitur, quod quidem actu ipſe non facit, ſed cauſa tamen eſt, ut fiat.

31) *Rindur*, Princeps Ruſſica, *J veſtr ſavlvm* occidentem verſus, loquentis, an *Aſarum* domicili reſpectu. *G. Pauli*, *in priore commentario*. *J veſtr ſanlom*. Hoc aſſertum, ſive hanc loci ac regionis deſignationem, cum iis, quae de Byzantio vel Ruſſia, Odino et Rinda, parum Eddice tradit Saxo, et ex eo Perill. *Suhmius* Tom. III. non poſſe convenire, quilibet facile animadvertet; atque hinc apud priores Aſas in Aſia accidiſſe oportere. Recentioribus igitur illis omiſſis (ad priſca forte accommodatis), Eddica haec Eddice omnino intelligenda ſunt et interpretanda. *Rindur berr ſon*, haud dubie *ſolis* filia, jam tum nata, de qua *Veſþrudner*: *Eina dóttur berr Alfrödull*, etc. Unde in *Hraſna-galldri* Sol dicitur *Rindar módir*. Ex hac igitur ſe digna concubina ſuſcepiſſe puto Odinum tanti vigoris filium, ut uninox Hödum interficeret, fratremque Balderum ulciſceretur, ut hic dicitur. Nomen illi *Alí* et *Váli*, *Edd. Fab.* 26. et hinc in periphraſibus poëticis *Hödr Vala dólgr* (*Valii adverſarius*) dictus. Valkyrias inter Eddicas appellatur *Hrynd*, an ipſa noſtra haec *Rind* (Atqui *Rindur* dicitur non *Rind*, unde haec conjectura mihi non ſit probabilis *G. M.*) et poëtarum *Hrvnd*, non dixerim. Certe tales extra Valhallam plures extiterunt, nec omnes neceſſario coelibes. vid. *Suhm.* Tom. III. 285. *J veſtr ſavlom*. Non abludere a vero (mythologice) mihi videtur, hanc filiam aliquando ex ſole, occidentalem oceanum propius petente, fratrem Odini *Ve* ſuſcepiſſe (et quidni tantam pulchritudinem appeteret) ibi ſcilicet habitantem regnantemque; ab ejus nomine Mare dictum *Ver*, et Occidentalem regionem *Veſtr*, o: *Ves dur*: ibi virginem (Rindam) apud patrem manere, donec poſt *Ragna röckr* matris vicem ſit obitura. Haec ultima orbis terrarum pars ac regio vere dici merebatur *Veſtr*

ſalir,

Sá man 32) Odins ſon
Æin-nættr væga;

Hönd vm *i*) þværa 33),
Næ höfvd kæmbir,
k) Ádr á bál vm berr[mab]
Balldrs andſkota.
Navdvg *etc.*

Is 32) Odini *filium* (Hödum)
Uni-nox (*unam noctem natus*) *interficiet:*

33) *Manum* (*ille*) *non lavat,*
Neque caput comit,
Ante quam in rogum effert
Ballderi *adverſarium.*
Invita etc.

XVII. (VEGTAMR QVAD.)
Þegiattu v. *etc.*
l) Hveriar ro 34) mæyiar

XVII. (*VEGTAMUS CECINIT.*)
Ne ſile etc.
34) *Quaenam ſunt virgines,*

i) Þuera, *idem*, nimium ambigue. E. S. Þvær, eodem ſenſu; omiſſa priori negatione, non ſine exemplo. U. *k*) *Adir.* E. S. barbare. *l*) *Hveriarro* Þær *m.*

ſalir, quam, a *Vala* ſive fatidica hic ſubmonitum, oportet Odinum inviſiſſe etc. Et hinc forte eſt, quod nil amplius quæreret, aut juramenta exigeret, quod propoſitum erat, ſed prae gaudio exſultans (ſit venia verbo) Deus ſalaciſſimus, et Fatidicæ miſellae inſultans, et ſe quodammodo prodens, unam tantum aliusque generis quaeſtionem proponeret, cetera fatis committens inevitabilibus. *G. Pauli, in Commentario poſteriore.*

32) *A. Magnæus* et *Interpres Danus* vertunt, *Odini filius — armis utetur*, i. e. dimicabit. Han ſkal fegte; verbo *at vega* ſumto abſolute. Quam verſionem neque ego reprobaverim.

33) *Havnd vm* Þværa. Vix id quidem tempore permittente, certe non requirente. Interim tamen huic rei ſimile eſt votum Haralldi pulchricomi; quemadmodum et in *Helga Qu.* (*Hvndingsbana* I. VI. 1.) Strendr i bryniv bvrr Sigmyndar dægrs eins gamall (*Stat in lorica filius Sigmundi, unam diem* aut *noctem* (12 horas) *natus. G. Pauli.*

34) *Hveriar ro meyiar* etc? Hic obtento itineris fine, non ſimplicem quaeſtionem proponit Odinus, ſed aenigma, quo, quis ipſe ſit ſciens volensque quodammodo pateſacit; quod non explicat *Vala*, directe reſpondens, ſed ipſum callidiratis arguit, quod ſe alium, quam revera erat, dixiſſet. Sunt autem haud dubie, de quibus hic quaeritur, *virgines, Maris undæ*, Ægeri et Ranae filiae: *Lacrymantur* autem illae, cum tenuem imbrem ſ. pſecadem in ſummo emittunt, radente ſimul vento. *G. Pauli.* conf. ejus notam ſequ. Viſum autem eſt mihi retinere interpretationem Viri Doctiſſimi, quam tanto molimine tantoque eruditionis apparatu adſtruere

m) Ær at himni grâta,
Ok á n) himin verpa
35) Hálfa ſkautvm?

Quae pro lubitu lacrymantur,
35) *Et in coelum jaciunt*
Cervicum pepla?

o) Seg

m) Erat mano eté, *quae non lacrymabunt*. S. rectiſſime forſan; vide me in Nota 34.
n) *Himni*, in ablativo caſu. Al. in E. figurate, ſenſu eodem.

conatus eſt; praeſertim eum Ille ſibi conſentientem habet *Theodorum Thorotti*, popularem noſtrum, hominem haud mediocriter doctum Linguae noſtrae veteris atque antiquitatum. Sed fatendum eſt Interpretationem hanc laborare, in ſenſu et adplicatione commoda vocis *Hálfa ſkaut.* praeterea valde improbabile eſt Odinum jocari aut argutari in tam ſerio negotio: Ego credideram animo ejus jam ſubire umbram quandam praeſenſionis, de mulſere illa, quae Balldero, per fletum ab Hela repetendo, ſola ſuarum denegavit lacrymarum officium. Verteram autem ſic: *Quaenam ſunt feminae, quae, non ſint lacrymaturae, et in coelum cervicum* (caput) *pepla imponent?* Quod *Himinn*, prima ſua et propria notione, ſignificet *Tegmen*, *integumentum*, recte ſtatuit Gr. *Thorkelinus* in Indice *Vaſþr. m.* et ego amplius conabor evincere, in Gloſſario; *Caput* autem ſuperne integit *collum*, atque adeo ejus *Tegmen* (*Hálfa himinn*) ſatis plauſibiliter dicitur. Videntur porro mulieres Septentrionis antiqui, quemadmodum Graecae et Romanae, in luctu fuiſſe nudo capite, et paſſis capillis, quod exemplo *Hildigunnae* in *Niálſaga* firmatur; contra autem, in feſtivis ſolennitatibus, lino capita redimiebant, ut teſtatur *Laxdæla*, de ultimis nuptiis *Gudrunae O-ſviviadis*, et *Eyrbyggia*, de *Thordiſa Styriade*, quae, die ſimulatarum cum Berſerko nuptiarum, cum ſublimi calyptra inceſſit. Eſt igitur ſenſus in verbis Odini: *Quaenam mulieres adeo non lugebunt in funere Balderi, ut etiam, quaſi in feſtivitate quadam, apicibus lineis capita ſint exornaturae, vel exſtructurae.* Haec ſententia etiam placebat collegae meo *J. Jonaeo*: In ceteris quidem nobiscum conſentiebat homo eruditus et acutus, popularis noſter *J. Giſlavi*, ſed numero tamen multitudinis *Meyiar*, inductus, *Valkyrias* intelligendas cenſebat, quarum ingenium eſt, potius caedibus hominum laetari, quam contriſtari. Sed enim ita ut prius, quaeſtio haec rediret ad inanem argutiolam a circumſtantiis alienam. Quod autem ſi Völva, verum reſpondiſſet ad quaeſtionem, quo ſenſu eam accepi, magna res ab Odino effecta erat, et haud dubie proviſum, ut Balderus ab Hela poſſet revocari.

35) I. e. coelum verſus, in ſublime. Hinc una earum *Himinglæva*, *coelo tenus fulgens*, *coelum verſus micans*. *Hálfa ſkaut. Skaut*, peplum calantica, unde harum una *Blódughadda* (i. e. *Sanguineam comam habens*. unde ea parum apte huc trahitur. *G. M.*) Et in *Get-ſpeki*: *Hadda bleika hafa þær enar hvitfaxlduðo* (*Comas pallidas gerunt illae albis apicibus redimitae.*) In ſummo autem jam ruinam minitans maxime albeſcit unda, idque in medio (*holſkeflandi*) ubi in *ſinus* ſe ſcindit *reductos* (ut ait *Virgilius*) *praeruptus aquae mons*: exteriora autem, minus aſſurgentia, dicuntur *Hálſar* (Hoc negant periti nautae, quorum unum et alterum conſului. *G. M.*)

o) Seg þú þat eina
Sefrattu 36) fyrri.

Dic illud unum:
Non 36) *dormis prius.*

XVIII. (VÖLVAN QVAD.)

Ærtattv VÆGTAMR
Sæm æk p) ádr hvgdac,
37) Hælldr ærtv ODINN
Allda gautr.

XVIII. (*VÖLVA CECINIT.*)

Non es VEGTAMUS,
Ut ante credebam;
37) *Verum tu es* ODINUS
Gentium cuſtos.

(VEG-

o) Hae duae Strophae male abſunt in U.

p) *hvgda*, excluſo *ádr*. U. poëſi invita.

M.) quod et gubernatores obſervant, og *hálfa bárvna*, dum ſummitate ejus vitata, per declivia ac depreſſiora navem dirigunt. (Sunt tamen, qui dicant, *ad hálfa bárv*, ſignificare, *puram navis* (quae *Háls* dicitur) *undae oblique oppone-re*. G. M.) Et *Skaut* quoque nobis *finus* eſt, et ſinum attollit unda. *Hálfa ſkaut*. Nihil cum peplo (capitis) collo muliebri, aut viceverſa. Sed quemadmodum linteum ſuum quadrilaterum in formam triangularem complicant mulieres, et hinc capiti circumdant, inque altum extendunt; ſic quodam modo ſe habent undarum cum medio praedictae extremitates; et medium lintei (ſ. medius angulus) eſt quod in altum aſſurgit. *Skaut* tam *ſinum*, quam angulum (verum l. imaginarium) notat; unde *Himinſkaut* l. *Heims ſkaut*, cardo coeli, *Seghiſkauti* pes veli, unde *beggia ſkauta byr*, ventus ſecundus, in quibus utraque notio concurrit, ut extremum ſinus notetur. Sinuant autem mulieres et convolvunt ac complicant quadratas ſuas plagulas ſive lintea. *A himin*, altius attollentes. *Verpa*, ut in luctu,

Tum nymphae, paſſis fontesque lacusque Deſleve-re comis. Ovid. Met. 2. G. *Pauli.* Meam hebetudinem fateor; Nondum plane perſpicio quid hic ſint *Hálfaſkaut*, neque ſatis capio, quomodo cohaereat, cum *eadem altius attolli*, et *depreſſa eſſe* dicuntur. *Arnas Magnaeus* et *Interpres Danus* per *Meyiar* mihi videntur intellexiſſe *Mulieres Aſorum*, et per *Hálfa ſkaut*, *Strophia mu-lierum pectoralia*, quae illae in Luctu Balderi *coelum verſus*, *i. in ventos*, *abjecturae ſint*, nudis pectoribus inceſſurae, ut adeo quaerere voluerit Odinus, quibus mulieribus Aſorum maxime luc-tuoſa futura eſſet mors Balderi? Sed periculum eſt, ne adfingam Interpretibus id, quod nun-quam ſomniarunt.

36) Statum mortuorum, *ſomnum* vocat.

37) Concludit hoc ex ambiguitate quaeſtionis, aut etiam ex mentione *Mulierum non fleturarum*, quam rem neminem vivorum praeter Odinum praevidere potuiſſe exiſtimat.

(VEGTAMR QVAD.)

Ærtattu *q*) Völva 38)
Næ víſ kona,
Hælldr ærtv- þriggia
Þvrsa modir.

XIX. (VÖLVAN QVAD.)

Hæim ríd þú Odinn
Ok ver hródigr 39)
40) Sva *r*) komit manna

Mœirr aptr a vit.
s) Unz lavſs Loki 41)

(*VEGTAMUS CECINIT.*)

Non es Völva
Neque ſagax femina 38):
Verum tu es trium
Torridorum *mater.*

XIX. (*VÖLVA CECINIT.*)

Domum veharis, Odine!
Atque triumphes 39):
40) *Ita* (*tale*) *ne veniat genus viventium*

Porro (*me*) *reviſere*,
41) *Donec liber* Lokius

Lídr

q) *vala.* E. G. S. et *A. Magnæus.*

r) Ita U. *Komir* E. G. S. P. unde *G. Pauli* ſic interpretatur: *Ita homines iterum inviſes*, vel, *ut homines iterum inviſas*, *i ſque praeſto ſis (auxilio adſis).* qui ſenſus mihi minus congruere videtur cum ingenio gigantidis Diis hominibusque infeſto. || *Kemr. A. Magnæus*, reddens Strophain: *Nemo tali modo veniet*; quod reſpectu negationis, in Textu ejus excluſae, vix procedere arbitror: vide tamen ſupra var. L. g.

s) Sic E. et approbat *A. Magnæus*, et videre me memini in quodam Codice. Er *cum, quando.* Reliqui omnes. quod mihi nullo modo cum circumſtantiis videtur poſſe conciliari, niſi

38) Sc. quod neſcis reſpondere ad hanc quaeſtionem. Deinde *þriggia þvrſa módir*, pro *quavis muliere gigantea* poſita videtur, quae fortitudine magis, quam ſapientia pollebant. Poteſt tamen hic intelligi *certa quaedam Gigas*, trium filiorum parens, Odino quondam nota, ſed nunc primum recognita.

39) Sc. *de Succeſſu itineris.* et eſt Sarcaſmus ſ. ironica inſultatio calamitoſi, nam adeo hic nihil eſt, quod triumphet, ut etiam re deplorata reverti cogatur.

40) Deprecatur ſibi plures viventium viſitationes, ſaltem eorum, qui vi divinitatis ac magiae tantum poſſint, ut Odinus. Eſt tamen, ut imprecetur Odino, ne unquam ad ſuperos evadat, ſed erret in locis inferis uſque ad *Deorum crepuſculum*: tum vero *Sva* vim habet optandi, quamquam inſolentius.

41) Hoc vult dicere: *Tum enim neceſſario Deorum hominumque genus per interitum jungetur nobis mortuis, tumque magis congrua erit noſtra ſocietas.*

Lídr or böndvm
Ok ragna ravk 42)
Rivfændr koma.

Exit e vinculis,
Et 42) crepuſcula Diis
Pernicioſa veniunt.

I i

niſi forte hoc uno, (admiſſa Lectione *Komir* Str. 3): Ita venias *iterum homines (nos mortuos* ſc) viſere, *oracula a nobis petiturus*, aut *in noſtram ſocietatem ingreſſurus, tum demum* cum Lokius etc. i. e. Nunquam nos reviſas antea.

---

42) Multiplicem ſenſum ob ambiguitatem ſuam admittunt iſta, *ragna ravk riufendr*, ſed ordinem feci, *ravk*, *ragna riufendr*, auctoritatem ſequutus *Gunnaris Pauli*, qui vertebat: *Et venient crepuſcula, Deorum perditores;* haec adnotans: "Alibi: *Unz riufaz regin (uſquo dum numina diſſolvuntur* l. *diſperennt.)* Diverſum nempe genus (ſc. maſculinum *riufendr*, etſi *ravk* ſit gen. neutr.), quamquam nihil impedit, quin τὸ *riufendr* ſit omnis gen. admittit appoſitio: et *rök*, ut *rökkr*, tam plurale quam ſingulare eſt; *Hyndlv Liod* 1. 5. Nú *er rök rökra*" Hactenus ille. Tribueretur autem *Crepuſculis illis extremis*, interitus Deorum, per Metonymiam adjuncti. Quodſi ex plauſibili ſententia *Gr. Thorkelini*, Indice ad *Vaſþr. m.* per *ravk* intelligendus ſit *Occaſus*, *interitus*, erit ſenſus: *Occaſus Deorum perniciaſi, exitiales*, idque tam Diis ipſis, quam mundanae univerſitati. Video quid dici poſſit adverſus iſta: nempe *Ragna ravk* in ſenſu ſemper conjungi, atque pro uno *Termino complexo* (ut ajunt philoſophi) in *Eddis* uſurpari; quod qui magnopere contendunt, poſſunt interpretari: *Crepuſcula Deorum, diſſicientia (disturbantia, disrumpentia, deſtruentia) machinam hujus univerſi*, ut *Heims* aut *Veraldar* extrinſecus adſumatur: Haec fere videtur eſſe ſententia Interpretis Dani. Nos hactenus cepimus τὸ *riufendr*, in quo v. cujus nexu omnis cubat ambiguitas, partim in connexione cum *Ragna*, ut fuerit *ragna riufendr*, partim tamquam Epexegeſin aut Epithetum τῷ *ragna ravk*. Sed *A. Magnæus* aliam viam ingreſſus eſt, nam vertit: *ragna ravk riufendr*, *Deorum crepuſculum diſſolventes;* cepit igitur *riufendr* in eo nexu cum *ragna rauk*, qui eſt inter *Agentem* et *Patientem*. Sed non dixit, quinam ſint iſti *Diſſolventes*, neque quomodo *diſſolvant Crepuſculum*. Quinam autem ſint? niſi *Heroes Muſpelliani Surtus et ceteri*, qui in fine mundi Deos bello adorientur et delebunt, *Edd.* Fab. XLVIII.? Quomodo porro *Diſſolvent* l. *diſcutient crepuſculum?* quomodo? niſi vel eximio fulgore ſuo, quem valde praedicat *Edda*, vel ſplendore ignis, quo mundum concremat Surtus, eadem tradente; vel denique remote, tanquam mundi antiqui deſtructione, luci mundi novi, qui poſt *Ragna röckr* exoritur, (*Edd.* Fab. XLIX), occaſionem aut cauſam praebentes. *G. Pauli* verſionem *A. Magnæi* diſtinctius ſic expreſſit: *Qui Deorum crepuſculo finem imponent, advenient*, ſed ulteriorem illuſtrationem non adjecit, quam ego pro meo more et captu tentandam putabam. Denique mihi non viſum eſt diſſimulandum, ſed, hac

hac occaſione ferente, ſemel proponendum, per *Ragna ravk* ſemper intelligi poſſe *Divinas tenebras*, i. e. *ſummas, maximas, immanes*, per Hebraiſmum; ſic enim dicitur *Regin-haf*, *Vaſtus* oceanus *Regin-fiall*, *vaſtus mons*, et *Guds vedr* *Tempeſtas divina* ob inuſitate magna.

ALVIS·MAL.

Hujus Carminis praecipuum inſtitutum eſt, ſpecimen quoddam dare Synonymiarum, quarum copia lingua antiqua ſeptentrionalis omnes alias facile antecellit; iſtae autem Synonymiae à varietate gentium ortae eſſe probabiliter finguntur, pro Dialectis vero non ſunt habendae: Dialectus enim, ut notum eſt, conſtat in varietate ſcriptionis et elocutionis ejusdem vocis, profecta ex varietate populorum ejusdem gentis. Praeterea in hoc Carmine oſtenditur exemplum genuinae vocabulorum impoſitionis, nam pleraeque appellationes petitae ſunt ab rerum natura, effectu, aut ſcopo. Ceterum poëta, ne purum putum agat nomenclatorem, miro artificio rem hiſtoricè tractat; inducit nimirum, (vetene an ficte?) Nanum quendam ſubterraneum lucifugam, cui, ab ſplendido *Panſophi* nomine, et ab omnium novem mundorum perluſtratione, auctoritatem conciliat; hunc facit, inquam, haſce coram Thoro nomenclaturas recenſentem: narrat eum Asgardum veniſſe, ut filiam Thori, antea ſibi patre abſente deſponſam, domum ſuam in nuptias abduceret. Thorus quidem pactum iſtud irritum cenſuit, ſpem tamen fecit nano potiundae virginis, ſi ex omni orbe ediſſereret ſibi, quicquid ſcire optaret, et examine philologico inſtituto, in tantum noctis callide eum detinuit, donec nanus ab luce oriente oppreſſus, Sponſa, et ſine dubio etiam vita, excideret. Lepida hac ratione id obtinuit Thorus, ut neque hoſpitem neque pactum violaſſe videretur, nani autem exitium propriae hujus temeritati cenſeretur eſſe imputandum.

ALVIS-

ALVÍS-MÁL.

I.

Becki breiþa 1);
Nv ſcal brvþor *a*) meþ mer
Heim í ſinni ſnvaz.
b) Hrataþ 2) vm megi

PANSOPHI LOGOS.

I.

Scamna ſternunt 1),
Jam ſponſa mecum
Domum ſe ad iter expediat;
Praecipitatum 2) *ultra vires*

a) G. inſerit á, quod et alibi videre memini. Senſus ſit: *In ſcamna lata jam* etc. et illud, *Med mer*, rejicitur in Stroph. ſequentem.

b) hrnþaþ, *feſtinatum*. S. hvataþ, eodem ſenſu, alicubi vidi.

1) ſc. *Nuptialia, domi meae, in ſponſae adventum.* Intelligit autem, per *Strata ſcamna*, omnem nuptialis feſtivitatis adparatum.

2) Aut, iter dicit noctu non intermiſſum, aut nuptias plus juſto properatas, quod eſſe potuerunt ratione aetatis ſponſae, nam ſponſi quidem aetatem, jam diu ad ducendum juſtam fuiſſe, colligitur ex VIII. 5. ſeqq. Poteſt etiam το *Megi* eſſe, *Nato*: o: *homini*, nam ita ſaepe ſignificat *Mögr* in *Edda* noſtra, quando praecedens *um* παρέλκει, ut alibi; Ordo autem foret: *Hverivm megi mvn þikia hrataþ um;* ſed ita languidiör fit ſententia. Exſtant *J. Olavii Grunnaviceníis* gloſſae in Guasdam Odas Eddae noſtrae; ille *Megi* etiam capit de *filio*, et videtur intelligere ipſum *Panſophum;* vertit enim ſic: *Nimis properare coactus eſt filius.* Sed non poſſum exputare, unde illud, *coactus eſt*, in verſionem intulerit. Poteſt denique dictum *Megi* poſitum eſſe pro *Mægi adfinitas*, quae vox in *Banda-manna-Saga* occurrit; et ſenſus erit hujus Strophae: *Offenſum* à me, i. e. peccatum, temere conſultum eſſe, *in hac adfinitate contrahenda, credo* etc. Adfinitate ſc. cum Aſis ineunda, poterat videri imprudenter egiſſe, cum ob inaequalem Aſorum et Dvergorum conditionem, tum quod periculum erat, ne hoc pacto ſe et ſuos gentiles Aſis redderet obnoxios. Hic ſenſus, fateor, parum cohaeret cum Stropha ultima, ipſa quoque ſatis ambigua; eam tamen commendationem habet, quod propius accedit notioni verbi *ad hrata*; nam altera acceptio, pro *feſtinare*, inſolentior eſt. Niſi malimus *hrataþ* modo poſitum pro *Rataþ*, ut *rataþ mægi* I. *megi* ſit *caſu inventa adfinitas*, praeter ſpem et meritum. Sed neque celabo, *Megi* de *prole* accipi poſſe, ſive in Neutro ſingulari, ſive Maſculino plurali, à *Mögr*, ut *um megi* ſit, *Liberum quaerendorum gratia;* nam *Megi* pro *Megin* Vires, merito ſuſpectum haberi poteſt. Denique *um Megi*, *per vias*, aut *in itinere* eodem vitio laborat, etſi norim, qui *Megum*, in dictione Ödrum megum, et báþum megum, *ab altera, utraque, parte*, pro *Vegum* Viis, per ἀνήκοον dictum eſſe cenſeat.

Mvn hveriom þiccia
3) Heima ſcalat hvíld nema.

Credo cuique viſum iri
2) *Domi nemo requietem demet.*

II. c) VÍNGÞORR QVAÞ.

Hvat er þat fíra?
Hví ertv ſua favlr 4) vm naſar?
Vartv í d) nótt meþ ná 5)?

þvrſa lící
þicci mer á þer vera.
6) Ertattv til brvþar e) borinn.

II. *THORUS AURIGATOR CECINIT.*

Quid iſtuc eſt virum?
Quid ita palles 4) *ab naſo?*
Eras hac nocte (in tenebris) apud 5) *funus?*

TORRIDORUM *figura*
Videtur mihi in te eſſe:
6) *Non es tu ad ſponſam (ducendum) natus.*

III. ALVÍSS QVAÞ.

ALVISS ec heiti.
Bý ec f) fvr jörþ neþan.
Á ec undir ſteini ſtaþ.

III. *OMNISCIUS CECINIT.*

PANSOPHUS *vocor:*
Habito ſub terra inferius:
Poſſideo ſub ſaxo ſedem:

Vágna

c) Perſonarum interpoſitionem per totum Carmen omittunt R. G. et L. ſive Codex qvi olim fuit b. *Langebekii.* d) *Not.* obſcure. G. Ert attu, diviſim. G. improbe.

e) bodinn, *invitatus*, aut pro *bodligr*, *offerri* (ſponſae) *dignus*. G. Suec.

f) Fyr. E. for G.

---

3) Tanquam dicat: *Moleſtiam itineris domeſtica quiete mihi compenſabo, nemine obſtante.* Eſt et alter ſenſus Strophae: *In mundo* (ſuperiori) quies (mihi) *non capietur. Heima*, genitivus loci ab *Heimi, Tectum, coelum mundus.* Tertius ſenſus eſt: *Domi in ædibus paternis ulterior mora non capietur puellæ* v. non erit diutius *heimaſæta* i. e. innupta domi ſedens.

4) Ideo, *ab naſo*, quia hanc partem faciei primam occupare fertur pallor in morituris. Bene ergo *Naſi pallorem* praemiſit, ſubditurus funeris mentionem.

5) Tanquam ex ejus contagio traxerit lurorem faciei. Tales Gr. dicuntur νεκρώδεις, Lat. *Morticini*, et *Cadaveroſa facie praediti.* Poteſt et reddi, *inter mortuos* l. *manes;* et ſic accipi etiam quiverint *Náir* in *Corvicinio* Verſ. penult. Str. 7.

6) I. e. Tam foede ab natura formatus es, ut non modo hic, verum etiam ſponſam ſis inventurus.

Vagna *g*) vers 7)
Ec em á *h*) vit komin.
8) *Bregdi engi favſto heiti* *i*) *fira.*

Curruum aequor 7)
Ego adſum viſere.
c) Mutet nemo firmam fidem virum (*viventium*).

IV. VÍNGÞÓRR QVAÐ.

Ec *k*) mvn bregþa
þvíat ec brvþar *l*) áak
Fleſt *m*) vm raþ 9) ſem faþir.

n) Varat ec heima

IV. *VINGTHORUS CECINIT.*

Ego mutabo:
Nam virginis habeo egomet
Plurimam quidem poteſtatem 9) *ut pater;*
Non eram domi

þá

7) Ita S. ſolus. *Værr*, *vers*. Reliqui, inſolenter. Sequens *ec em* claudit hanc Stroph. in E. S.

b) *viþ*, aut *Víþ*. Sueć. prius *ſylvam* notat, ſine ſenſu, poſterius *amplitudinem*, haud inepte, ut dicat ſe *ſuper ſpatioſa tellure adeſſe.*

i) *fara*. Suec. *Fari*, eſt Odini nomen, tanqvam *Viator*, ſic vero ſententia non amplius eſt generalis. *Farli* nani nomen eſt, pro qvo *fari* facile potuit ſubſtitui, ſenſusque eſſe: *mutare nemo praeſumat, quod firmiter promiſſum eſt nano* ei mihi. Sed prius magis probem, hoc ſenſu: *Nemo mutare praeſumat datam ab Odino fidem.* Ut Odinus puellam deſponderit nano, Thoro abſente, quod ullus alius ex Diis haud temere auſus fuiſſet.

k) *man*. L.

l) Hanc Lectionem recepi ex uno *Anonymo* in E. nam pronomen primae perſonae, quod hic in compoſitione tranſiit in *ak*, verbis interdum ex abundanti adnectitur, ſententiae intendendae gratia. In aliis eſt, *A. m*) *omráþ*, junctim S.

n) Haec lectio vincit numero, nam eſt in L. E. G. *Suec.* item in R. à prima manu eſt, *Várka*, qvod idem notat. *Var* Anon. et R. à ſecunda manu, qvod interrogative capere licebit, etſi altera Lectio ſit potior.

---

7) Ita appellat telluris ſuperficiem. *Tellus* poteſt *Maris* vocabulo deſignari, et *mare* viciſſim *telluris*, adjecta idonea nota diſtinctiva, quae hoc loco à *Curribus* petitur, quam recte aut Eddice, non dixerim; placeret ergo potius, per *Vagna ver* (in gen. maſcul.) *Akv-Thorum*, utpote *Vehiculorum Dominum* ab rheda ſua nominatum, hic intelligi, ſi Nanus eum convenire voluiſſet, quod ex ejus verbis non eſt videre; fieri tamen poteſt, ut puella ei ante fuerit deſponſa, ſub conditione, ſi Thorus conſentiret. *Værr*, planitiem exponit *J. Olavius* in Gloſſis praedictis, acceptione mihi ignota.

8) Habet ſpeciem gnomae, et convenit illi jctorum: *Pacta ſunt ſervanda.*

9) Ambigi poteſt, quomodo illud *ſem* capiendum ſit, an pro *utpote*, an vero pro *tanqvam*. ego hacte-

Þá er *o*) þer heitiþ var.
p) At sá einn er *q*) giavfer 10) meþ gopom.

Cum tibi facta eſt ſponſio.
10) *Is ſolus eſt dator inter Deos.*

v. ALVÍSS QVAÞ.

11) Hvat er þat recca,
Er í ráþvm telz

FliópS ens fagr-glóa?
r) Fiarra 12) fleina
Þic mvno fáir kvnna.
Hverr hefer þic *s*) baugvm 13) borit?

v. *ALVISIUS CECINIT.*

Quid iſtuc eſt virum,
Quod ſe poteſtatem habere (curam gerere) praedicat
Feminae illius formoſa ſplendidae?
12) *Longinquorum telorum*
Te pauci, credo, accuſant.
Quis te 13) *ad annulos procreavit?*

VI.

e) mer, *mihi* L. S. abſurde. Sed poteſt, ut *Mer* hic ſic poſita, pro *mær*, virgo, et *heitiþ* pro *heitin* deſponſa, ſicut alibi non ſemel, *Variþ*, pro *Varin* cincta; ſed haec ſcriptio tamen, propter ingratam confuſionem cum *Merr* equa, haud temere videtur amplectenda.

p) Hoc παρέλκον abeſt in *Anon.* et G. Sed melius ſervatur, quomodo *Er* infra VII. 2. et alias aliquoties.

p) gigr *terror*, aut *adverſarius*, ſc. tibi in hoc negotio nuptiali. *Anon.*

r) *fárra*, videtur legiſſe *J. Olavius*, nam has duas Strophas ſic reddit: Eo *quod juſto pauciores habeas enſes, pauci te interpellabunt.*

s) bavgvm, per ö lene enuntiandum, G. conf. notam.

---

hactenus dubito de priore ſignificatu hujus particulae in ſermone antiquo; unde colligitur veriſimiliter, ſponſam, de qua hic agitur, non eſſe *Thrudam* Thori gnatum, ſed vel *Róſkvam* vel *Hloram*, quae ejus fuerunt alumnae; quamquam puto eſſe, qui Hloram Thori nutriciam fuiſſe velit, praeter auctoritatem *Eddae*, opinor.

10) Hoc dicitur, cum ſuperbo geſtu, ſe ipſum oſtendentis. Deinde, *Dator* modo eſt *legitimus collocator puellae in matrimonium*; nam *at geſa* konv, pro *gipta*, frequentatur in priſco ſermone, quomodo etiam *Dare* Latinis, ut notavi in Indice *Terentii*; neque *at gipta* aliud revera ſonat, vi originationis.

11) Poterat dicere, Hverr er sá *etc.* Sed neutro genere utitur tanquam in contemtum, et de ignoto. ſic ſupra II. 1. et *Fiölſvinns-mál* III. 1.

12) I. e. *Eam praebes ſpeciem, quaſi iners jaculator ſis*; ſi vituperium eſt; aut: *eam praeſers ſpeciem, ut pauci te ſint incuſaturi, ſi quam longiſſime ab iis tela vibras*, o: videris eſſe acer bellator, à quo longe abeſſe tutiſſimum ſit; ſi ad laudem dictum eſt.

13) *Bangom* eſt dandi caſus, ut ſit: *ad percipiendos annulos*, tanquam dicat: *Quis te genuit heredem ſibi? Bangar* autem hic notant, pecuniam; ſimpli-

VI. VÍNGÞÓRR QVAÐ.

VINGÞÓRR ec heiti.
t). Ec hefi víſa 14) rataþ.
Sonr em ec 15) SIÞGRANA.
At ó-ſátt minni *u*) ſcalattu
x) þat iþ vnga man hafa,
y) Oc þat giaforþ getá.

VII. ALVÍSS QVAÐ.

Sáttir þínar
z) Er ec vil ſnemma hafa,
Oc þat giaforþ geta.
Eiga 16) vilia heldr
Enn án vera
þat iþ miallhvíta man.

VI. *VINGTHORUS CECINIT.*

THORUS AGITATOR *appellor;*
Paſſim 14) *commeavi (penetravi);*
Filius ſum 15) LONGI-BARBI.
Meo cum diſſenſu
Non duces iſtam juvenculam,
Neque eam conditionem nanciſcere.

VII. *ALVISIUS CECINIT.*

Conſenſus tuos
Cito quidem cupio obtinere,
Atque eam conditionem adipiſci
Habere 16) *malim,*
Quam carere,
Niveam illam virginem.

t) hefic, idem. E.

u) *ſcalzv.* R. *Anon.* ſublata negatione. et hoc dicit: *Si eam* ducis, *dures meis ingratiis, in quo, vide, quantum periclitaris.* aut per interrogationem: *Tune eam ducas meis ingratis?*

x) *þat*, claudit Str. praeced in L.

y) *ne* E. ſolus. Sed *ok* videtur ſtare poſſe, etſi praeceſſerit negatio.

z) *Ær*, idem, ex cadente orthographia. E.

ſimplicius tamen et ad verba propius exponeretur: *qvis te annulis oneravit* i. e. pecunia corrupit, ut mihi moleſtus eſſes in hoc negotio. Eſt et, ut ſenſus ſit: *Quis te ad moleſtias* (mihi) *genuit?* vid. var. Lect. Poterit quoque levi variatione legi *Bógvm*, i. e. *Quis te parvulum in ulnis geſtavit, tanquam parens?*

14) Hoc ſenſu, hodie jam obſoleto, etiam accipitur verbum *at rata* in *Havamalom* V. 1. et 2. Vitz er þavrf þeim er víſa ratar.

15) I. e. *Odini*, qui ſe *Siþſkeggum* vocatum eſſe, ipſe teſtatur in *Grimn.* *Grön* autem, vnde *Grani* formatum eſt, inter *Barbae* appellationes refert *Edda Snorr.* in *Skeggs heitom.*

16) Oſtendere videtur, non multum ſibi cordi eſſe has nuptias; et eo etiam pertinet illud praecedens, *ſuemma*, tanquam neget ſe diu eſſe ſupplicaturum. Poteſt tamen hic eſſe Figura Liptotes, qua minus dicitur, quam revera intelligendum eſt; quod ſi admittimus, vocula *ſuemma* deſiderii impatientiam indicaverit. *Vilia*, hic eſt Optativus antiquus: quanquam poſſet eſſe tertia perſona Indicativi praeſentis, quo magis commendaretur puella, tanquam multis appetita.

VIII. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Meýiar 17) áſtom
Mvna þer verþa
Víſi geſtr of variþ,
Ef þv or heimi
(þ) Kant hveriom at ſegia
Allt þat æ) er ec vil vita.

VIII. *VINGTHORUS CECINIT.*

Virginis 17) amores
Non erunt tibi
Docte hoſpes denegati;
Si tu ex orbe
Scis quocunque dicere
Omne id, quod ego volo ſcire.

IX. ALVÍSS QVAÞ.

a) Freiſta máttv VÍNGÞÓRR,
Alz þv frekr *b*) ert
Dvrgs at reyna dvg.
Heima alla 18) nío
Hefic of farit,
Oc vitaþ vætna hvat.

IX. *ALVISIUS CECINIT.*

Experiri potes, VINGTHORE,
Quandoquidem vehementer cupis
Nani periclitari artem (doctrinam).
18) *Mundos omnes novem,*
Ego permeavi,
Et exploravi naturas cunctas.

X. VING-

(þ) Hoc verbum claudit Stroph. praeced. in E. S. ad metrum fere indifferenter.
æ) *er*, male exulat ab E.
a) Hujus Verſus nullum eſt veſtigium in R. L. quem tamen genuinum eſſe, nullus dubitem.
b) verbulum male omiſit G.

17) I. e. Tui in virginem amores, ſive copia iis fruendi, connubio rite inito: Nam de *amoribus puellae* erga *Nanum* intelligi non poteſt, quia in manu Thori non erat ut illa nanum amaret.

18) Sic in *Volo-ſpá* 11. 5. *Niú* man ec *heima*, nío í-viþi. ubi *Gudmundus Andreae* putat alludi ad novem ſphaeras vel orbes Pythagoreorum; de qua re alii viderint. Mitto *novem ſphaeras coeleſtes ſuperorum*, quarum ex *Ariſtotele* meminit *Grimus Torkelinus* ad *Vaſþr. mál* XLIII. 5. et 6. item ibidem commemoratam hodiernam etiam vulgi opinionem de *novem coelis*, cui ſuffragatur *Edda* in *Sylva nomenclationum*, his verbis: *Nío* veit ec *himna* á hæd talit, i. e. *Novem* ſcio *coelos in altitudinem* (ꝛ: unam ſupra aliud, adeo ut hic non intelligenda ſint tot coeli climata, vel regiones) *numerari* Haec, inquam, mitto; nam nihiló plus inde concludi poſſe arbitror ad *Novem mundos*, quam ex verbis Divi *Pauli*, cum ſe in *coelum tertium* raptum fuiſſe memorat, ad *Tres mundos terreſtres*. Potius arbitror, priſcum ſeptentrionem per *Novem mundos* aut *orbes* intellexiſſe, *novem loca diſcreta*, *novem ſpeciebus animantium intelligentium in habitationem propriam deſtinata*, iſtae autem ſpecies hae, credo, fuerunt:

1. *Alfar*, genii boni et mali. 2. *Aſar*, ſub quibus continentur *Vani*, niſi ex iis nonam ſpeci-

x. VINGÞÓRR QVAÞ.

Segþv' mer þat ALVISS
Öll c) of ravc 19) fira
Vöromc dvergr at vitir 20a):
Hve fv JÖRÞ heitir,
Er 20b) liggr d) fvr- 21) alda ſo-
nom,
Heimi hveriom í?

x. ALVISS QVAÞ.

22) JÖRÞ heitir meþ MÖNNOM.

x. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id, ALVISI!
Omnes 19) *rationes viventium* 20a)
Praeſentio te, nane, ſcire:
Qui (*nomine*) *iſta* TELLUS *vocatur,*
Quae 20b) *jacet coram* 21) *aetatum*
(*gentium*) *filiis,*
Omni in orbe?

x. *ALVISIUS CECINIT.*

22) JÖRÞ (*Arvum*) *dicitur inter* HOMINES:

c) Ita diviſim. R. ut *of* ſit παρέλκον. Reliqui conjunctim; vide not. 19. ult.
d) *fyr* E. *fyrir* G. poſterior metro non conſulens.

ſpeciem velimus conſtituere, *Suttungi filiis* excluſis. 3. *Dvergar.* 4. *Hulir* Inferi boni, qui ſcilicet in *Niſtheimum* non veniunt. 5. *Hrimþurſar*, gigantum ſpecies. 6. *Svttvngs-ſýnir* altera gigantum ſpecies, ut ex hac Oda et *Skirnis-för* conſtat. 7. *Jotnar*, quibus deſignatur, aut gigantea gens univerſim, aut ea ſpecies gentis, quae minimum habuit barbariei. 8. *Menn.* 9. *Upregin*, Superae poteſtates, Dii immortales; quo ſenſu etiam accipienda videntur *Ginregin* hac in *Oda*. Quod autem *Nanus* hic dicit *Alla*, latenter adfirmat *Mundos* omnino novem dari, non plures.

19) I. e. Quicquid noſci poteſt, de quibuscunque animantium vel entium intelligentium ſpeciebus. Ofrauc, *primordia* exponit *J. Olavius.*

20) Hoc verborum lenocinio toties adlicit *Nanum*, quo lubentius ſibi narret, ut cui omnia ſit perſvaſurus. Ait ſe autem *praeſentire* ſcientiam *Nani*, aut ex tacita mentis ſuggeſtione, aut per concluſionem ex eo, quod ſe inter omnes gentes dixerit eſſe verſatum.

20b) Latenter adluditur ad *Quietem Telluris* antiquis creditam, aut etiam *Humilitatem* reſpectu *Coeli*, item ad ἔδαφον vocum *Land* et *Lâd*. Porro ſequens *Fyr* poteſt commode reddi, *pro*, i. e. in utilitatem eorum, quomodo alibi in hac *Oda*.

21) Ita non dubitavi reddere, cum *aetas* pro *Viventibus* apud Latinos inveniatur; mitto *Secla animantium*, *hominum*, etc. quae toties dixit *Lucretius*, auctor ſane Latiniſſimus, poteram etiam reddere *Seclis mortalium*; nam advertendum eſt ſemel, *Deos coeleſtes* hic non contineri ſub *Alda ſonum*, quippe apud iſtos nulla eſt *Tellus*; adeo haec Stropha in ſenſu conjungenda eſt cum 4ta praecedente, hoc ordine: *Hve ſu iörþ heitir heimi hveriom í, er liggr fyr allda ſonom?* quod velim alibi teneri in ſequentibus, ubi contextus id requirit.

22) Circa *Nomenclationes* in reliqua parte Odae, duo in univerſum moneo: 1) Pauciſſimis in locis ullam invenio rationem, cur haec vel illa

huic

Enn meþ *e*) Ásom 23) Fold,
Calla 24) Vega Vanir.
25) Igrön Jötnar
*) Álfar Gróandi 26)
Kalla 27) Avr *f*) Upregin.

At inter Asos Fold (*Regio*) 23):
Dicunt 24) Vega (*Vias*) Vani:
25) Igrön (*Subviridem*) Gigantes:
Alfi-Gróandi 26) (*Viretum*)
Dicunt Aur 27) (*Limum*) Superae
poteſtates.

XI. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segþv mer þat Alviss
Öll *etc.*
Hvé ſá Himinn heitir
g) Er 28) á kendi,
Heimi h. i.?

XI. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id, Alvisi!
Omnes etc.
Qui iſtud Coelum *vocatur*,
Quod 28) *ſentire erat*,
Omni i. o.?

e) Ita facili negotio repoſui, pro *Alfvm*, quod omnes Libri praeferunt; cum tamen *Alfi* occurrant Str. 5. et Nanus non temere ſoleat Aſos praeterire. *Dvergvm*, conjicit Quidam in E. invita adliteratione.

*) Dvergar. *Anon.* in E. adliterationis ſecurus. *f*) *Up regin*, diviſim R. male.

g) *Era* S. i. *quod non erat ſentire*, apud *Genios nigros*, et inferos, ſcilicet. Enn hákendi, *illud*

---

huic vel illi genti, potius quam alteri, adtribuatur, adeo ſcilicet promiſcue ab Auctore fieri illam adtributionem. 2) In vocabulis vertendis, quam proxime exprimere conatus ſum vim originationis, de qua conſulatur *Gloſſarium*; ſicubi verſio videbitur inſolentior.

23) Aut vi vocis *Velata*, *Operta*

24) Alias *Braut* et *Leiþ* dicitur Poëtis; at fateor videri mihi *Vega* in Numero multitudinis haud aptiſſime hic poni, neque ad conſuetudinem in aliis vocabulis ab Auctore ſervatam; quamobrem incidi in eam ſuſpicionem, iſtud *Vega* eſſe Nominativum ſingularem, quaſi tu dicas; *Geſtatrix* vel *Suſtentatrix*, Animalium puta et plantarum.

25) Bene ſic dici fingitur *Gigantibus*, utpote apud quos, ſub frigidiſſimo climate habitantes, nunquam ad plenum virorem perveniat. Eſt autem hic, et in ſequenti *Gróandi*, Antiptoſis Nominativi pro Accuſativo, ſaepiuſcule poſt occurrens in hac Oda; ſubauditur autem in talibus: *Meþ því nafni*, *eo nomine quod eſt* Igrön etc.

26) Aut ſtrictius ad verhum, *Floretum*, *efflorescentia*, *pullulago*, per Metonymiam adjuncti pro ſubjecto.

27) Congrue inducit Superos tellurem appellare contemtibili hoc et ſordido nomine; invenio autem *Aur* pro *Humo* poſuiſſe *Beſſum gladiatorem* poëtam, in *Kórmaksſaga*, ubi *ad hylia* einn *auri* eſt *humare*, *humo cooperire*.

28) *Aërem* ſpeciatim videtur intelligere, nam *ad kenna á* eſt *ſentire*, *guſtare*. Aëre autem veſcuntur animalia. Sed enim *Aër* et *Coelum* communi

XII. ALVISS QVAÞ.

HIMINN heitir med Mönnom

Enn *h*) HLÝRNIR 29) med GOÞOM.

Kalla *i*) VIND-OFNI VANIR.

UPPHEIM JÖTNAR.

ALFAR FAGRA RÆFR.

DVERGAR 30) DRIVPAN SAL.

XII. *ALVISIUS CECINIT.*

HIMINN (*Operimentum*) *dicitur inter* HOMINES:

At HLÝRNER 29) (*Umbraculum*) *inter* DEOS:

Dicunt VINDOFNI (*Ventorum textorem*) VANI:

UPPHEIMUM (*Superam regionem*) GIGANTES,

ALFI FAGRA RÆFR (*Splendidum laquear*),

DVERGI DRIVPAN SAL (*Stillantem* 30) *aulam.*

XIII. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segþv mer þat *etc.*
Hverſv MÁNI heitir
Sá er 31) menn *k*) ſiá,
Heimi hveriom í?

XIII. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui LUNA *illa vocatur*
Quam 31) *animantes intelligentes vident,*
Singulis in mundis?

illud altitudine nobile, aut *ab altitudine denominatum*, conjeceram aliqvando, juvandae laboranti adliterationi; quod iis placiturum ſcio, qui *Himinn* ab altitudine dictum cenſent: nunc ipſe meam ſperno conjecturam. *h*) *hlírnir*. S. ſed receptius omnino eſt *Hlyrnir*.
i) Vindofinn, *Ventis intextum*, *intertextum*, aut *contextum*. *Anon.* in E.
k) *ſeá*. L. quod cadentis eſt orthographiae.

---

ni nomine dicuntur *Lopt*, idcirco *Coelo* jam dedit Aëris epitheton: illud adhuc quaero, cur praeterito verbi hic uſus ſit, nam commode poterat dicere, Er á *Kennir*, in praeſenti tempore?

29) Quod *Tellurem* inſtar Umbellae ſuperne ambiat; ſic *Cortinam coeli* de Hemiſphaerio *Ennius* dixit, quod *Cortinae* ɔ: *Velarii* loco inſerviat *Telluri*, quamquam alii dictum velint ab *Lebetiformi rotunditate*. *Tegmen coeli* non ſemel eſt apud *Lucretium*, Gr. σκέπη ȣρανȣ.

30) Aut etiam *Pendulam*; nam *coelum* ex omni parte terram verſus declinatum eſt, et videtur quaſi *pendere*, ut loquitur *Martinius*: verum hoc tamen ſenſu potius *Drúpan* legendum foret.

31) *Mádr*, a μένος mens, aut potius à μήδος vel μητις conſilium; et hoc quidem loco ſub appel.

XIV. ALVÍSS QVAÞ.

32) MÁNI heitir meþ MÖNNVM.

En 33) MYLINN meþ GOÞOM.

Kalla HVERFANDA HVEL HELIV ſ.

l) SCYNDI JÖTNAR,
En SCIN DVERGAR,
Kalla ÁLFAR 34) ÁR-TALA.

XIV. *ALVISIUS CECINIT.*

MÁNI (*Luna* 32) vel *Lucidus*) *dicitur inter* HOMINES:
At MYLINN (*Rotundus* 33) *inter* DEOS:
Dicunt HVERFANDA HVEL (*Gyrantem orbem*) *in* ORCO:
SCYNDEREM (*Feſtinatorem*) GIGANTES,
At SCIN (*Splendorem*) *Nani*,
Vocant ALFI AR-TALIUM (*Anni calculatorem* 34).

XV. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segþv mer þat *etc.*
Hve ſv. *m*) SÓL heitir,
Er ſiá Alda ſýnir,
H. h. ſ.

XV. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui SOL *ille vocatur*,
Quem cernunt aetatum filii,
Singulis in m.?

XVI.

l) *Skíndi.* L. S. male, tanquam ſoiet ab, *ad Skína* fulgere, ſed ea formatio non procedit. *m*) *Sunna. Anon.* in E. quod melius adludit ad ſequens verbum ſiá.

---

appellatione *Menn* comprehenduntur etiam Dii, quemadmodum alibi: *Aſa* oc *Alfa* þat vill *engi* maþr.

32) *Manus* eſt vox priſcae Latinitatis, notatque *bonum* aut *Lucidum*, cui forſan cognata ſit noſtra vox *Máni*, potius quam ut ducta conſeatur à Gr. μηνη, Dorice μάνα; intereſt tamen, quae ſit Graecæ vocis origo.

33) ſcilicet Pomi inſtar, à Gr. μῆλον pomum. Scribitur alias *Mulinn* in *Eddae Nomenclaturis* poſtetioribus, ubi tamen *J. Olavius* rectius cenſet *Mylin*, et *Globulum* exponit. Poteſt et exponi *orbiculatus* ab ſimili ſaxorum molarium figura, aut etiam *Menſor*, ab *ad Mæla*. Denique *Roſtratus* aut *Cornutus* haud inepte redderetur, ab noſtro *Múli* roſtrum, prominentia, cui adfine Germ. *Maul*; Extulit *os ſacrum*, puto alicubi de *Luna* dixiſſe *Virgilium*.

34) Confer *Vaſþrúþnismál*, Vers. XXIII. et XXV.

XVI. ALVÍSS QVAÞ.

35) Sól heitir með Mönnvm
En 36) Svnna með Goþom.

Kalla Dvergar *n*) Dvalins-leica 37).

Eygló Jötnar.

Álfar Fagra-hvel.

Alscír Ása sýnir.

XVI. *ALVISIUS CECINIT.*

35) Sol *vocatur inter* Homines:
At Sunna 36) (*Sidus*) *inter* Deos (*coeleſtes*):

Vocant Dvergi (*nomine*) Dvalins leica 37), (*Nanorum ludificatricem*),

Ey-gloam (*Semper micantem*) Gigantes,

Alfi Fagra-hvel (*Fulgidum orbem*).

Alscír (*Perilluſtris dicunt*) Asorum filii.

XVII. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Seþþv mer þat *etc.*
Hve þau Scý heita,
Er ſcvrvm blandaz 38),
Heimi hveriom í?

XVII. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui vocantur iſtae nubes,
Quae imbribus 38) *miſcentur,*
Singulis in regionibus?

XVIII.

n) *Dvalins-leicv*, in accuſandi caſu. *Anon.* Sed ſuperius monui de antiptoſi, quae in Textu eſt.

---

35) *Sol* dictus eſt, ſecundum *Varronem*, à Sabinorum *Selas* (Gr. σελας) fulgor; ſecundum Ciceronem à *Solus*, vel quod ex omnibus ſyderibus tantus ſit, vel quod, quum exortus eſt, obſcuratis cereris ſyderibus *ſolus appareat*,

36) Vocatur etiam *Syn* et *Syni* (quibus adſine videtur illud *Sunna*) *Viſus*, *aſpectus*, *ſpecies*, vel quod res faciat viſibiles, vel quod ipſe forma ſit ſpecioſus. Neque aliunde Lat. *Sidus*, quam à Gr. εἰδειν et εἰδος: non tamen negem *Sunna* plauſibiliter dici poſſe, à *Sol* aeſtus, calor vehemens, quod ipſum eſt ab noſtro *Ad ſióda* coquere, Gr. Ζεειν fervere.

37) Quod *Dvergi*, et id genus *Lucifugarum* (Natttröll) crederentur antiquitus in ſaxum converti, ſi ab ſolis jubare deprehenderentur; cujus re exemplum eſt ipſe noſter Panſophus, item *Hrimgerda* oreas, in *Helga quida Haddinga ſkata*, et oreas *Sandhögenſis* in *Grett. ſaga.* Iſtud autem fictum videtur, ob ſtuporem quo percutiebantur, et quaſi defigebantur, tales tenebriones, ab infuero ſibi ſolis lumine.

38) Blandaz, quod conſtent ex aliis elementis praeter aquam, ut ſunt *Aër* et *Terra*.

XVIII. ALVÍSS QVAÞ.	XVIII. *ALVISIUS CECINIT.*
Scý heitir með Mönnom.	Scý (*Umbraculum l. Tegmen*) *dicitur inter* Homines:
En Scúr-ván meþ Goþom.	*At* Scurván (*imbris prognoſticon*) *inter* Deos
Kalla o) Vind-flot 39) Vanir.	*Dicunt* Vindflot 39) (*Venti vehem*) Vani.
Ur-van Jötnar:	Urvan (*Pluviae indicium*) *Gigantes:*
Alfar Veþrmegin.	Alfi Veþr-megin (*Tempeſtatis vim*):
Kalla í Heliv Hiálm Hvliz 40).	*Dicunt in* Orco Hiálm huliz 40) (*Galeam cooperientem*).

XIX. VÍNGÞÓRR QVAÞ.	XIX. *VINGTHORUS CECINIT.*
Segþv mer, þat *etc.*	*Dic mihi id etc.*
Hve ſá Vindr heitir,	*Qui ille Ventus vocatur,*
Er *) víþaſt 41) ferr,	*Qui latiſſime* 41) *vadit*
Heimi h. i.?	*Singulis* etc.?

XX. ALVÍSS QVAÞ.	XX. *ALVISIUS CECINIT.*
42) Vindr heitir meþ Mönnom.	42) Ventus *dicitur inter* Homines:
Enn þ) Vav-oþr med Goþom.	*At* Vavöðus (*vagator*) *inter* Deos:

Kalla

o) *Vindflet* habet Codex *Pauli Sveinſonii* in E. quod nomen *Stratum* l *Lectum venti.* ineptè.

*) *Víþa ſó* (pro *ſá*) *quem paſſim videre erat.* idem Cod. *Sveinſonii.* male.

þ) *Vavoþr.* R. incerta enunciatione. *Vavoþir.* G. corrupte: *Vau-oþr*; *Vauoþr.* E. S. tanquam *in*

39) Quod a vento *vehatur*, ſive hac illac agatur. *Venti vehiculum* reddidit *Olavius*, poterat et reddi, *Venti agmen.*

40) Quod faciem coeli *galeae* in modum obtegat.

41) Pulchre uſurpat hoc verbum, ad deſignandum mobilem naturam *Venti*; qui et adeo *Farandi* viator apellatur in *Nomenclaturis Eddae.* conf. Vaſþr. m. xxxvi. 5. ſic ἔρχεσθαι et ὑπάγειν de *Vento* dixit Servator apud Johann. III. 8.

42) *Vindr*, forſan ab *ad vinda*, quaſi *Tortilis*, *Verſatilis.* Scaliger *Ventum* deduxit à *Veniendo*, quia Ventus fit Aëris motus, *Venire* autem ſit moveri, certe interdum ab Latinis uſurpatur, pro *ire.*

Kalla *q*) GNEGIOÞ GINREGIN.

Dicunt GNEGIOÞVM (*Streperum*) AMPLA NUMINA:

r) ÆPI JÖTNAR

Æperem (*Vociferatorem*, vel *Clamosum*) GIGANTES:

ÁLFAR DYNFARA,

ALFI DYNFARIUM (*Tonantem Viatorem*):

Kalla ſ HELIV. 43) HVIÞVÞ.

Vocant in ORCO 43) HVIÞVÐVM (*Turbinem* aut *Sibilatorem*).

XXI. VÍNGÞÓRR QVAÐ.

SegÞv mer Þat *etc.*
Hve Þat LOGN heitir
Er liggia 44) ſcal
Heimi h. i.?

XXI. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui vocatur Tranquillitas (*aeris*) *illa*
Quam 44) *cubare oportet*
Omni i- o.?

XXII. ALVÍSS QVAÐ.

LOGN heitir med MÖNNOM.

En *s*) LÆGI 45) meÞ GoÞVM.

XXII. *ALVISIUS CECINIT.*

LOGN (*Cubans Aer*) *dicitur inter* HOMINES:

At LÆGI (*Cubile* vel *Cubatus* 45) *inter* DEOM.

in vagando incitatus, ſi ÞÞr ſcribere velimus. VauÞir *graſſator*. Cod. Suec. et *J. Olavius*. ſed *VavÞr* magis placeret, ut *HlavÞr proſtrator*, ab *ec hleÞ*.

q) GneggioÞ. *J. Olavius*, et ita alicubi videre memini. non tamen ſolicito alteram lectionem; *Hinnientem* expoſuit *Olavius*. *r*) Öpi omnes praeter S.

s) *Lögi*, Omnes, praeter L. S.

43) *J. Olavius* vertit *Sonum repentinum*, nempe ab *ad huina* acutum ſtridere, quo et reſpicit poſterior mea Verſio.

44) Bene utitur verbo *ad liggia*, nam inde *Logn* derivatum eſt.

45) *Aeris* ſc. aut etiam *Maris*, ut cepit *Olavius*, dum reddidit, *Portus*, *itineris commodum*, juſto ſtrictius.

Kalla t) VINZ-FLÓTT VANIR.

OFHLÝ JÖTNAR.

ALFAR DAGSÆVA.

Kalla DVERGAR DAGS u) VERV 46).

Dicunt VINZFLOTT (*Venti fugam*) VANI:

OFHLÝ (*Circumfusum* (*supernum*) *teporem*) GIGANTES.

ALFI DAGSÆVAM (*Diei placamentum*).

Dicunt DVERGI DAGSVERAM (*Diei requietem*) 46).

XXIII.

t) Cum *Vinz-flot*, quod plurimi habent Libri, *Vind-flot* quod *Olavius* habet, et *Ratem Ventorum* exponit, et *Vindflot* quod est *Anonymi* in E. Cum, inquam, omnes hae *Lectiones* sensum importent ab natura *Tranquilli* alienum, coactus sum ex conjectura mea substituere *Vinz-flótt*: *Flóttr* autem ita recte dici arbitror, ut þockr pro þocki animus, *Geimr* pro *Geimi* mare. Non tamen dissimulo, *Vindflet*, leviori mutatione, hic legi posse, i. e. *Cubile Venti*, quasi *Ventus*, quem Gigantem crediderunt Veteres, fingatur in lecto recumbere, cum tranquillum est; eodem modo Poëta, nescio quis, in *Edda Snorrii* dixit: Löþr var lagt (aut lágt) í bedi, *Spumeus oceanus recubuerat, compositus erat* (aut *humilis cubabat*) *in lecto*. *Vinzflot* quod superius adtuli, vix aliud quiveret notare, quam *Venti fluxum*, contra naturam *Tranquillitatis*; nam nugatorium videri potest, per *Venti* aut *aëris stagnationem*, vertere, petita significatione ab *Liquamine adipis concreto*, quod *flot* dicitur. Sed neque multo commodius legitur *Vindflöt*, ad verbum *Planities* aut *aequor* (*humilitas*, *depressio*) *Venti*, unde *aëris lenem et placidam constitutionem* vix extorquere possis sermoni convenienter. Non negligendum est denique, quod popularis meus, harum literarum eruditus, *Theodorus Thorotti*, confirmavit mihi, sese in uno Libro vidisse *Vind-flot* (an *Vindslot* quod eodem abit, nam utraque vox est ab *at lúta* inclinare, propendere, demissum esse, *Niáls sagae*, pag. 32. *ad flota*, hodie *flúta*), quod foret *Venti inclinatio*, *demissio*, aut *cessatio*, nam *ad flota* cessare, desinere, etiam notum est; et ista Lectio, tam ad sensum, quam ad poësin, satis apte quadraret.

u) Værv, Quidam ex conjectura in E. sed praeter necessitatem, nam *Verv*, idem sonat.

46) *Diei essentiam*, exponit *Olavius*, quod fateor me nescire quid sit. *Dagr* autem hac et praeced. Stropha poni videtur pro *Tempore*, quemadmodum in *Grettissaga* Membran. cap. LXXXIV. þat ætla ec at lídi *nockurr dagr* þángat til etc. i. e. Credo praeteriturum esse *aliquod tempus*, donec etc. Et forte *Tempus* porro, de *Tempestate* s. aeris qualitate intelligendum sit, sicut vox *Tempestatis* apud Latinos, et *Tempus* notat, et *Habitum aëris*.

XXIII. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segþv mer þat *etc.*
Hver sá MARR heitir
Er menn róa *x*)
Heimi. h. i.?

XXIV. ALVÍSS QVAÞ.

47) SÆR heitir með MÖNNOM.

Enn *y*) SI-LÆIGIA með GOÞOM:

Kalla 48) VAG VANIR.
(þ) ÁLHEIM 49) JÖTNAR.

XXIII. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id *etc.*
Qui vastud MARE *vocatur,*
Quod remis exercent homines
Omni i. ò.?

XXIV. *ALVISIUS CECINIT.*

SÆR 47) (*Speculum*) *dicitur inter* HOMINES:

Sed SI LÆIGIA (*Perpetuo manans, perennis lacus*) *inter* DEOS:
Dicunt VAG 48) (*Vagum*) VANI:
ALHEIMUM 49) (*Anguillae domicilium*) GIGANTES:

ÁLFAR-

x) á, add. G. et Alii in E. i. e. *in quo remigant.* minus exquisite.

y) *Silægia* G. et *Olavius*, qui exponit per *Continuo se diffundens, abcessum et accessum habens.* Si *Lægia* sit ab *adj liggia*, posset reddi: *perpetuum aequor*, certe *Lá* et *Lægi* dicitur *Mare.*

(þ) Alheim. G. et sic etiam *Olavius*, vertens: *Mundum universum, ingentem capacitatem.*

prius

47) Sc. à Verbo, *at sjá*, *videre.* nam *Mare* est Speculorum concaverum maximum, ut dixit Celeberrimus Physicus. *Virgilius* in Ecloga II. 25.

nuper *me in litore vidi.*
Quum placidum ventis staret *mare.*

Ubi *Emmeneſſius* advocavit ex Theocrit Idyll VI.

εἰς ἅλα δερκομένα, τὰ δὲ νιν καλὰ
κύματα φαίνει
ἄσυχα κἀχλάζοντα, ἐπ' αἰγιαλοῖο
θέουσαν. i. e.
In salum inspicienti, pulchri autem *fluctus ipsam ostendunt*
Placide murmurantes, *per litus currentem.*

Sic et *Virgilius* Aen. X. 209. *Mare* appellavi *Marmor*, à nitore aquae commotae, inquit *Taubmannus*; sed quidni ab Natura sua pellucida? quomodo et *Horatius*, ad *Julum Antonium*, *Vitream* pontum dixit, tanquam Vitri ad instar pellucidum, et *Virgilius* iterum Æneid. VII. 759. *Vitream undam*, de lacu aqua pellucida claro.

48) A mobilitate impoſito nomine, atque, eadem ratione *Ignis* ita vocatur XXVI. 3.

49) Modo *Anguillae* positum est, pro *Piscium* generatim. Alias *Alr* est *Alveus fluvii*, sed ea notio vocabuli huc minus videtur congruere; Nisi per Speciem Hypallages dictum sit, pro *Heimsálr*, *Orbis vinculum.*

Álfar 50) Laga-staf.

Kalla Dvergar 51) Divpan mar.

Alfi Laga-stafum 50) (*Laticum Stamen l. columen*):

Vocant Dvergi 51) Divpan mar (*Altum mare*).

XXV. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segdv mer þat *etc.*
Hve sá 52) Eldr heitir,
Er brenn æ) fyr alda sonvm
Heimi h. í.

XXV. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui 52) Ignis *ille appellatur,*
Qui ardet coram gentium subole,
Orbe in omni?

XXVI. ALVÍSS QVAÞ.

Eldr heitir med Mönnom.
En með Ásom 53) Fyni.
Kalla 54) Vag Vanir

XXVI. *ALVISIUS CECINIT.*

Ignis *dicitur inter Homines:*
At inter Asos Funi 53) (*Favilla*).
Dicunt Vag 54) (*Vegetum*) Vani:

55) Fre-

priua ineptum est; posterius aliquatenus procedit; melius tamen forte exprimeretur, *Universi receptaculum*, quod Oceanus ambitu suo complectatur orbem universum. Quod si *Al* in alendi vel gignendi notione sumimus, ex Graeca Mythologia possimus interpretari *Parentem mundi*, ut *Alheimr* sit quaedam Hypallage, pro *Heims-ali*; aut si Hypallage displicet, accipiemus *Alheim*, *Vi genitiva praeditam* (genitalem) *regionem*. Conf. *Natalem Comitem* in Mythologia Lib. VIII. cap. 1. pag. m. 821.

æ) *Fyr* et *fór*. Ceteri.

---

50) Quod inde oriantur flumina, et eodem desinant.

51) *Haf* et *Diúp*, Altum, Profundum, sunt *Maris* synonyma, quae hic oblique indicantur; potest tamen illud epithetum *Dispan*, tantum propter poesin esse additum, et vocabulum *Mar* Dvergis peculiariter attribui.

52) *Eldr*, ab *ec el* alo, gigno, unde et vocatur *Fædir*, altor aut generator, in *Edda*. sic et *Ignis* dici creditur quibusdam Etymologis quasi *ingenis*, quod ex eo gignantur omnia.

53) Utrumque Vocabulum probabiliter refertur ad Gr. φάω Luceo, et *Funi* quam proxime accedit ad φαεινός Splendidus; Ita *Incendium* ab *Candore* s. luce dicitur Latinis, et *Incendere* pro *Illustrare* dixit *Plautus*. sed potest et *Funi*, *Genitorem*, *vim generandi* notare, ob rationem in nota praeced. allatam, atque ad Gr. φύω referri, unde et formata est *Fvd* natura s. vulva muliebris, quae literis fere convenit cum nostro *Funi*.

54) Ita *Æstus* de *Mari* et *igne* usurpatur Latinis, conf. XXIV. 3. c. nota. Sic etiam nostra *Brim* Aestus maris, et *Brimi* ignis, perparum distant, et ejusdem sunt Etymi.

55) FREKAN JÖTNAR.

En 56) FORBRENNI DVERGAR.

Kalla ſ HELIV 57) HRAVÞVÞ.

55) FREKAN (*Avidum*, aut *Vehementem*) GIGANTES:

At 56) FORBRENNERUM (*Coram ardentem*) DVERGI:

Vocant in ORCO HRÖDVDUM 57) (*Vaſtatorem*, *praecipitem*).

XXVII. VÍNGÞÓRR QVAÐ.

Segþv mer þat ALVÍSS
Öll of ravc ſíra
a) Vöromc *etc.*
Hve *b*) ſá VIÞR heitir
Er vex fyr alda ſonvm
Heimi h. i.?

XXVII. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id, ALVISI!
Omnes res viventium
Sentio etc.
Qui SYLVA *illa appellatur*,
Quae creſcit ſeculorum natis,
Orbe in o.?

XXVIII. ALVÍSS QVAÐ.

58) VIÞR heitir meþ MÖNNOM

XXVIII. *ALVISIUS CECINIT.*

58) VIDUS (*Sylva*) *dicitur inter* HOMINES:

a) Vörvm E. *K* finale interdum ex talibus reſecatur, euphoniae gratia.

b) *ſá*, deeſt in R. contra morem Auctoris.

55) *Frekr*, ab *at Frá* amare, cupere, cui Latina *precari*, et procari, forte adfinia ſunt, proprie notat *Avidum*, ut in Pavoemia: *Frekr* er hverr til fiörſins i. e. omnes vitae ſunt *avidi*; translate autem *Magnum* et *immodicum* notat, et eo ſenſu etiam *Avidam partem* poſuit *Lucretius*, pro *Magnam*, ut recte advertit *Dionys. Lambinus*.

56) Alluditur ad illud ſuperius Er *brenn fyr* alda ſonom. Et viſitur quoque hoc Vocabulum in *Nomenclaturis Eddae*. *Olavius* interpretatur, *omnia exurentem*, haud inepte: Poſſis etiam reddere, *ante ſe* (*v. obvia*) *urentem*.

57) *Hrapi* appellatur in *Eddae Nomenclaturis*, eadem ambiguitate, nam *ad Hrapa* eſt, et *praecipitare*, et *praecipitem* agi i. ferri: ſic et *Hravþnir* eſt vel, ab *ad-rydia* ruere (active), proſternere, vel ab *ad hraþa* properare; *Olavius* à priore derivat dum reddit *Conſumtorem*.

58) Forſan à *Viere* Latinorum, uti etiam *Lignum* ab *Ligando* deduxit *Iſaacus Voſſius*; et tum proprie dictum fuerit de *Materia vitili*, ſ. ad vinciendum apta; *translate de quovis ligno*. Convenit *Vönd*r Str. 6. quae vox ſcilicet eſt ab, *ad Vinda*, torquere, plectere, implicare: adde noſtrum *Vidia* catena, vinculum.

En *c*) VALLARFAX meþ Goþom.

Kalla *d*) Hlíþ-þáng 59) Halir.

Eldi 60) Jötnar.

Álfar 61) Fagr-lima.

Kalla *e*) Vönd Vanir.

At VALLARFAX (*juba l. ſeta campi*) *inter* DEOS:

Vocant HLID-ÞÁNG (*Clivorum arundinem*) INFERI 59)

ELDIUM. 60) (*Cremiale*) GIGANTES.

ALFI FAGR-LIMA 61) (*pulchra brachiatum*).

Dicunt VÖNDUM (*Virgam*) VANI.

XXIX. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segþu mer þat *etc.*

Hve ſú 62) Nótt heitir,

XXIX. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.

Qui 62) Nox *illa vocatur*

f) En

c) Ita Anon. in E. cui conſentit G. ſcribens *Vallarfags*. R. et Ceteri habent, *Vallarfar*, quod non exputo, quid ſibi velit aliud, quam *geſtamen* vel *onus campi*, ab *ad fara* portare; et tamen hic ſenſus contortus eſt, et parum oppoſitus: fort ſſe igitur poſterior pars per *a* durum legenda, *Vallar-fár*, tanquam *Peſtis campi*, quod *Sylva* inimica ſit ſegetibus et herbis.

d) Ita expreſſi pro eo quod in Libris eſt *Hlíþ-áng* aut *Hlíþ-áng*, ubi forte alterum þ excidit alias *Hlíþáng* exponi poſſit, *Clivorum delicium*. Hliþúng, G. ſolus, quaſi *è clivis oriundam*.

e) *Vond*, prava ſcriptione. R.

59) *Halir*, ab *Hel* infernus. neque hic debent pro *Hominibus* accipi, cum eos ſuo more in prima Stropha, neque temere alias ſoleat repetere. Ita *Egillus Skallagrimi Liotum pallidum* non ſemel vocavit *Hal*, quaſi *Morticinum* aut *Orcinum*, adludens ſcilicet ad cognomen iſtius Berſerki. Porro *Vocabula Sylvae* hac et praecedenti Strophe ſunt Poëtica, quod, ſaepius in hoc Carmine uſu veniens, ſemel animadvertiſſe ſufficerit, contra eos, qvi varias nationum Septrionalium Dialectos eo contineri arbitrantur.

60) Ita ſimplicius viſum eſt; non tamen improbo Verſionem *Olavii*, qui *Foetum creſcentem* reddidit, quando reſpectus foret, vel ad *Arborum* prae ceteris plantis *magnitudinem*, vel ad earum *longaevitatem*.

61) I. e. Ramis frondoſis fulgentem.

62) *Nótt*, fortaſſe a *νοτις* humor, unde *humida* appellatur *Virgilio* in ſecunda Æneide. Sunt tamen qui Graecum *νυκτα* ducant a *νυσσω* l. *νυττω* nempe ab acu ſoporifera, qua pungat animalia.

f) En 63) NAVRVI kenda,
Heimi h. i.?

XXX. ALVÍSS QVAÞ.

NÓTT heitir meþ MÖNNOM.
En *g*) NIÓL 64) med GOÞOM.
Kalla 65) GRÍMO GINREGIN.

Ó-LIÓS JÖTNAR,
ÁLFAR SVÉFNGAMAN.

Quae 63) NÖRVII *gnata cluet,*
Orbe i. o.?

XXX. *ALVISIUS CECINIT.*

NÓTTA (*Nox*) *dicitur inter* HOMINES:
At NIÓL 64) (*Alma*) *inter* DEOS:
Vocant GRIMAM 65) (*Larvam*) *Coelestes poteſtates:*
O-LIÓS (*obſcura*) GIGANTES:
ALFI SVEFN-GAMAN (*Somni voluptatem*):
Kalla

f) *Er* Anon. et L. i. e. *quam Nörvii filiam eſſe praedicavit*, minus apte.
g) Meþ goþvm Niót — *fructuoſa* v.l *beneſica*. L. S.

63) Cont. *Vaſþr. m.* XXV. 3. c. nota *Gr. Thorkelini.* Ex analogia Nominativus foret *Nörr*, quemadmodum *Hörr* Linum facit Dativum *hörvi*, et *hiörr* gladius, *hiorvi*. *Niörvi* autem et *Nörvi*, in nominandi caſu vocatur pater *Noctis* in Edda *Snorrii*. Utcumque ſit de varietate nominis, cognatum id credo Lat. *Nervus* et Sabino, *Nero* fortis.

64) Obſcura eſt notatio hujus vocabuli. *Nál* deduxi cum verterem *Corvicinium*. Vers. Ult. Str. 4. Sed cum *Olavius* ſcripſerit: "*Niól* herba angelica, jugiter alens, crediderim eum et *Hvanna niólar* fructum angelicae, et noſtrum praeſens *Niól* ad communem retuliſſe originem, nempe ad verbum *ad næra*, nutrire, fovere, recreare. De *Hvanna-nióla* hic non ſum ſollicitus, (is forte verius deſcendit ab Lat. *Nola* ob aliquam figurae ſimilitudinem, ſicuti *hvönn* à *Canna*); Verum iſtam originem *Niolae* (Noctis) eo lubentius amplector, quod ſciam *ad nælu*, hodie dici de iis, qui *reculam facere occipiunt*, ſive *tenues facultates minutim quaeſtu augere*; et quod *Nælingr* vocatur *Gramen primum à terra enaſcens*, ut me docuit quidam popularis meus. *Nox* vero ſine dubio vi alibili gaudet, cum ob humorem ſuum, tum ob quietem quam dat animalibus; et vocatur quidem ea ab *Orpheo* in Hymnis, *Genetrix Deorum* et *Hominum* et *cunctarum rerum*; item *Cypridos* (*Veneris*) nomine inſignitur. Litera autem *r* tranſit in *l*, in quibusdam vocibus, ut *jall*, *hall*, *á felli*, pro jarl, karl, á ferli, unde improbabile non eſt, id ei accidere poſſe etiam in aliis vocibus ubi *rl.* non concurrunt. Si tamen haec diſpliceant, videndum denique eſt, an *Niol* ſignificet *Nigram*, à Gr. μέλας, quemadmodum *Nilus* fluvius quibusdam derivatur à μέλας, et *Melas* antiquitus dictus fuiſſe traditur; item *Numa* Virgo monialis a μόνος.

65) Quod faciem univerſi Larvae inſtar obtegat. Sequens *Ginregin*, *Olavius* vertit, *Deluſoriae poteſtates*; ſed alterutrum, *Goþ* aut *Ginregin*, de *Diis coeleſtibus* accipiendum eſt, niſi dicamus Auctorem idem bis repetiſſe.

Kalla Dvergar *h*) Draum-niórvn 66).

Vocant Dvergi Draum-niórunam 66) (*Somnia nectentem*).

XXXI. VINGÞÓRR QVAÐ.

Segþv mer þat *etc.*
Hve þat Sáþ heitir
Er ſá Alda ſynir
Heimi h. i.?

XXXI. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui illa Seges *vocatur,*
Quam ſerunt gentium nati,
Orbe i. o.?

XXXII. ALVISS QVAÐ.

67) Bygg heitir meþ Mönnom.

En 68) Barr meþ Goþom.
Kalla Vaxt Vanir.
69) Æti Jötnar.
Álfar 70) Laga-staf.

XXXII. *ALVISIUS CECINIT.*

67) Bygg (*Hordeum*) *dicitur inter* Homines:
At Barr (*Germen*) 68) *inter* Deos:
Vocant Vaxt (*Fructum*) Vani:
Æti 69) (*Edulium*) Gigantes:
Alfi Laga-stafum 70) (*Liquorum ſtamen*):
Kalla

h) *Draum-mörvn*, corrupte. Anon. et *Olavius*, vertens: *Somniorum claritudinem. Draum-miorvn*, *Sveinſonii* Liber, nullo ſenſu.

66) *Ad nióra*, eſt *adſtringere*, *colligare*, *connectere*, auctore *J. Olavio* in Eddae Snorrianae Commentario, hodie, *ad Niörva* dici fertur eodem ſenſu; A. Sax. *Nyrvan* eſt coarctare. Poteſt tamen *Niórvn* dici *Nutrix*, ab *ad Næra*; ſed alterum illud verius exiſtimo.

67) A φαγω edo, quemadmodum et *Fagus*, Germ. *Buche*, nobis *Beyki*, ab eodem Graeco verbo ducitur Etymologis.

68) Aut etiam *far*, quod ipſum ab Hebr. *bar* frumentum deducit *Chriſtian. Becmannus* in *Originibus Latinis*.

69) Ob uſum ſuum inter cibaria praecipuum: Sic *Frumentum* a fruendo o: veſcendo quidam derivant.

70) Vel quod potulenta inde conſiant, vel quod Liquori incoctum ei robur addat, et ſortem reddat, vel quod humori ſuam debeat ſubſtantiam. Cum autem *Mare* ſupra dicatur *Lagaſtafr*, appellationem inde ductam videri poſſe, quod ſeges in agris, vento mota, maris fluctuantis praebeat ſpeciem, ingenioſe obſervabat *Theodorus Thorotti*. *Lága-ſtaf* legit *J. Olavius*, et vertit, *brevem baculum*. Sane in voce *Staf* adluſum eſſe poteſt ad *Culmum ſegetis*, quicquid tum de *Laga* ſtatuendum ſit; forſan *Lága* ſubſtantive legendum, i. e. *laminarum terreſtrium*, locorum depreſſiorum.

Kalla I Heliv *i*) Hnipinn 71).

Vocant in Orco Hnipinn 71) (*Coarctatum, incurvum*).

XXXIII. VÍNGÞÓRR QVAÞ.

Segdv mer þat *etc.*
Hve þat 72) Aul heitir,
Er drecca alda ſynir,
Heimi h. i.?

XXXIII. *VINGTHORUS CECINIT.*

Dic mihi id etc.
Qui illa 72) Cerevisia *vocatur,*
Quam bibunt gentium gnati,
Orbe in o.?.

XXXIV. ALVISS QVAÞ.

Öl heitir meþ Mönnom.

En meþ Ásom *k*) Biórr 73).
Kalla Veig Vanir.

Hreina lavg Jötnar.
En í Heliv Miöþ
Kalla Sumbl Syttvngs synir.

XXXIV. *ALVISIUS CECINIT.*

Öl (*Alimonium*) *dicitur inter* Homines:

At apud Asos Biórr 73) (*Potus*).
Dicunt Veigam (*Vigorem*, aut *Vim*) Vani:

Hreina-lavgum (*merum*) Gigantes.
At in Orco Miödvm (*Medum*)
Dicunt Sumbl (*Sorbile*, aut *Poculum*) Suttungo *ſati.*

i) *Hnipin.* S. male reſecto altero *n* finali.

k) *beór.* L. quod eſt cadentis orthographiae.

71) *Ad Hnipna*, eſt contrahi, comprimi, coarctari, aut ut quidam volunt, incurvari, quod videant periti agricolae, quomodo ad ſegetes applicari poſſit. *J. Olavius* videtur *Manipulum meſſis*, dum confert vocem *Knippi*, intelligere, cui opinioni ſuffragatur *J. Giſlavius*. Illud nolui omittere: Auctorem bene hanc vocem tribuiſſe *inferis*, nam Ager *Helae*, inferorum dominae, *Hnipinn* vocari traditur in *Edda Snorrii*.

72) *Avl*, ab alendo, et ſumitur hic laxe de quocunque potu fortiori: ita *Medus* vel *Nectar Deorum* vocatur *Avl* in Waſþr. m. xliii, 6. et à *Kormaco* Ögmundi, in Carmine quod pepigit moriturus; item *Minnis Avl*, potus memoriae firmandae, legitur in *Hyndlv-Liöþom.*

73) à Gr. antiquo πίω bibo, per praecipuam excellentiam, aut etiam à βίος vita, quaſi *Vitale.*

XXXV. VÍNGÞÓRR QVAÞ.	XXXV. *VINGTHORUS CECINIT.*
I eino brióſti	*In uno pectore (corde)*
Ec ſác aldregi	*Ego vidi numquam*
Fleiri 74) forna ſtafi,	*Plures 74) antiquitates.*
l) Miclom tálom	*Magnis dolis*
Ec qued *m*) teldan þic	*Ego praedico deluſum tē.*
Uppi ertu Dvergr um dagaþr.	*Supra tellurem es nane a die depre-*
	henſus (oppreſſus),
Nv ſcinn *n*) ſól í *o*) ſali.	*Jam ſolis jubar intrat in aulas.*

l) *Miclo táli*, in ſingulari. Anon. Poteſt et legi *tali*, et ſenſus ſit; *multiloquio*, ſc. tui ipſius.

m) Antique, pro *taldan*. taldan, *perſuaſum inductum*. L. S. inepte, niſi talum *ſermonibus* antea legatur.

n) *Sunna* Anon. G. *o*) *Sala* vetuſta flexione. G. L. S.

---

74) Merito dixit *Forna*, cum pleraque vocabula, ab *Nano* recenſita, in ipſa rerum, quas deſignant, natura quodammodo ſuam habeant originem, quod multis in locis oſtendere conatus ſum. Notetur ſimul grave teſtimonium (utpote divinum) de vetuſtate Linguae Septentrionalis.

FIOL-SVINNS MAL.

Suipdagus, juvenis, ut videtur, illuſtri genere natus, deſponderat ſibi virginem regiam, nomine *Mengladam*, ante vero, quam nuptias cum ea iniret, è terra profectus eſt neſcio quo, veriſimiliter tamen in expeditionem piraticam aut bellicam, ubi ad morem priſcae nobilitatis rem ſibi et gloriam quaereret. Interea credibile eſt multos extitiſſe, qui pactam ſuam illi abſenti eripere conati fuerint, aut ſaltem pudicitiam ejus ſolicitarint, quos non modo repudiaverit illa, verum ne ad colloquium quidem admiſerit; arcem autem, in qua ſe continebat ipſa, ſcilicet fuiſſe egregie munitam, cum operibus, tum virorum praeſidiis, ad defendendam procorum violentiam; flamma certe, quaecunque demum ea fuerit, cinctam fuiſſe arcem, colligi poteſt ex II. 3. forſan etiam ex XXXII. 2. ſeqq. *Suipdagus*, poſt longuiſculam abſentiam redux, ſponſae nec opinanti ſupervenire ſtatuit perſonatus, eo probabiliter conſilio, ut ejus in ſe fidem exploret, de qua fortaſſe aliquid per rumorem inaudierat. Adveniens igitur ad portam, incidit in *Fiölſvidum* quendam, qui ibi praeſidium egiſſe videtur; hic eum conviciis excipit, et ab introitu arcet. *Suipdagus*, quanquam abire juſſus, non obtemperat, ſed, poſtquam ex *Fiölſvido* certum cognoverat, arci iſti praeſideré *Mengladam* ſuam, tum coepit ei quaeſtiones quasdam proponere ſive verius aenigmata; quae quidem *Fiölſvidus* promte diſſolvit; at nihilo minus eorum argumenta nobis hodie ſunt obſcura; ea obſcuritas in re cubat, non in verbis; nam etſi haec quoque interdum multa caligine ſunt involuta, iſta tamen caligo, ope ſedulae meditationis, ab homine linguae non ignaro aliquatenus poterat diſcuti. Praedico igitur Lectori, ne ullam argumenti interioris plenam

nam expoſitionem, in iſtorum aenigmatum interpretatione, exſpectet, ſed ſenſum verbalem quam poteſt ſtricte et fide expreſſum: et ſane, ſi, quod res eſt, exiſtimemus, noſtrum, qui Linguam veterem prae aliis ſcire deberemus, praecipuum hoc eſt officium; ſic alii, quibus plus eſt temporis, eruditionis et acuminis, quamquam de cetero Linguae minus gnari, noſtra qualicunque auctoritate et (quae non minima interpretis virtus eſt) probitate ſubnixi ac freti, operam tutius, facilius et fructuoſius, collocare poſſunt, in rerum abstruſiorum, quae priſcis monumentis continentur, ſcrutiniis et enucleationibus tentandis. Sed ad rem redeo:

Si quis igitur ex me quaerat, quid opiner de argumento iſtorum problematum? aut quo conſilio et cui bono ea poſuiſſe credam *Suipdagum?* Reſpondeo ad primum; tria ſuper argumento probabiliter poſſe conjici: 1) Quod contineat varia ex abscondita mythologia, quae aut nunquam alias fuere literis conſignata, aut conſignata quidem, ſed quae hodie aut potius jam dudum, interciderunt. 2) Quod quaeſtiones iſtae verſentur circa res actu exiſtentes, quas aut tum oculis ſuis uſurpavit *Suipdagus*, aut de quibus fama inaudierat; nempe ad aulam reginae et ejus munimenta atque ornamenta cum pluribus eo pertinentibus, quae omnia callidus veterator *Fiölſvidus* miraculoſe exaggeraverit, ad terrorem et ſtuporem percontatori incutiendum. 3) Quod neutrum forte horum ſit, ſed ficta quaedam temere et ſine fundamento a *Suipdago* ponantur problemata, tanquam qui tentare velit acutum *Fiölſvidi* ingenium, quod hic ſupra de ſe praedicaverat; *Fiölſuidus* autem, quaſi de rebus ſeriis non nugatoriis quaeſtio ſit, tam argute ad omnia reſpondeat, ut inſcitiae nuſquam queat argui, imo omnibus miraculi quandam ſpeciam inducat. Haec mea eſt opinio; nunc eligat quiſque quod maxime animo lubet ſuo, aut per me, ſi ita mavelit, putet omnia illa tria in iſtis problematibus mixtim contineri.

Quod porro ad alterum attinet; quo nimirum conſilio iſtae quaeſtiones fuerint poſitae, et qua veriſimilitudine *Fiölſvidus* eas tam patienter ac libenter audierit et expedierit? De eo quidem ſic ſentio: *Suipdagus* ab introitu repulſus, et con-

tumelioſis dictis discedere iuſſus, reſtitit tamen perſeveranter (ne ſuo ſcopo ſcilicet excideret, qui erat amatae ex improviſo ſupervenire, et fortaſſe etiam, quae de hujus in ſe fide narrata audierat, penitis cognoſcere, ante quam ad eam veniret); id ne ex mora pervicacia ac temeritate facere videatur, ſimulat ſeſe cupidum eſſe erudiri a *Fiölſvido*, ſapienti homine, ſuper rebus abſtruſis et ſibi incognitis: ea occaſio doctrinae ſuae, aut arcanarum rerum ſcientiae, ſive verae ſive fictae, oſtentandae, Fiölſvido grata ſcilicet atque jucanda accidit, more hominum quidem, quibus ingenii ſui et doctrinae laus ſuavis eſſe ſolet. Atque hac adeo ratione ad ſuum ſcopum pervenit *Suipdagus*, nam veniam manendi ac diſcendi nactus, eo usque immorabatur quaeſtionibus, dum, quaſi aliud agendo et inobſervate ad mentionem amorum Mengladae delapſus, comperiret neminem praeter ſe virum illius thalamo deſtinari. Tum vero demum indicat ſe, et ſtatim intromiſſus ab amica obviam exeunte, poſtquam ea certum cognoverat qui eſſet, cum gaudio accipitur. Res vere geſta, an ad veritatis imaginem conficta, in hac Oda narretur, aliis exiſtimandum relinquo; quamquam prius, meo quidem animo, nihil in ſe habet improbabile.

FIÖL-SVINNS-MÁL.

I.

Utan garþa *a*)
1) Han ſá upp *b*) um koma
c) þvrſa 2) þeóþar *d*) ſeót;
3) Urgar brautir

MULTISCII FABULA.

I.

Extra muros (palatia)
1) *Ille vidit exoriri*
2) *Giganteae gentis cohortem:*
3) *Humidas (per) vias*

e) Ar-

a) Sequens *Han ſá* huc transfert *Sveinſonii Liber* in E.

b) *upkoma* L. S. male reſpectu metri.

c) Þvrs *á*, div ſim, aliquando conj ci, ſenſu tali: *Ille (Fiölſvidus) vidit gigantem adſcendere populatem ſedem*, i. e. *Suipdagum*, gigantis ſpeciem referentem, aut perſonam repraeſentantem.

d) *ſiót*. E. idem. *Siól*, obſcure. Anonym. in E.

---

1) *Suipdagus* opinor, portae adpropinquans. *Upp koma* ſurgere, aut prodire ex loco occulto, ubi forſan delituit praeſidium iſtud, ut advenas nec opinantes ſubito exciperet. Sed nolui diſſimulare, illud *Hann* eſſe poſſe Accuſativum, quando ſenſus fuerit: þurſa þióþar *ſiót ſá hann upp um koma*, aut *Hann ſá* impersonaliter ð: *ſaz koma upp um* þvrſa þióþar *ſiót*, i. e. *Praeſidium giganteum vidit eum (Suipdagum) coorientem* ð: *ſubito e depreſſiore quodam loco*, aut *cavo quodam telluris, ubi ſe forte abſconderat, emergentem l. exiſtentem*; vel, *Vidit eum a mari adſcendentem*; nam navi adveniſſe eum videtur colligi ex Str. 4. 5. Aut denique ultimo verborum poſitu ad miſſo: *Videre erat eum (Viſus eſt ille) ex ſede gigantea emergere*, i. e. ex terra, intra fines gigantum, vel gigantibus habitata; quoniam vero *Sedes gigantum* nihil aliud revera ſunt, quam *Saxa*, hinc etiam poſſit ultimi ſenſus eſſe: *Viſus eſt per ſaxa* i. e. *murum ſaxeum adſcendere*, eo ſcilicet modo arcem intraturus cum portas clauſas inveniret. Sane principium Odae nimis abruptum eſt, unde magna mihi eſt opinio, Librarios recentiores, ex nota ſua decurtandi libidine, prologum ejus, ſive Introductionem proſaïcam, penitus reſecuiſſe.

2) Praeſidium regiae virginis ex gigantibus conſtitiſſe potuit, et ejus praefectus eſſe *Fiölſvidus* noſter, quin et ipſa regia virgo giganteae ſtirpis forte fuerit, nihilominus ea poterat ab homine amari moratiore, cujus rei exemplum habemus in *Gerda* et *Freyiera*, *Snæfrida* et *Haraldo pulchricomo*.

3) Poteſt quoque verti, *Tritas*. Haec autem co hors praeſidiaria inclamat advenae aut ſi mav cohortis praefectus.

e) Arnaþo f) aptr heþan;
g) Áttattu her h) vernaþar vanr
4) vera.

Te retro age hinc;
Non eſt tibi hic 4) *egene! manſio.*

II.

5) Hvat er þat flagda,
Er ſtendr i) for forgörþvm,
Ok hvarflar(vm) k) hættan loga?
Hvers þú leitar?
Epa 6) hvers þú l) á leitvm ert?
m) Epa hvat villtv vinlauſs vita?

II.

5) *Quid iſtuc eſt monſtri,*
Quod adſtat ante moenia (propylæa),
Et oberrat ancipitem flammam?
Quid (Quem) tu quaeris?
Aut 6) *cujus tu in quaeſtione es?*
Aut quid vis, inviſe! ſcire?

III.

e) *Arna þú*, diviſim. E.

f) *apt.* E. et plures in ea Collatione. ſuſpecte. g) *attattu* per unum *t* male S.

h) Ita omnes Libri, praeter S. in quo eſt *Verndar*; et *Verndar vanr* foret *praeſidii* aut *munimenti inops*, *indefenſus*, *inermis*. Deinde *Vanr vera* in Stropha ſibi ſeorſim collocat E. metro invito. i) *fyrir*, Omnes praeter L. et S.

k) Hæſtan, *altiſſimam*. L. et S. in margine. *Hæstan loga*, male in Stropham diſtinctam ſeponit E.

l) *á leit om*, diviſim Anon. L. quando *om* παρέλκον eſt, ſenſu eodem. *Altom.* E. monſtrum vocis. m) Hanc ſtropham diſpeſcit E. in duas, prave.

---

4) Ad verbum: *Fortunarum expers* Credibile eſt *Snipdagum* geſtaſſe perſonam mendici, ut in caſu ſimili feciſſe conſtat *Thorleifum Jarla-ſkálld*, et *Hallfredum Vandræda-ſkálld*, *Odinum* quoque ipſum in perſona mendicabuli circumiſſe, notum eſt eſt *Loka-glepſa*.

5) Haec *Fiölſuidus* advenae loquitur reſtiranti. Str. 3. intelligendus eſt ille in priſcis Fabulis nomine quam re notior *Vafr-logi*, de quo meam opinionem aperui, arbitror, ad *Skirnisför*.

6) Idem fere bis dixit. Sed Species eſt Figurae Epizeuxeos, ad ordorem interrogantis deſignandum. Sic in *Helga Qu. Hadlinga ſkatu*:

Hve þic (þú) *beitir* —?
Hve *þic calla* canir?

In *Fafnismálum* ſub initio:

Hverivm ertv ſveini um borinn?
Hverra ertv manna mavgr?

Quanquam ibi aliqua eſt differentia, nam prior Str. de *parente* capi poteſt, poſterior de *Stirpe*. Infra XLVII.

Hvaþan þú fört?
Hvaþan þú *faur georþir?*

Ita in *Get-ſpeki Heidreks*:

Heiman ec *för*,
Heiman ec *ferþadiz*,

In *Brynhildar-Quida*:

Lengi ec *ſvaf*,
Lengi ec *ſofinn var*.

Ennius

III. (KOMV-MAÞR QVAÞ.)

Hvat er þat flagþa)
Er ſtendr *) fyri forgarþi,

Ok n) Dyþrat o) líþendvm 7) p) löþ?

q) Sæmdar r) orþa lauſs 8)
Hefer þv ſeggr s) of lifat.
Oc haltv heim heþan.

III. (*ADVENA CECINIT.*)

Quid iſtuc eſt belluarum
Quod ſtat ante propugnaculum (veſtibulum)
Et non offert 7) viatoribus hoſpitalitatem?
Honeſta fama carens 8)
Garrule! vixiſti;
Sed recipe (amolire) te domum hinc.

N n IV.

*) for ſkíþgardi — *ligneam ſepem.* L. S. obiter noto, *ad ſtanda for*, in Textu, poſſe reddi: *defendere*, *aditum* l. *tranſitum prohibere*, ut apud *Virgil.* in Sexta Aeneide: *Stabat pro* templo. et in *Fóſtbr. ſaga:* Eigi mun þinn eidr *fyri honom ſtanda*, tuum patrocinium eum *non tuebitur.* n) *biþrat*, *i* tenui. S, quod foret, *non precatur.*

o) Líþöndvm, *idem*, recta etiam Dativi flexione. *Sveinſon.* G. *Lyþondvm.* E. *clamantibus.* ſed potius credo corruptum eſſe ex altero. || *lifendvm lífs.* Anon. et S. in margine. i. e. *Viventibus ſalutem* non optat ɔ: homines non ſalutat.

p) loþ. *Sveinſon.* S. ſcriptione ſaepe mihi exploſa. *Lyþ.* Suec. eodem ſenſu, nam *au*, *ö*, *et y* ſaepe inter ſe variant; alias foret *populo*, qui ſingularis collectivus recte, arbitror, conſtruitur cum plurali *Líþendom*, et ſenſus exiſtit: *Non invitat errantem (commeantem) populum.*

q) *ſeimdar* Anon. licita, puto, dyphtongorum variatione.

r) *orþ-lauſs.* E. ſed nec Hyphen nec contractio hoc loco placet.

s) of-lifat, *nimis diu vixiſti*, adeo ut tandem tempus ſit meliorem famam ſectari. ſatis commode. E. *et* Coll.

Ennius, apud *Ciceronem* in Bruto:

Qui tum *vivebant* homines, *aevumque agitabant.*

Haec mihi ſic videbantur, quanquam non incommode vertere poteram: *Quid ſpecularis? leitvm* ſcilicet, pro *Litum adſpectibus*, capiendo. Eſt quidam, qui ſenſum eſſe putat: *Quis te quaerit?* ſed non arbitror eum ſenſum cum ſermonis genio conciliari.

7) Cum ſe unum ſignificet, invidiae tamen augendae gratia, indignantium more, numero plurativo utitur.

8) Ob inhoſpitalitatem ſcilicet, quae in magno probro habebatur apud majores; quaſi dicat: *Nunquam in vita tua ſecundam tibi famam conciliaſti, credo, cum adeo ſis inhoſpitalis.* Venit tamen in mentem, hanc poſteriorem Verſus partem *Fiölſuidi* perſonae poſſe tribui, qui nunc, praeter convitia, necem etiam latenter minetur advenae, niſi diſcedat.

IV.

Fiöl-svipr ec heiti.
Enh ec á fróþan *t*) ſefa.
u) þeigi ẽm ec mínſ mildr matar.
Innan garþa *x*) þv kemr.
y) Aldr eigi
Oc drif þú *z*) nu vargr (þ) at vegi.

IV.

Polysophus (Multiſcius) *adpellor:*
At poſſideo prudentem animum;
Non ſum ego mei largus cibi.
Intra moenia tu penetras
Ætatem nunquam.
Adeo abripe te jam ſcelerate! (profligate) hinc.

v. (KOMV-MAÞR QVAÞ.)

9) Augna gamans
Fýſir *æ*) aptr fán,
Hvars han getr *a*) ſvaſt at ſiá.

Garþar glóa mer þickia

v. (*ADVENA CECINIT.*)

9) *Oculorum in deliciis*
Retro cupit paucus,
Sicubi contingit ei ſuave quicquam cernere.
Septa mihi ſplendere videntur

Of

t) ſæfa *idem.* S. conf. *Vegt. Qu.* III. 3.

u) þeygi *er* E. prius ſuſpectum eſt, quanquam eſſe poteſt contractum þóeigi, *tamen non.*

x) Haec ad ſequentem Stroph. referunt L. S. *Sveinſon.* et *Suec.*

y) her *hic* vel *huc*, inſerunt omnes praeter L. et S. male conſulentes numeris. Deinde *Aldr eigi* disjunctim poſui, auris meae judicium ſequutus, et ut rhythmum laborantem juvarem; nam Libri conjunctim obtrudunt, *aldregi.* *z*) *nú*, ignorat S.

(þ) af veigi, *e medio.* L. S. ſed illud *Veigi*, per *i* intruſum, corrupte. *At Vegi* autem, *in viam*, nihil aliud eſt, quam notum illud, *á braut*, *burt*, Germ. *weg.*

æ) *apti at fá.* L. et S. in marg. i. e. *Lubido* quaſi *vinculo adſtringit, oculorum deliciis fruendi, ubi cui contingit ſuave* etc. ita nempe *apti* pro *hapti* capio, et *Han* deinde, pro *Nockurr* l *Maþr*, ut in *Edda Snorr.* Fab. XXX et in *Grá-gáſa* ſnepe.

a) ita optime Anon. et *Sveinſon.* haud procul aberravit G. in quo eſt *ſú aſt.* Sed ſóaſt, *conſumi* inter videndum, *Videndo immori.* E. Peſſime, *huae*, pro hvaſt *acriter*, L. S.

9) I. e. ita hominum natura eſt comparata, ut res adſpectu jucundas aegre poſſint relinquere. Et illud *Augna gamans*, per genitivum loci vel ſtatus, compendioſe modo poſitum eſt, pro eo quod eſſet, þar *ſem augna gaman er, ubi deliciae ſunt oculis.*

Of gullna ſali:
Her *b*) mvnda ec *c*) epli vna.

VI. FIÖL-SVIÞR QVAÞ.

Segþv mer *) hverivm
Ertu ſveinn *d*) ofborinn?
Epa hverra ertv *e*) manna mavgr?

VII. (KOMV-MAÞR QVAÞ.)

f) VINDKÁLDR 10) ec heiti.
g) VARKÁLDR het minn faþir.
Þeſs var *h*) FIÖLKALDR faþir.

VIII. VINDKALDR QVAÞ.

Se þv mer þat FIÖL-SVIÞR
Er ec *i*) þic fregna man
Oc ec *k*) vilea vita.
l) Hverr her ræþr,

Circum aureas aulas,
Hic (mitae) forti adquieſcerem.

VI. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

Dic mihi, quo (quibus)
Es adoleſcens genitus (parentibus)?
Aut qua ex ſtirpe prognatus es (homo)?

VII. *ADVENA CECINIT.*

10) VENTIGELUS *ego vocor:*
VERNI-GELUS *vocabatur meus parens:*
Ejus erat MULTI-GELUS *genitor.*

VIII. *VINDKALDUS PERGIT.*

Dic mihi id, FIÖL-SUIDE!
Quod ego te rogabo,
Atque velim ſcire:
Quis hic potitur,

b) *Mundac.* L. S. *c*) elldi, *foco* s: domicilio, aut *vitae ætati. Sveinſon.* haud ineleganter.

*) Iſtud *Hverivm* commodius forſaſſe referretur ad Stroph. ſequ. nam numeri hujus Str. poſſent lenta pronuntiatione ſuſtentari.

d) *borinn.* G. S. metro refingante. *e*) Haec male in Stropha ſibi ſeorſim ponit E.

f) Vindkálfr — *Vitulus.* L. et S. in margine. Sed *Kaldr* tuetur ſeſe, per nomina reliqua.

g) Valkaldr, *Lethi-gelus.* Anon.

h) Fiöl-kvaldr *Multi-crucius*, aut *Multi-nex.* L. S. quod damno, ob rationem ſub *f.* modo allatam.

i) þic, male abeſt ab S.

k) vilda *vellem*, in Praeterito Imperf. Omnes, praeter L. S.

l) *Hver.* Omnes. quod foemininum eſt. nam recentiores talia amarunt confundere.

10) Fictis hiſce nominibus videtur ſignificare, ſe ex *Hrim-thurſis* ortum eſſe. *Var-kaldr* etiam poſſet reddi *Cauti-gelus*, quaſi *periculoſo frigore praeditus*, aut id *perpeſſus*, ei *adſuetus.*

Oc *) rîki *m*) hefir,
11) Eign oc *n*) aud-fölvm?

Et regnum poſſidet,
Re et 11) *opum erogationibus?*

IX. FIÖL-SUIÞR QVAÞ.

12) MEN-GLAVÞ *o*) of heitûr,

Enn-hana móþir of gat
Viþ SVAFR *p*) ÞORINS ſyni:

Hon her *q*) ræþr,
Oc rîki *r*) hefir,
Eign oc auþ-ſaulvm.

IX. *FIÖL-SVIDUS CECINIT.*

12) MENGLADA (*Monili fulgens*) *nomine cluet,*
At illam mater quidem genuit
Cum SVAVO (*Vibrante aut Terſo*)
THORINI (*Confidentis*) *filio:*
Ea hic potitur,
Et regnum poſſidet,
Re et bonis erogandis.

X. VIND-

*) Her *hic* inſerit Svec. tautologia non vituperanda.

m) Hefr, *tollit* E. et plures, improba, ſed hodie uſitata, confuſione. *Styrir (ſtîrir* male per *i)* gubernat. S. L.

n) *Audſaulon*, ſuſpecte, eodem ſenſu. L, G. Auþſælvm, *forte beata, fortunis lautis.* S. in marg. et Anon. in E.

o) *ofheitir* et Str. ſequ. *ofgat*, improbe conglutinant Omnes Libri. Totus autem hic verſus exulat in G. mira oſcitantia Librarii.

p) Þornis. E. tanquam *Spinoſi* aut *Pungentis*, aut *Torrefacti*, quo ultimo ſenſu adluſum poſſet videri ad nomen gentilitium *þurs.*

q) *ræþir.* E. pro *ræþr*, peſſime. *r*) *ſtîrir*, ut ſupra. L. *ſtyrir.* S.

---

11) *Salaria* videntur intelligi, ſive *liberalitates*, quae princeps miniſtris praebet pro miniſterio, mercedis nomine. Licet tamen *quoslibet ſumtus* intelligere. *Snorrius* in *Clave* ultima:

Nioti arfs
Oc *aud-ſala*
Konvngr oc jarl

Ubi itidem mihi ambiguum eſt, quo ſenſu illud *audſala* ſit capiundum. Haec autem Strophe cum 4ta in ſenſu cohaeret; at 5ta Str. ſpeciem habet Parentheſeos.

12) *Menglöd*, puellae giganteae nomen proprium eſt, in þætti *Orms Stórólfſonar. Mengladar*, n. pl. mulierum appellatio occurrit in *Grôu-galdr.* Deinde *Svafr*, nomen proprium fictum tyranni cujusdam, ſeu hominis violenti, occurrit quoque in *Sólarliôþum.*

x. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer *s*) þat FIÖL-SVIÞR
Er ec þic fregna *t*) munc
Oc. e. v. v.
Hvat sú *grind* heitir,
Er meþ goþvm *u*) sá-at
x) Menn *y*) it *z*) meira (þ) forat 13)?

x. *VINKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖL-SUIDE!
Quod te percontabor egomet
Atque v. s.
Quod nomen habet ea IORIS,
Qua inter Deos non viderunt
Animantes majorem 13) *dolum.*

xi. FIÖL-SVIÞR QVAÞ.

a) ÞRIM-GIAVLL hon heitir,
Enn hana þrír gerþv

xi. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

THRIM-GIALLA (*Tonitrui in modum resonans*) *ea nuncupatur:*
Illam autem tres fabricarunt

s) S. et G. ut chartae parcant et tempori, credo, hic et semper in sqq. omittunt, þar *Fiölsv.* et duas Strophas sequentes; atque hoc quidem loco statim subjungunt: *Hvat grind heitir.*

t) *Munt*, in secunda persona. E. sine ulla Lectionis varietate adnotata, unde facili negotio restituebam, quod in Textu visitur.

u) *Sá at* E. S. G. *Siá at*, in verbo praesent. *Sveinson.* Et improbe omnes avellunt suffixum negativum *at*, a verbo suo. || *Sú at*, corrupte, et sine contextu cum ceteris. L. et S. in marg.

x) *Men*, suspecte. Omnes Libri. *y*) Ita S. solus. *hit.* Ceteri.

z) *mera*, E. *merra*, pro mærra, *clariorem*, *insigniorem*, magis inclytum, p sset ferri; *imo etiam positivus Mera* hoc sensu: *qualem insignem dolum ne quidem inter Deos viderunt.*

(þ) Forat (i. e. Forráþ). *Sveinson* quod, si quicquam aliud quam mendum est, notabit *portentum*, *miraculum*, *immane quoddam*, aut *quomodo unque praeter alia insigne.* Nam *forráþ* proditio, sive potius *forráda* prodere, Danice sapit; neque id memini videre usquam apud antiquos scriptores. || *Foral.* G. corrupte. sed *Forald* non displiceret, eodem significatu.

a) *þrymgiaull.* G. *þrim-gavll* L. et S. in marg. notione posterioris partis eadem.

---

13) Ita eam vocat, aut artificiosam fabricam, quomodo *Smid-veiar* vocantur ingeniosae et reconditae artificum technae, aut ideo, quia ignaros viatores fallit xl. 3. seqq.

14) SÓLBLINDA ſynir:
a) Fiöturr 15) faſtr *b*) verþr
Viþ faranda hvern,
Er hana *c*) hefr frá hliþi.

14) SÓLBLINDO *ſati:*
15) *Compes adfigitur*
Viatori cuique,
Qui iſtam levat ab oſtio.

XII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat FIÖLSVIÞR
Er ec *etc.*
Hvat ſá *garþr* heitir,
Er meþ goþvm *d*) ſá-at
e) Menn iþ meira *f*) forat?

XII. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖLSUIDE!
Quod ego te etc.
Quid nomen ſit aggeri (*domui*) *iſti,*
Quo (*qua*) *inter Deos non viderunt*
Mentes majorem dolum?

XIII.

a) Hoc eſt ex mea conjectura, cum plurimi Libri habeant *Fiötrar* in plurali, quod nullo modo conſtrui poteſt cum adjectivo *Faſtr* in ſingulari; Verum ſi hoc in *faſtir* (pluralem) mutaretur, procederet forſan conſtructio nominum pluralium cum verbo ſingulari, per Hellenismum, ut in *Eddae Codice Wormiano: Er* viþ þat *baugſkilldir kendr.* || Flötr L. et S. in marg. id depravatum credo ex *Fiöturr*, quod Librarius forte ignoravit in genere maſculino dici, cum tamen vix aliter viſatur in Libris idoneis. Alias *Flötr* eſt *planities;* unde ſenſus eſſe quiverit: *ſolo adfigitur viator* ɔ: immobilis haeret; aut *Flötr* eſt *coſta l. ſcapus clathratae foris*, cui per miraculum quoddam *adhaerere* dicit viatorem; et in utroque ſenſu eſt Species Hypallages: *Flötr verþr faſtr viþ faranda*, pro *Farandi — viþ flöt.*

b) *verþr* in Stropham ſequ. transferunt L. S.

c) *hefir*, tanquam ſit ab *hefi* habeo. S. *Sueinſon* ſuſpecte.

d) *Siá at*, ut ſupra. *Sueinſon.* G. *Siát*, corrupte. E.

e) Meir, *magis*, inepte; aut *ulterius*, *in futurum.* E.

f) Forrat. *Sueinſon* ut ſupra, et hic etiam. G.

---

14) Verbo: *Solem occaecantis* ɔ: *obſcurantis*, quo neſcio quis validus incantator deſignaretur; aut etiam: *Ad ſolem caecutientis*, quo innueretur poteſtas aliqua lucifuga, *Nátttröll.*

15) Veterator videtur argutari, occultam quandam vim magicam eſſe in iſta fore, qua defigantur extranei, et immobiles e loco reddantur, tanquam compediti, qui eam adlevare ſuſtinuerint. Non poteram reddere: *Compedes inſiciuntur*, ſcilicet tanquam nocenti, (Som en Forbryder l. Misdæder), id enim ex verbis Textus non videtur ſequi.

XIII. FIÖL-SVIÞR QVAÐ.

16) GAST-RÓPNIR heitir;
Enn ec hann giörvan *g*) hefk
Or *h*) leir-brímis 17) limvm,
Sua hefic 18) ſtuddan,
At han ſtanda man
Æ meþan avld lifir.

XIII. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

16) GAST-ROPNER *dicitur:*
Sed eum ſtruxi egomet
Ex limi cocti 17) *fruſtulis:*
Ita eum 18) *ſtatuminavi (ſtabilem feci)*
Ut ſtaturus ſit
Semper dum ſeclum ſupereſt.

XIV. VNDKALDR QVAÐ.

Segþv mer þat FIÖLSV. *etc.*
Hvat þeir GARMAR heita
Er gifvr *i*) rekar
k) Giörþv fyri löndin *l*) lím 19).

XIV. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖLSVIDE! etc.
Quid iſti CANES *appellentur*
Qui monſtra gigantea abſpula (profuga)
Reddiderunt, (et ſunt) agris 19) *tutelae.*

XV. FIÖLSVIÞR QVAÐ.

GÍFR heitir annarr,
En GERI annarr,

XV. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

GIVUS (*Avidus*) *vocatur alter,*
At GERIUS (*Vorax*) *alter;*

Ef

g) hiſc. *Sueinſon.* nempe corruptum ex altero, *Hef.* S., male. *h*) *Leir-brims* Suec. E.

i) *reka* E. Anon. Suec. quod aut eſt, *pellunt*, *propulſant*, aut infinitivus eſt ejusdem verbi, qui connexus cum ſequenti Verbo periphraſtico, *giörþv*, ſonat, *propulſarunt*, *abſpulerunt.*

k) *giörþa.* Omnes, praeter L. et S. ſenſu nullo, qui cum cereris queat conſiſtere, niſi pro *girþa* poſitum accipiamus, quando *giorþa fyri löndin*, foret, *agros (fundos, villas) praeſepiunt* i. e. *praemuniant.*

l) *Kiur*, aut forte potius kuír *ſepta*, *munimenta*. E. ſolus; adliterationi repugnanter.

---

16) *Gaſt* pro *kaſt* jactus, ſtructura argeris, nam dicimus *ad kaſta*, pro *hlada* jacere, ſternere, ſtruere. *Að rópa* clamare, *raupa* (ex eodem paullum variatum) jactare. Unde nomen hoc ficticium ſonat: *Structuram (ſuam) clamans* aut, *eâ ſe jactans*, o: eximie ſtructus (ſtructa).

17) Sive *maſſis*; aut etiam, *elementis* vel *particulis ſubtiliſſimis*; aut denique *coagmentis*, ab *Lif* coagulum. nam vehementer ambiguum eſt, quid iſtud *Limum*, ad verbum *Membris*, in Textu ſonet. Quodſi, per *i* grave legeretur, *Límum*, foret *glutinibus*, *glutinamentis*, id eſt *coagmentis*, ut modo conjeci.

18) Miraculum opificio addit, cum id, ex materia tam fragili, tam firmum et durabile praedicat.

19) *Lím* cepi pro *lif* i. e. *hlif*, cum nullus alius ſenſus ſuppeditet, permutatio autem elementorum *l* et *m* nota ſit.

Ef þú villt þat vita
Varþir *m*) ellífv 20)
n) Er þeir *o*) varþa
Unz rivfaz regin.

Si tu cupis id ſcire.
Cuſtodias 20) *undecim*
Illi quidem tuentur,
Donec intereunt poteſtates.

XVI. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat Fiölſv. *etc.*
Hvart *p*) ſe manna nockut,
Þat er megi *q*) inn coma
Meþan *r*) ſókndiarfir ſofa?

XVI. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id Fiölsvide, *etc.*
An ſit hominum quicquam,
Quod poſſit intrare
Dum invadendi audaces (petulci) dormiunt?

XVII. FIÖLSVIÞR QVAÞ.

21) Mis-ſvefni mikit
Var þeim *s*) miöc of lagit,

XVII. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

21) *Diverſitas ſomni multa*
Illis ſane ſortito obtigit,

t) Síþan

m) Ita *Sveinſon.* ſolus; ad originem propius. *Ellefv*, more vulgari. Ceteri.

n) *ef*, Suec. fortaſſe depravate ex *es* pro *er*; quanquam diffitendum non ſit, *ef* etiam pro *at* poſitum inveniri, ut in *Hryggiar-ſtycki:* þórarinn *baþ ef hán mvndi blyþa*, — rogavit *ut audiret* carmen ſuum.

o) verþa, *exiſtunt*. G. quando praecedens *Varþir* notaret *cuſtodes*, et diceret ſycophanta, *Canum numerum ad* XI *auctum iri intra finem ſeculi.*

p) *fe*, mendoſe. E. Et *hvart*, ad antiquum morem, poſui ante, cum omnes Libri oggerant Hvert, confuſione recentioribus ſolenni.

q) um koma, *tranſire*, *praetergredi*. Suec. melius forte, *inn um koma*, ut *um* abundet, more ſuo. *r*) *ſök-diarfir*, ſuſpecte. S.

s) *Miöc lagit*. Plurimi Libri, *of lagit* I. S. accentui metrico non conſulentes. Ego utrumque conſervandum cenſeo, neque probo *Sveinſonii* ordinem hunc: Mis-ſvefni mikit Var þeim miöc lagit.

---

20) Novum miraculum, cum canes iſti non niſi duas cuſtodias uno tempore agere poſſe videantur. Sed poteſt tamen de diverſis cuſtodiarum vicibus accipi, ut dicat loca omnino undecim canibus iis eſſe ſeruanda, non ſimul et ſemel, ſed unum poſt alterum; atque id in orbem, ut undecima cuſtodia obſoluta, ad primam recurratur.

21) Intelligendae ſunt ſomni viciſſitudines, ſive diverſa ſomnum capiundi tempora, ex Stropha 4. et 5.

t) Síþan þeim vár u) varþſlavitvþ;
Annarr of nætr ſefr
x) Enn annar of daga
Ok y) kemt þá (z) vættur (þ) ef
þá kom 22).

Ex quo iis erat cuſtodia delegata:
Alter noctu dormit,
Alter autem interdiu;
Atque adeo penetrat nemo 22) *ſi tum venit.*

XVIII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþy mer þat FIÖLSV. *etc.*
a) Hvart ſe *matar* nockut,
Þat er menn hafi,
Oc *a*) laupi inn meþan þeir eta?

XVIII. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖLSVIDE! *quod* etc.
An ſit cibi *quicquam,*
Quod homines habeant (*habere poſſint*),
Et currant intro dum iſti (*canes*) *edunt?*

t) meþan, *dum.* Anonym.

u) *Varſla*, *Varzla*, idem. L. S. *þila.* Iidem in margine, quod metro quidem non adverſatur, ſed Oedipum tamen conjectorem ſibi poſcit; forte *þvla* ſit legendum, *Oratio* nempe canina, *latratus.* || *Varþſla vituþ* in Stropha ſeparata fiſtit E. Suec. prave.

x) *Enn*, abeſt in S.

y) *keimt*, corrupte ex altero. E. *Kemr.* S. et plures. *Komt*, in praeterito. Anon. G. Deinde forte þó, pro þá, ſubſtituendum, i. e. *tamen etſi alter tantum vigilet.*

z) *vettur* Anon. G. idem. Veltr *deceptus*, *fruſtratus*, Quidam in E. et S. in margine; quod poſtulat, *kom*, venit, antea legi, uti etiam legitur in margine S.

(þ) *of.* Omnes, praeter S. ſenſu nullo; niſi mutetur ſequens *kom* in *koni*, tum autem erit haud ineleganter. *Nemo tranſit iſtos gentiles* vel *conſanguineos.* Deinde *ſá* pro þá habet Quidam in E et in margine S. quod non conciliatur cum ceteris, et poteſt videri depravatum ex *ſo*, vel *ſva*, *ſic*; quae vocula ſaepe, apud priſcos, *tum* denotat. Denique τὸ *Ef* þá *kom* in Stropha ſeorſim ponit E. perperam.

a) Ita G. ſolus. Reliqui *Hvert*; inprobe.

a) Sic G. et Anon. *laupa*, per Indicativum, L. S. et Alii. *Kaupa vín emunt* aut *nanciſcuntur vinum* E. mi.a depravati ne. *Meþan þeir eta*, in Stropha disjuncta fiſtit E. inepte.

22) I. e Sive noctu ſive interdiu adveniat extraneus, propius aut intro accedere ei non licet, nam ſemper canum alteruter agit excubias.

XIX. FIÖLSVIÞR QVAÞ.	XIX. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*
b) Vengbráþir *c*) tvær *d*) liggia	*Alarum dapes duae poſitae ſunt*
I *e*) Viþofnis 23) liþvm,	*In* 23) ARBORI-PENDULI *artúbus,*
Ef þv villt þat vita:	*Si id ſcire expetis:*
þat *f*) eitt er ſva *g*) matar	*Iſtuc unice eſt cibi,*
At þeim *h*) menn of *i*) gefi,	*Quod iis homines dent (dare debeant)*
Oc *k*) laupa inn meþán þeir eta.	*Et currunt intro, dum edunt.*
XX. VINDKALDR QVAÞ.	XX. *VINDKALDUS CECINIT.*
Segþv mer þat, FIÖLSVIÞR! *etc.*	*Dic mihi id,* FIÖLSVIDE! *etc.*
Hvat þat 24) BARR heitir	*Quid iſta* 24) ARBOR *vocatur*

Er

b) Vegn-bráþir, *pendulae (lautae) dapes* aut *viatica*, Omnes, praeter Anon. et G.

c) *tivær* mendoſe. E. *tveir*, in gen. maſculino. *Sveinſon.* inſolenter.

d) *liggia* ad ſequentem Stropham transfert E. et *Sveinſon*, neque Metrum id recuſat.

e) *Vaþofnis.* S. in margine, et Quidam in E. quod ad verbum ſonat: *Veſtem texentis*, aut *tricas nectentis*, *pericula machinantis*, aut *periculoſe penduli*, ab *ad vaſa*, *pendere*, *pendulum agitari*, in *Rúna-tals þætti Oþins.*

f) *er eitt.* S. ſolus. quod non adprobarim.

g) *Matyr*, portentum vocabuli. L. et S. in margine.

h) *Mönnom*, in Dativo, *Anon.* tanquam *Canes* iſtos *hominum* vocabulo ornet. *Monom.* S. in margine. forte pro *Mvnvm*, ante ſubaudito *ad*, i. e. *Cum voluptate* canum, aut *cum utilitate ſua.*

i) gæfi, *dare deberent.* S. in marg. et *Anon.* in E. *Gefi* pro *Gæþi*, *quo illos beem.* Iidem; neque auſim condemnare, etſi magis ex uſu foret: *ad þá menn of gefi*; ſed poteſt hic eſſe Hypallage, aut innocens Anomalia.

k) *Kaupa*, ut antte E. ſed hic ſervat ſequens *inn*, pro quo forſan reponendum *inni*, *habitaculum*, *hoſpitium*, quod dapium oblatarum pretio ſibi emant advenae introitum nacti. || Suec. *Laufa*, inſolenter quidem, ſed adludit tamen Germ. *Lauffen.*

---

23) Proprium nomen eſt *galli*, de quo plura inferius XXIV. ſequ. Poteſt etiam exprimi: *Arborei-calefactoris*, i. e. perpetuo in ea ſtabulantis. Deinde *Liþvm* accipi poſſet pro *hliþum*, *Lateribus*, etſi utrumque ſit ſubobſcurum.

24) *Barr* hic manifeſte eſt *Arbor*, quod et arbitror alicubi ſuperius ſuſpicatum eſſe *Guinarem Pauli*; vi vocis ſpeciatim, *fructifera*, *germinans.* Hunc ſignificatum, alias ignotum, adſtruit etiam *Barri*, nomen propr. *Nemoris*, in *Skirnisför.*

Er [l] breiþiz *m*) vm 25)
Lönd öll *n*) oc limar?

Quae 25) ſe expandit per
Regiones omnes, et ramos (ſuos)?

XXI. FIÖLSVIÞR QVAÞ.

o) Mima-meiþr 26) hann heitir;
p) Menn þat fáir vitv,
Af hvereom *q*) rótvm rennr.
Vit þat han fellr
Er *r*) fæſtan varir;
Flærat hann eldr ne **)* iarn.

XXI. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

26) Aemulationis arbor *ea vocatur*
Homines id pauci ſciunt,
Quibus ex radicibus oritur:
Ex eo cadit illa,
Quod pauciſſimus opinatur;
Non corrumpit eam ignis neque ferrum.

l) *Breidazſ*, *breidaſs*. E. G. corrupte pro *breidaz*, vel *breidazt*, in Numero plurali.

m) *Um*, ſequenti jungit E, quod hujus Strophae menſura ſibi demi vix patitur. Ex duabus Strophis hiſce unam faciunt L. S. et *Sveinſon* contra rationem Carminis, ubi Verſus quilibet conſtat ex Strophis.

n) Hanc particulam ex ſolo S. intuli cum ſine ea rhythmus fiat duriuſculus.

o) *Mima-meiþir*. L. S. et *Sveinſon*, ubi *Meiþir* cenſeo ex altero eſſe depravatum, ut alias ſaepe. Mvna-meiþr, *memoriae aut voluptatis arbor*. E. G. et Ceteri.

p) Una litera adpoſita claudicantem adliterationem ſublevavi; cum Omnes Libri praeferant: *Enn þat* etc. Quod ſi vero illud *Enn* ad contextum videatur requiri, ſubſtituendum fuerit *Mangi veit*, nemo ſcit, pro, *fáir vitv*.

q) rökvm, *initiis*. G.

r) *færſtan*. G *ferzta*, in plurali. *Sveinſon*.

*) *eárn*, per diaereſin, magis placeret, et adliterationis gratia, et metri.

---

25) *Er breiþiz* o: *breiþir ſik — oc limar*, eſt Figura *Hendiadys*, nam ramos ſine dubio pandit arbor, non proprie caudicem. Quod ſi *Oc* (Stroph. ult.) pro *of in*, *ſuper*, capiamus, ut in *Vaſþr. málvm* legitur, ſenſus erit: *Cui innati rami pandantur* (*pandant ſe*) *per Reg. omn.*

26) Quaſi aliis arboribus aemulanda, ob exſuperantem proceritatem ſuam, et fertilitatem. Et deinde notanda eſt figurata ſpecies conſtructionis τῷ *han* in gen. maſcul. cum nomine propiore *meiþr*, non cum remotiore *Barr*, quod generis eſt neutrius; Sic Edda Snorrii: á fornvm ſkildi var títt ad ſkrifa *rönd þá*, er *bangr* var *kalladr*, non *kölluþ*. *Cicero* in *Sextiana*: Tum *domicilia* conſtructa, *quas urbes* appellamus. Similis conſtructio habetur infra XXVII. 1. Eſt autem Helleniſmus, ſive potius Atticiſmus.

XXII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat, Fiölsviþr!
Hvat s) af 27) móþi verþr
þess t) ins mæra viþar
Er han flær ei u) eldr ne járn?

XXII. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, Fiölsvide!
Quid 27) *animo (vitali vi) fiat*
Praeclarae illius arboris,
Cum eam non violat ignis neque ferrum?

XXIII. FIÖLSVIÞR QVAÞ.

Ut af hans x) aldni
y) Skal á z) eld bera
Fyr (þ) kelisivkar konor;
28) Utar hverfa
þess æ) þeir innar a) skyli:

XXIII. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

Ex ejus fructu
Igni imponendum
Ad utero laborantes feminas;
28) *Foras exeunt*
Ita, quos intus (esse) necessum foret;

Sá

s) *á.* L. suspecte. Deinde Möþi *lassitudine*, inepte. E. t) sins *sui*, nullo sensu. G.

u) *eld*, in accusandi casu, absurde Omnes praeter. L. et S.

x) *aldyn*, suspecte. *Sveinson.* y) Skala eld, *non imponendum est* etc. G. prave.

z) In margine Libri S. posita est varietas, *eld* pro *á*; quod procedit, dum junctim legamus, *eld-bera*, sensu eodem.

(þ) *keli siúkar*, divisim. E. et plures. Keti siúkar, *carne* aut *lætitia*, i. e. pinguedine aut lascivia. *Sveinson* suspecte.

æ) *þær.* L. S. *þer*, idem. G. *illae*; nec potest nisi de feminis intelligi, hoc forte sensu: *producunt foras ita*, quod *illae intus reconderent.* Sed notandum hic est, illud *quod*, neque in Textu esse, neque commode subaudiri posse; unde adeo praecedens *þess*, in *þui* mutandum foret, si ratio hujus interpretationis sibi constare deberet. Porro haec eadem Lectio sic exponi possit; *Foras proferunt* (aperiunt) *id* (isto pacto), quod *intus* (in pectore) *tectum haberent*; i. e. ita earum ingenium palam fit; At, quae sic per antecedens *kelisivkar* intelligendae essent, non satis video, nisi *amoribus* aut *libidinibus aegrae*, quod, si vacat, amplius disquiram in Glossario.

a) Potest et legi, per durum *y*, *skyli*; quod expositum lect. var. praecedenti. Utrumlibet autem amplectamur, est Subjunctivus praesens, quem in Versione vix erat exprimere.

---

27) *Möþr* animus, vis et robur animi, raro exemplo hic tribuitur arbori, rei inanimatae: Verum scilicet non ignorasse *Auctorem* de anima plantarum vegetante. Potest tamen, ut *Möþr viþar* sit Periphrasis Graecissans, pro *Viþr* simpliciter; ut sit sensus: *Quid de ista — arbore fiat*, ɔ: quomodo intereat.

28) I. e. Foetus ita in lucem eduntur, qui, absque hujusce fructus ope, semper in alvo matris essent mansuri.

Sá er han meþ mönnvm miötvþr. — *Talis eſt ea in mortalibus medicina.*

XXIV. VINDKÁLDR QVAÞ. — XXIV. *VINDKALDUS CECINIT.*

Segþv mer þat, FIÖLSVIÞR! etc. — *Dic mihi id,* FIÖLSVIDE! *etc.*
Hvat ſá HANI heitir — *Quid is* GALLUS *vocatur,*
Er ſitr *b*), í enom háva viþi? — *Qui ſedet in alta illa arbore?*
Allr han viþ *c*) gulli 28) glóir. — *Totus iſte ab* 28) *auro ſplendet.*

XXV. FIÖLSVIÞR QVAÞ. — XXV. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

VIÞOFNIR han heitir; — VIDOFNER *ille vocatur;*
Enn han ſtendr *d*) veþr-glaſi 29) — *Verum ſtat* 29) *ad auram coruſcans*
Á *e*) MEIÞS kviſtvm *f*) MÍMA: — *In* MEIDI *ramis* MIMERIS.
g) Einvm 30) ecka *h*) þrúngr — 30) *Merum luctum compingit (conſtruit)*

b) á, *ſuper* arborem. E. et plures.

c) *Gull*, in Accuſandi caſu L. S. G. Sed altera lectio figurata eſt magis, et metro etiam adcommodatior.

d) *Veþir* Omnes Libri. putide. Deinde *glaſir*. L. S. probâ etiam flexione, ut infra XXVIII. 6.

e) *Meiþ qviſtom*. E. per Apocopen in *Meiþ*, euphoniae gratia.

f) *Minni*. E. *minoribus*, ſuſpicate; aut *memoriae* ut ſupra, litera *o*.

g) *Einvm* Omnes Libri. Sed hanc voce Stropham ante edentem claudit *Sveinſon*, quaſi dicat; Hoc ſolo domicilio uti gallum, aut *Einvm* pro *Einn*, per Hypallagen, *in ramis ſolis*, ubi habitat *ſolus*. Hac autem diſtinctione admiſſa *tò Ecka* foret Genitivus, hoc ordine verborum: *Han þrúngr ſaman 6-rof ecka*, vel *ecka 6-rof*, *ille coaggerat calamitatum molem diſcuti (deſtrui) neſciam*. Ceterum, haec ut ſunt, ego non leviter ſuſpicor genuinam lectionem eſſe, *Einn um*, pro *einom*; quam expono litera *m*.

h) Haec Lectio eſt plurimorum Codicum þrúnguz autem praeferunt L. et S. quod nihil aliud ſonaverit, quam, *compegerunt ſibi*, et *6-rof* tum fuerit nominativus, regens hoc verbum, ac notans vel *numina inviolabilia*, vel *fata inexplicabilia*.

---

28) Aureo colore, auri ad inſtar.

29) Aut in aëre ſublimis, atque adeo magis conſpicuus, aut venti beneficio fulgidior, pennas ſibi et plumam commoventis.

30) Nihil niſi moleſtias creat, easque perpetuas. *Ater* autem dicitur poſt, non ob faciem corporis, ſed ob malignitatem ingenii. De voce *O-rof* amplius inquirendum in *Gloſſario*; ea quoque exſtat in *Vaſþrúdnis* XXXV. 1, ubi forte notat *Infinitatem*.

i) Han *k*) ó-rof ſaman
l) Svrtr *m*) ſinn mavtv 30b).

Ille, diſſolvi neſcium,
Ater, ſibi prandens 30b).

XXVI. VINDKALDR QVAÞ

Segþv mer þat, FIÖLSVIÞR!
n) Hvart ſe vapna nockvt

XXVI. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖLSVIDE! *etc.*
Num ſit telorum quicquam,

þat

i) *Hann.* Omnes Libri mihi quidem in Accuſandi caſu, etſi non ignorem iſtam diſtinctionem in hoc pronomine vulgo non obſervari, ne in ipſis quidem Membranis; neceſſaria tamen ea eſt, ad ambiguitatem vitandam. Faciamus igitur heic eſſe Accuſativum, atque emerget novus ſenſus orationis, neque is unus, nempe: *O-rof þrvngr hann* (per Antiptoſin) *ſaman einom ecka*, aut *hann þrvngr* (imperſonaliter) *ſaman einvm órof-ecka*, i. e. *Fatum illum comprimit (angit)* mero *(ſingulari, ſolitudinis)* luctu; aut: *Ille comprimitur* (animo *contrahitur) mero luctu diſcuti neſcio.* Alter ſenſus foret ſic: *Svrtar órof þrvngr hánn einom-ſaman ecka* i. e. Atri *(infelicis) genii vis* aut *ſententia inviolabilis premit eum mero luctu.* Etſi haec omnia minus placeant eo, quod in Verſione eſt, non tamen viſum erat illa pretermittere.

k) Ita *Sveinſon.* et G. *O-roffaman.* L. et dubie S. verbo, *incorruptibilem.* confer Liter. praeced. *Or offaman* E. et forte plures ejus Collectionis, nullo ſenſu. Sed ſi placeat legere. örr of ſaman, erit: *promtus* vel *largus nimietatum*, ſc. luctus aut damni.

l) *Svrtar (Sortar)* in genitivo. *Sveinſon. Anon.* et S. in marg. quod vel ad *O-rof* referendum, ut factum eſt litera *i*; vel ad *ecka*, ut fit, *atrum* (funeſtum) *luctum.*

m) *ſín.* L. S. unde facio (collata litera *g* ultima): *Einn vm* ſin *mautv*, pro *ſína*, ut apud *Snorrium* Tom. II. Edit. Hafn. pagg. 127. et 128. dixit *Sighvatus* poëta: *Sá mín fotr*, pro *minn* quod rhythmo non permittente in Textum ibi receptum eſt. et *Hvern ſín mann*, pro *ſinn.* Aut ordo noſtrae lectionis erit: *Einn ſín vm mavtv*, pro *einn ſer*, quomodo *þín likr* pro *þer likr* dixit *Skarphedinus* in *Nials-ſaga* Tranſlata pag. 337. cum nota optimi Interpretis. || Sem, *quod* aut *tanquam*, inepte. E. *Sveinſon.* Deinde, pro *Mautu*, mantv. *Anon.* et *nautc Sveinſon.* nullo ſenſu, qui cum antecedentibus conciliari poſſit. || Haud abſurde forſan conjecero pro *Sinn mautv*, et omnibus iſtius lectionis varietatibus, ſubſtituendum eſſe, *Sín-mörv*, de qua muliere gigantea paulo poſt fiet mentio, ut dicat gallum *moleſtias conciliare* Sinmörae, incertum, an illi ipſi, an aliis extraneis in ejus gratiam et ea auctore.

n) Libri omnes, vitio familiari, *Hvert*, verbo tenus, *quid* aut *quicquid*, quod a talibus interrogationibus plane alienum eſt.

30b) H. e. ſolus; alia animalia ſuo prandio non participans; poteſt et latius intelligi: ſolitaria et inſociabilis beſtia.

þat er knegi *o*) VIÞOFNIR for
Hníga á heliar *p*) ſiót?

Cujus ope VIDOFNER *poſſit*
Cadere in orcinam ſedem?

XXVII. FIÖLSVIÞR QVAÞ.

q) HÆVA-TEINN heitir han;
Enn hann gerþi LOPTR *r*) RÚINN,
Fyr ná-grindor neþan,
I *s*) ſæg iárnkeri *t*) liggr han
Hia *u*) SIN-MÖRV;
Oc halda *x*) niarþ-láſar *y*) nío.

XXVII. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

HÆVATEINN (*Spiculum in feriendo certum*) *dicitur iſte;*
At eum fabricavit LOPTUS RUINN (*Deſpoliatus*)
Infra manium clathratas fores (*clauſtra*),
In ſino, ferreo vaſe, poſitus eſt ille
Apud SIN-MÖRAM (*Nervis illuſtrem*);
Et aſſervant (*eum*) *firmae ſerae novem.*

XXVIII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat FIÖLSVIÞR! *etc.*
Hvart apr kemr

XXVIII.

Dic mihi id, EIÖLSVIDE! etc.
An redit (*vivus evadet*),

Sá

o) *Viþ-fofnir* aut *Víd-fofnir*, tanquam *Arborem amplectens* aut *lato alarum circuitu præditus.*

p) *ſeót*. S. ſcriptione in recentioribus Membranis paſſim obvia.

q) Prior pars nominis variat in Libris: *Heva*. E. *Heve* ɔ: *hæve*. G. *Hevia* L. et S. in margine uterque. quae partim ad notionem *elationis* ſive *vibrationis* redeuut, et arbitror melius ſcriptum iri per *f* quam *v*. In poſteriore parte, pro *teinn*, *tein* praefert G. in accuſativo, male. et *tún*. *Sveinſon*. obſcure.

r) *Rúin*, feminina flexione. S. Rvnn, *virgultum* inepte *Sveinſon*. Suſpicor autem, iſtud *Ruinn*, et cetera, depravata eſſe ab Runi *curſor*, *deſtructor*, aut Rúni *fabulator*, *incantator*.

s) Libri vehementer fluctuant.: *Segiarn*. S. *Segiarns*. E. G. *Sægiarna*. L. et S. in margine. *Sekiarns* Sveinſon. Ego, cum nihil horum intelligerem, ex tribus prioribus lectionibus, diſtrahendo conjuncta et conjungendo diſtracta, feci *Sæg iárnkeri*: *Sægr* nempe, pro *Sárr*. Vaſis genere, accepi, cujus quaedam epexegeſis eſſet ſequens *iárnkeri*.

t) *liggr han* ad Stroph. ſequentem refert Suec. *u*) *Smínero*, monſtroſo nomine. S. L.

*) *Niarþar laſſar* (corrigo, láſsar) *Sveinſon*.

y) *nyo*. E. nulla adducta lectionum varietate. quod foret *novae*, aut *novo* ad *keri* praecedens relatum. *Nío*. G. S.

Sá er eptir ferr,
Oc vill þann tein taca!

Qui petitum it,
Et vult eam arundinem capere?

XXIX. FIÖLSVIÞR QVAÐ. z).

Aptr mvn koma,
Sá er eptir ferr,
Oc vill þann tein taca;
Ef þat (þ) færír
Sem fáir eigv
æ) Eiri *a*) aúr-glasis 31).

XXIX. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

Redibit salvus,
Qui petitum it,
Atque eam vult arundinem auferre;
Si id fert,
Quod pauci possident,
Nymphae 31) *limi lucentis.*

XXX. VINDKALDR QVAÐ.

Segþv mer þat, FIÖLSVIÞR! etc.
Hvart se *mæta* nockvt,
þat er *b*) menn hafi,
Oc verþr, því hin *c*) favlva 32) gigvr *d*) fegin?

XXX. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖLSVIDE! *etc.*
An sit thesauri (*eximii*) *quicquam,*
Quod mortales habeant (*nanciscipossint*),
Et quo 32) *lurida illa gigas laetatur?*

XXXI.

z) Nulla hic Versus nec personae distinctio est in L. S. Et tres quidem posteriores Strophae hujus Versus connectuntur in iis praecedenti Versui, tanquam a *Vindkaldo* prolatae; tres autem priores omittuntur. (þ) *forir* E. et plures, sed peius, *forir*. G.

æ) *Eyrv*. L. S. corrupte, pro Eyri, *orae telluris*, synecdoch. *Telluri*, quae hic, in nexu cum *Aur-glasis*, *Mulierem* (Sinmöram) etiam denotaret.

a) — *glasis*. E. suspecte. *Avr-glasis*, quasi *largi splendore*, sc. annuli. G. et E. supra scriptum. *Aar-glasar*. Sveinson. i. e. *amnici splendoris*, nempe auri. jure tamen dubitatur, an *Glasr* aeque bene dicatur in Nominativo, atque *Glasir* et *Glasi* dicuntur.

b) *liggr i Vidofnis völvm*. G. saltu facto ad Strophem 3. Versus sequentis.

c) *fylva*, etiam recte, L. et S. in margine. d) *feigin*, minus recte E. et plures.

31) Reddi etiam possit: *Terrae splendentis*; nam *Aur* diserte notat *Tellurem* in *Alvis-málvm*. Utut est, per illud *Aurglasir* nihil aliud quam *Aurum* videtur significari, quam recte, Chemici viderint.

32) Illud *Lurida*, vel si mavis *Furva*, aut *Pallida*, vel Gigantidum perpetuum epitheton est, vel huic modo tanquam *Vetulae* tribuitur, denique tanquam *infernali furiae* aut uni ex Manibus; quod

XXXI. FIÖL-SVIÞR QVAÞ.

Liósan *e*) liá 33)
Skaltv í lúþr bera
Þann er liggr í *f*) VIDOFNIS g) völvm,

SIN-MÖRV at selia
Áþr hon *h*) söm teliz
Vapn til vígs at liá.

XXXI. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

Lucidam 33) *falcem,*
Conde in saccum coriaceum,
Eam quae sita est in VID-OFNERI *alis,*

SIN-MÖRAE *dare* (*dandam*),
Ante quam idonea illi persuadeatur
Arma ad caedem commodare.

e) *Leâ.* S. Deinde *Skaltv* hanc strophan terminat in E et aliis.

f) *Vidofnis völvm*, perperam novam Stropham facit in E.

g) *róivm*, *rhdicibus* L. et S. in margine, poëti et contextui repugnanter.

h) Ita Anon et G. Dictum autem est pro *sæm apta*, *congrua*, et in sensu cum *Vapn* conjungendum. *Soni.* E. forte pro *Syni*, quamquam insolenter; ut adeo *gallus* iste fuerit *gigas*, *filius Sinmörae*, *in avem transmutatus*. qualis rei in fabulis antiquis crebra exstant exempla. Neque diffiteor in G. legi posse *Söni;* quod vel masculinum fuerit pro *Syni*, vel Neutrum pro *sæni*, quae vox invenitur in *Rómveria-fögvm* sive Compendio Islandico *Sallustii* et *Lucani*, Auctore *Brando* Episcopo: Guds *sæni* er öll skepna himinn oc iörd oc siórr, i. e. Dei *progenies* (a Deo orta) est omnis creatura, etc. Quamcunque autem harum lectionum amplectamur, ordo erit: áþr hon teliz at liá vapn *til vígs söni* vel *sæni*, *telum ad necem filio* (proli), pro *synar* l. *sænis* filii (prolis). || *Samtelis.* L. S. nullo sensu. sed *Sam—teliz* aliqvatenus procederet, i. e. *ad consentiendum inducatur.*

---

quod ultimum colligi potest ex xxvii. 2. 3, et 4. nam ibi distinctio est incerta, utrum nempe Stropha 3. cum praecedente in sensu sit conjungenda, puncto aut colo sibi postposito; an, potius, nulla interposita distinctione, ad sequentes sit referenda; quando Stropha 2. colo clauderetur, et *Telum* istud, non in orco quidem fabricatum esse, sed ibi servari, intelligeretur.

33) Non *Falcem* quidem revera; nam unde et quomodo Falx in galli alis? Sed *Pennam* dicit, opinor, falcis praeditam figura. Hanc autem jubet indi sacculo, ut servetur incorrupta, et ne, à quoquam forte visa, ferenti eripiatur; secundam vero personam, qro qualibet, posuit, quasi diceret: *Skal maþr í lúþr etc.* Porro *Lúþr* mihi non videbatur vulgari suo sensu, de *Tuba* vel *Litno* posse accipi, nihilo magis hic quam in *Vaf þr. málvm* xxxv. 6. Sensus autem, quem cep, ratio etymologica adfertur in *Glossario*. Cum denique illud *Völvm* in Str. 3. pro *Alis* plane sit ab usu abhorrens, etsi ea notio ab analogia et originatione aliquatenus potest sulciri, ideo reputandum censeo, anne *Velvm* scripserit Auctor, quod sonat *caudis*, *uropygiis*, et positum foret in numero plurali (pro Num. Sing. *Veli*), seu ex Enallage, veteribus familiari, sive ex eo quod *Uropygium* galli, si non bifidum est, saltem ita apparet.

XXXII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat, FIÖLSVIÞR! etc.
Hvat sá 34) *salr* heitir
Er *i*) slúnginn er
Vísvm 35) vafr-loga?

XXXII. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIÖLSVIDE! *etc.*
Quid ista 34) aula *dicatur*
Quae circumplexa est
Ingeniosa 35) *ambiente flamma?*

XXXIII. FIÖL-SVIÞR QVAÞ.

k) HYRR 36) han heitir:
En han *l*) lengr mvn
Á 37) broddz oddi bifaz:

XXXIII. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

36) IGNIS *dicitur illa*:
Ea autem diu (*perpetuo*)
Super 37) *spiculi mucrone movebitur:*

m) Aup-

i) slúnginn, *fixa*, *puncta*, quod hic vix aliud valeret quam, *accensa*. Anon.

k) *hyr*, uno *r*. Omnes Libri. quod foret Accusativus. *Hyr*, aut *Hyrr*, etiam legi posset, i. e. *jucunda*, *suavis*, *amoena*.

l) *Man lengi*. G. haud absurde ad metrum.

---

34) In ambiguo est, an *Mengladae* aulam dicat, an aliam quandam: Prius videtur probabilie, ex 11. 3.

35) I. e. Ingeniose et sapienter excogitata, ad arcendos et absterrendos extraneos; aut, si ita viderur, *incolumi*, *tuta*, per Metonymiam effecti, quod ab extraneorum incursione et turbis tutos praestaret eos, qui intra eam erant constituti. Utrolibet sensu capiatur τὸ *Visi*, confundendum non est (quod inconsiderate feci in *Skirnis-för*, *Gunnarem Panki* sequutus) cum *Viss certus*; hoc enim Dativum facit *Vissvm*, et per omnes casus duplum *s* servat. Verbo moneo, fieri posse, ut illud *Vísvm* hic sit per Antimeriam et Hypallagen positum, tributumque τῷ *Vafrloga* epitheti in modum, quum adverbialiter (*Vís-liga* sapienter) τῷ *Slúnginn* praecedenti tribuendum erat. Utcunque est, non perspicio satis quomodo *Visi* de *flamma* dici possit.

36) Vel ab splendore suo ita dicta est, vel quod extraneorum oculis appareret, quasi ipsa igne flagrante esset circumfusa atque involuta.

37) Prodigiosum valde, domum adeo tenui innixam fundamento, et semper versabilem, non ruere. De sponte versatili aedificio vide Suetonium in *Nerone Claudio*, cap. 31, et ex Nostratibus, *Ranþúlfsþátt*, in Codice Flateyensi. Verti etiam sic potest; *Tanquam super Spic. mucr.* (*Stimulo aculeato*) *movebitur*. De qua acceptione respice notam 33. in capite. *Atro*, inquit, *erit mobilis et inquieta*, *quasi stet super mucrone*.

m) Auþ-rans 38) þeſs *n*) mvnv
Um aldr hafa
39) Frett eina fírar.

38) *Beatae iſtius domus*
Per ſecula habebunt
Auditionem ſolam viri.

XXXIV. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat Fiölſv. *etc.*
Hver þat georþi,
Er ec fyri garþ *o*) ſac,
p) Innan *q*) ás-magá 40)!

XXXIV. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, Fiölsuide! etc.
Quis id fecit,
Quod ego moenia videbam
Intra 40) *divinarum poteſtatum*?

XXXV. FIÖLSVÍÞR QVAÞ.

41) Uni oc Iri,

XXXV. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

41) Unius *et* Irus,

m) — *ranſ*, poſitum videtur pro, *rannz*, abjecto altero *n*. quod interdum fit in caſibus obliquis, ut *Steins*, *Sveins*, *þórkels*, a *Steinn*, *Sveinn*, *þórkell*. Quod autem ſi *Auþ-râns* (per *a* craſſum) legatur, id erit *opum rapinae*, et *Ignem* denotabit, ſive *Vafr-logi* is ſit, ſive *Aula* ipſa igneum nomen ſortita.

n) *Mvnv* in Stropham ſequentem transfert Suec. neque hoc male. || *Man*, in ſingulari, etſi *firar* in plurali ſequatur. L. quam Figuram adſerui ſuperius; nunc addo hoc *Sigbvati* apud *Snorrium*: Hve þóri *barg galdrar* Finna, pro *bvrgv*, quod aeque commode per metrum poterat dicere; ne quis garriat id neceſſitate eſſe factum.

o) *ſok*. E. et plures. *Sok*. G. forte corrupta ex *ſek* in praeſent.

p) *Minvm erf-maga*. E. monſtroſa depravatione. forte fuerit: Minnvm erf-maga, *ad memoriam poſteritatis*; et ſic *Fyri garþ* erit: *ante moenia*.

q) As-magna. *Sveinſon*.

---

38) Eſt tamen ut reddatur, *Deſertae*, ab *Aúþr* Vacuus; idque forte ob infrequentiam adverſarum.

39) Rumore contenti eſſe cogentur; non enim intromittentur, ut eam per ſe penitius queant cognoſcere.

40) Hunc ſenſum ſuadet Vers. ſeq. Stropha ultima. Eſt tamen vertere: *Heroum divina ſtirpe ortorum*. Aut, ſi placet, ordo fuerit: Hverr þat georþi Asmaga, er ec ſác f. i. garþ (þenna í Menglaþar), *Quis id fecit Deorum*, aut *divinorum artificum*, *quod vidi intra aggerem hunc?* i. e. Quis aulam Mengladae tam divina arte fabricatus eſt?

41) Nomina haec partim ſunt ignota et obſcura, partim Nanorum propria in *Edda Snorii* et *Volvſpa*. Verbalis eorum ſenſus qualiscunque dabitur in *Gloſſario*.

*) Barri oc Ori,
Varr ok Veg-drasill,
r) Dorri oc s) Uri,
Dellíngr t) At-varþr,
u) Líþski álfr Loki.

*) Barrus et Orius,
Varro et Veg-drasillus,
Dorro et Urius,
Dellingus, Atvardus (*Edvardus*);
Subdolus (*ſceleſtus*) *ſemo* Lokius.

XXXVI. VNDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat, Fiöl-suiþr! *etc.*
Hvat þat bearg heitir
Er ec ſe 42) brúþi á
Þióþ-mæra þrvma?

XXXVI. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id Fiölsvide, *etc.*
Quid iſta petra vocatur
In qua 42)*virginem video*
Praeluſtrem permanere?

XXXVII.

*) *Bari.* Plerique. r) *Dori.* E. G. *Dari*, vel *Dâri.* Anonym.

s) Ita E. *Sueinſon.* et *Suec. Ori* inſcite repetunt *Anon.* G. quanquam alio nomine legi poteſt, *Ori.* Sed neutrum agnoſcunt S. L. et ſubſtituentes *Dellingr*, una Stropha mutilant Verſum.

t) Sic E. ſolus. At varþar, *et quidem ſervat*, inepte. *Anon.* At (oc) var þar. *Sveinſon.* G. S. L. h. e. *atque ibi adfuit*, ſc. in iſto opere. || *Oc var þar líþſki*, pro hac Stropha reponit. L. contra poëſin. Reliqui τὸ *Líþſki* melius rejiciunt ad Stropham ſequ. Mihi τὸ *at var þar*, ſi hoc pro vera lectione amplectendum ſit, etiam transferendum videretur ad Stropham ſeq. ut *Dellingr* ſolus conſtituat praeſentem Stropham, quod procedere poteſt, per lentam enuntiationem utriusque poſterioris Syllabae.

u) Ita L. G. et S. in margine. *Læþski.* Anon. et S. in Textu. quod *reptantem*, *ſuſpenſo gradu incedentem* notat, et aliquatenus cum *Subdolus* in verſione mea conciliatur. *Líþsci-álfr*, una voce. E. quod foret, *Populum terrens* aut *Voce tremulus.* Lidko álfr, *agilitatis Semo* i. e. agilis. *Sveinſon.*

---

42) Inter hunc ſermonem videt, aut videre fingit, ut Fiölſvidum tentet, ludatve, mulierem ſuper neſcio qua rupe haerentem immotam. Videt, inquiebam, nam cauſa eſt nulla, quin reapſe vidiſſe credamus. Unde autem *Rupi* vis illa ſalutaris, de qua in Verſu ſequ.? Nempe ab ſuperſtitione animorum, quae interdum efficacior eſt fide et cognitione vera. Unde porro haec ipſa ſuperſtitio? Nempe à perſuaſione, genium neſcio quem in Rupe intus habitare. Verbulo tamen obſervo, per illud praecedens *Bearg* intelligi poſſe *Arcem Mengladae*, et per *Brúþi* Mengladam ipſam, quae ſe nunc fortaſſe e feneſtra aut loco hypaethro palatii, oſtenderit, et quae,

XXXVII. FIÖLSVIÞR QVAÞ.

x) Hyfia-berg 43) þat heitir:

Enn þat hefir lengi verit
y) Svik 44) oc fári gaman.

Heil verþr z) hvet
(þ) þó hafi árs fótt
Ef þat æ) klýfr 45) kona.

XXXVII. FIÖLSVIDUS CECINIT.

43) Pileata (*jucunda*) rupes *dicitur illa:*

At ea diu (quidem) fuit
44) *Curvori (debilitati) et dolori voluptas:*

Sana evadit quaevis,
Etsi habeat annotinum morbum,
Eo si adscendit 45) *mulier.*

x) Hoc retinui ex L. proxime accedit *Hyvia* in S. *Hy-fara*, *Hy-fvra*. Sveinson. G. corrupte, ut videtur, ab illo *Hyvia* f. *hyfvia*, quod poſtremum credibile eſt fuiſſe in iſtorum Codicum Exemplaribus, nam Seculis xv. et xvi magna fuit conſuetudo *v* otioſum inferciendi, maxime poſt f. Certe quid iſtud *Hy* dicat, non ſatis video; conferatur interim *Hy-nótt* in *Skirnis-för* ultima. || *Hlyfvia ber.* E. i. e. *domus echus*, ad verbum, *Clamorum domus;* Niſi *Hlyfvia* pro *Klyfvia* poſitum eſſe credamus, quamquam inſolenter, quando erit, *Clivoſa*, *ardua*, *domus;* ſed iſtud *ber* credibile eſt mendum eſſe, ex *berg.* || *Hiúma* vel Huima vel *Hruma horn.* L. et S. uterque in margine. Primum eſt obſcurum; *Hvima* notat *Circumlationem oculorum*, *Hruma imbecillitatem: Horn*, *rupem prominulam*, notaret; eſtque forſan lectio *Hruma-born* ceteris omnibus praeferenda ob ſequentia.

y) Ita plurimi Libri, in quibus numero S. L. qui habent *Svikvm* in plurali || *Siúk.* G. S. in margine, et Anonym. dubie, nam ſupra notatum eſt *Suic.* iſtud autem valet, aut *morbo* aut *aegro-*

z) *hverr*, in maſcul. E. quod poſceret, *Heill* eodem genere; ante.

(þ) *þótt*, idem. E. G. et plures. ſed auribus hic ingrata ſunt, *þótt* et *Sótt.*

æ) Sic E. *klífr.* G. Sveinſon. *klifar.* L. S. Omnes recte, arbitror.

---

quae, vel per ſe, vel per miniſtras infra nominandas medicinam factitaverit. Movit mihi praecipue hanc ſuſpicionem epithetum *þióſmær*, quod in ignotam et ignobilem aliquam mulierem parum congruit.

43) Poteſt, ut, ſive Petra illa ſive Arx, in apicem adſurrexerit pileiformem, atque inde hoc nomen meruerit. *Höttr*, pileus aut cucullus, puto nomen proprium eſſe *Verticis* cujusdam *montani* apud tractum *Reidar-fiörþ;* et in Poëmatio faceto proavi mei *Stephani Olavii*, in *Sigurdum* quendam cognomento *Rannkv-fót*, memini puer legere: *Hátúns höttr*, de *Verryca* quadam *montana* in *Fliótz-dals-herado* ſuperiore. De Parentheſi autem, in Verſione, confer not. 66. ultimam.

44) H. e. Morbo curvatis (contractis), atque adflictis, laetabili fuit levamento ac remedio.

45) Mirum eſt petram iſtam feminis tantum fuiſſe ſalu-

XXXVIII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat, Fiölsviþr! *etc.*
Hvat þær 46) meyiar heita
Er for Menglaþar 47) kneám
a) Sitia 48) ſáttar ſaman?

XXXVIII. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, Fiöl-suide! etc.
Quid illae 46) *virgines vocantur*
Quae ante Mengladae 47) *genua*
Sedent 48) *concordes ſimul.*

XXXIX. FIÖL-SUIÞR QVAÞ.

49) Hlíf heitir,
Avnnor *b*) Hlíf-þvrsa,
Þriþea Þeóþ-varta,
Beort oc Blíþ,

XXXIX. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

49) Tutela *dicitur*,
Altera Tutela gigantum (gigas),
Tertia gentium Custos,
Lucida *et* Blanda,
c) Bliþur

a) Syngia, *canunt*. E. G. et plures. Quo forte *Vaticinationes* praeſertim intelligantur, aut incantationes. *Sitia* L. S. ſoli.

b) *Hlífdvrſa*. Sveinſon. Forte *þvrſa* pro utroque reponendum ſit, i. e. *indigentium*, *inopum*. Non tamen diſplicet *þvrſa* accipi pro feminino, a *þvrs*, ut in Verſione adpoſui: nam genitivi illi ſine exemplo clauderent nomen propium.

ſalutarem. Forte viris eo non dabatur aditus, praeſertim extraneis, ne, per ſpeciem petendae ſanitatis, occaſionem nanciſcerentur *Menglada* potiundi.

46) Divaene hae *fuerint*, Mengladae praecipue tutelares, an potius feminae ſacrorum antiſtitae, aut vates, aut nihil aliud quam miniſtrae cubiculariae, et arcanorum participes, apud regiam virgineum, aliis diſquirendum permitto. Confer interim not. 50.

47) Dictio illa, *For Kne*, alibi apud Noſtrum nihil aliud ſonat quam, *Coram, in conſpectu, apud, praeſto*, ut in *Dauþa Sigvrþar*: Vatt hon vengi *fyri* vífs *kniám*, Verſabat genas (faciem mortui) *ante genua* (*ante oculos*) feminae. In *Oddrúnar grát* de Obſtetrice: Gecc mild *fyri kne* meyiv at ſitia, Acceſſit clemens (propitia) *ante genua* virgini (puerperae, o: *apud eam praeſto*) adſidere. Neque multum abludere videtur Graeca dictio παρὰ τὰς πόδας, Actorum VII. 58. et XXII. 3. Non tamen negaverim prorſus, hoc noſtro loco adluſum videri poſſe, ad humiliorem ſortem harum virginum, et reverentiam earum erga dominam.

48) *Sáttar*, dilogῶς; aut *concordantes inter ſe*, quod menſtri quidem ſimile dixeris, de novem mulieribus in uno contubernio; aut *conſpirantes in ſedulitate officiorum dominae praeſtanda*.

49) Adverte, ſi tanti eſt, numerum harum cum Graeco Muſarum congruere.

c) Bliþur Frſþ,
d) Eir oc Avrboþa.

Suavis *et* Pulchra,
Salutaris *et* Liberalis.

XL. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat, Fiölsviþr! *etc.*
Huart þær bearga *e*) nockvþ
Þeim er blóta þær 50),
Ef georaz *f*) þarfar þeſs?

XL. *VINKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, Fiölsuide! etc.
An eae opitulantur quicquam
His, qui ſacrificio venerantur eas 50),
Si ea re eveniat uſus?

XLI. FIÖLSVIÞR QVAÞ.

51) Svmvr *g*) hver

XLI. *FIÖLSVIDUS CECINIT.*

51) *Æſtatibus ſingulis*

b) Er

e) Idem fere nomen eſt, cum praecedente, ut adeo videri poſſit *Blikvr*, *candida*, legendum eſſe. Abeſt autem *Bliþur* a G. *d*) Eyr, *promta*, vel *larga*. S.

e) Hanc voculam addunt L. S. ſolae. et quidm ad metrum aptius.

f) Ita, Iidem. *þarfir*, vulgatius. Ceteri.

g) *hvar*. Omnes, quod ſermoni priſco convenienter non poteſt eſſe pronomen ejusdem ſenſus, etſi id forte intenderint boni, iſti Librarii; ſed foret ad verbum *ubi*, parum apte quidem, nam ſic ſuo adjuncto privaretur *τὸ Svmvr* praecedens; niſi forte ante id ſubaudiretur, *of* vel *um*, ut eſſet: *per aeſtates*.

50) Opinabile eſt, hunc honorem iis obtigiſſe ſcientiae magicae, aut vaticinandi facultatis beneficio, ſive haec vera fuit, ſive imaginaria. Haud alienum videtur ſubjicere auctoritatem C. *Taciti* in Libello de *Moribus Germaniae* Cap. 8. *Memoriae proditur*, (inquit ille), *quasdam acies inclinatas jam et labantes a* feminis *reſtitutas, conſtantia precum et objectu pectorum.* —. Ineſſe *quinetiam* (feminis) ſanctum aliquid et providum putant: nec *aut conſilia* earum *aſpernantur, aut* reſponſa negligunt. *Vidimus ſub div Veſpaſiano* Velledam, diu apud pleroſque numinis loco habitam. *Sed et* olim Aurinium, et complures alias venerati ſunt, *non adulatione, nec tanquam facerent* Deas (*ſed tanquam vere Deae eſſent*; videtur ſubaudiendum). *Idem Auctor*, *Hiſt.* Lib. IV. cap. 61. de praedicta *Velledae*: *Ea Virgo nationi* Bructerae late *imperitabat; vetere apud* Germanos *more*, *quo*, plerasque feminarum fatidicas, et augeſcente ſuperſtitione arbitrentur Deas. *Tuncque* Velledae auctoritas adolevit: nam *proſperas Germaniae res, et excidium legionum* praedixerat. Sic in priſco Septentrione, *Holgium Halogiae* regem, et filiam *Thorgerdam* ſub *Hölgabrudae* cognomento celebrem, vivos etiam pro Diis cultos fuiſſe, colligo ex *Edda Snorrii* Fab. LXIX. Ut taceam *Aſos*, quos viventes quoque ſacrificiis cultos tradit Snorrius, Hiſtor. Norv. Tom. I. pag. 12. Edit. Hafn. et in ſpecie *Freyerum*, qui ſuper ceteros Deos colebatur. Ibid. pag. 16. atque inter Aſynias *Freyiam*, cujus tamen, dum viva eſſet, cultus intra invocationes et vota ſtetiſſe videtur. *Edda Snorr.* Fab. XXI.

51) Videtur dicere, ſtatum iis feſtum eſſe quavis aeſtate,

h) Er menn blóta þær
Á ſtall-helgvm ſtaþ,
i) Ei ſua hátt *k*) foraþ
Kemr at havlda ſonvm,
52) Hvern þær *l*) or nauþvm nema.

Cum iis ſacra fecerint homines,
In ara ſacrato loco;
Nulla tam alta (ingens) peſtis
Supervenit mortalium natis.
52) *Quemcunquae illae nodis eximunt (periculis eripiunt).*

XLII. VINDKALDR QVAÞ.

Segþv mer þat, FIÖLSVIÞR!
Hvart ſe manna nockvt
m) þat er knegi á MENGLAÞAR
Svaſvm armi ſofa?

XLII. *VINDKALDUS CECINIT.*

Dic mihi id, FIOLSUIDE! *etc.*
An ſit virum quicquam,
Cui contingat in MENGLADAE
Suavibus ulnis ſomnum capere?

XLIII. FIÖLSUIÞR QVAÞ.

n) Vetur er þat manna,
Er *o*) knegi á MENGLAÞAR
Svaſvm armi ſofa;
Nema SUIÞDAGR einn

XLIII. *FIÖLSUIDUS CECINIT.*

Nihil virum eſt,
Cui liceat in MENGLADAE
Dulci amplexu dormire;
Niſi SUIÞDAGUS *ſolus;*

Hánvm

b) *Er menn*, inſcite ad priorem Stropham transfert *Suec.* Neque diſſimulabo τὸ *Er* poſſe eſſe παρέλκον, ut alibi; quando verteretur Stropha: *Sacra iis faciũnt* etc.

i) Mallem, *eigi*, vel *ecki*; nam illud *ei* vix eſt ut antiquum ſit. Sed E. habet, *Er* i. e. *quum*, *quando*; et tum ſequens *ſua* notaret *valde*, ut in *Landn. b.* et *Grettis ſaga* obſervavi.

k) *Forrat.* Plurimi. ſed reſpice Vers. x. in fine.

l) Illud *or* cancellis includit E. haud inepte forſitan.

m) þat; addunt I.. S ſoli. ſcite quidem ad ſenſum et metrum.

n) *Vætur*, id. S. *o*) *gnegi*, id. *Sveinſon.*

---

aeſtate; non enim poſuit *Svmvr*, pro *ár* annis; id quod abhorreret ſcilicet ab uſu loquendi veterum: *Vetr hvern* recte quidem dixiſſet eo ſenſu, ſi id intendiſſet, aut per metrum fuiſſet licitum.

52) Ἀναχόλαθον eſt, pro eo quod eſſet: At þær hvern or nauþom, nemit, *quin — eximant.*

Hánvm var ſú en ſolbearta *p*) brúþur
Ei erat illa ſolis inſtar fulgida virgo.

53) At quán of kueþin.
53) *Ad nuptias quidem deſponſa.*

XLIV. VINDKALDR QVAÞ.
XLIV. *VINDKALDUS CECINIT.*

Hrittv á hurþir
Impelle fores,
Láttv *q*) hliþ-rúm
Fac portam patulam;
Her máttv SUIPDAG ſeá:
Hic licet tibi SUIPDAGUM *aſpicere:*
Enn þó 54) vita *r*) far,
Verum tamen 54) *viſere i,*
Ef vilea *s*) myni
Si (An) volet
MENGLÖÞ mitt gaman.
MENGLADA *meos amores.*

XLV. *)
XLV.

Heyrþv MENGLAVÞ!
Audi, MENGLADA!
Her er 55) maþr kominn.
55) *Homo huc advenit:*
Gack þú á geſt *t*) ſeá.
Eas hoſpitem aſpicere;

Q q *u*) Hvn-

p) *Bruþur*, ad ſequentem Stropham referunt E. *Anon. Sveinſon.* nec facile decretu eſt, utrum ſit rectius in metro: niſi mihi quidem Stropha Vta rigidiuſcule videtur in fine cadere ſi vox *Brúþur* ei dematur.

q) *Hliþ rúm*, diviſim, *oſtii laxamentum*, *Spatium in porta*, aut *portas ſpatioſas.* G. Hlidruni. *Sveinſon.* corruptum et ſenſu caſſum; niſi *Hlidrúni* legamus, *da portas (introitum per oſtium), confabulator.*

r) Ita G. et rectum, arbitror. *Fáir* pauci ſciunt. E. Fár, idem. *Anon.* L. S. Notum eſt illud *Thordi Kolbeinſoni* apud *Snorrium* T. 1. pag. ult. Ed. Hafn. *Fár* hans bæir várv. Diceret ergo Noſter: *Incertum eſt etiam, an à Menglada amer* || *Far* aut *Fár* omitt. *Sveinſon.* hoc incommodo ſenſu: *Etſi ſciam (ſciunt), an volet — neene.*

s) Sic S. *Muni.* Reliqui.

*) Incertum eſt quis hic loquatur, *Fiölſuidusne*, an aliquis e famulis *Mengladae* intus conſtitutis; hoc tamen innuere videtur poſterius Hemiſtichium.

t) *at ſia.* Omnes, praeter G. S. meo ſenſu ſuavius eſt alterum.

53) Verbo: *Uxor (in uxorem) dicta* vel *patta.*

54) jubet eum ſignificare dominae ſuum adventum, et ſimul forſan ex vultu illius et verbis obſervare, quomodo animus ejus ſe habeat ad id nuntium.

55) Eſt idiotismus Noſtratium, de advena ignoto.

u) Hvndar 56) fagna:
Hús hefir upp-lokiz:
Hygg ec at SUIPDAGR ſe.

Canes 56) *gratulantur*:
Domus ſe aperuit:
Arbitror SUIPDAGUM *eſſe*.

XLVI. MENGLÖÞ QVAÞ.

x) Horſkir 57) hrafnar
Skolo þer á háṁ gálga
Slíta ſeonir or;
Ef þú þat lýgr
At her ſe lángt *y*) kominn
Mögr til minna ſala.

XLVI. *MENGLADA CECINIT.*

57) *Superbi corvi*,
Faxo, tibi in alto patibulo
Evellant viſus;
Si tu id mentiris,
Huc e longinquo veniſſe,
Juvenem ad meas aulas.

XLVII 58).

Hvaþan þú *z*) fórt?
Hvaþan þv för geörþir?
Hve þík hetv (þ) hiú 59)?

XLVII 58).

Unde tu ibas?
Unde iter faciebas?
Quem te ſalutavit 59) *familia?*

At

x) Hanc Stropham omitt. E. *Anon. Sveinſon. Svec.* peſſime quidem ad metrum et ſenſum.

x) *boſkir*, vulgatiori ſcriptione. Omnes, praeter S.

y) Voculam *um* vel *at* inferendam credo, metro et ſenſui convenientius.

z) *fórz*, idem. S. L.

(þ) *beu*. S. eodem ſenſu, nam *e* pro *i* frequentat ante omnes voculas; ſic et *Leufv* infra

L. 2.

56) I. e. Lubentiam ſuam et laetitiam oſtendunt tanquam advena notus iis ſit et familiaris. Conf. *Niálſſagam* translatam, pag. 146.

57) Ex imperioſa hac comminatione adparet, Virginem haud mediocri fuiſſe poteſtate praeditam. *Superbos* autem dicit *Corvos* fore, ex praebenda iis oculorum dape; qvam incredibili cupiditate adpetunt, ita ut vel vivis interdum animalibus effodiant oculos, ubi illa quomodocunque ita impedita ſunt, ut ſe tueri non poſſint.

58) Accedenti hoſpiti haec loquitur.

59) I. e. aut conjuges parentes tui, aut familiares

ſ. de-

At ætt oc nafni
Skal ec æ) iarteikn vita,
Ef ec var **) þer kvan of kveþin.

De genere et nomine
Certum indicium ſciundum eſt mihi,
Si tibi eram in matrimonium pacta.

XLVIII. VINDKALDR QVAÞ.

60) Suipdagr ec heiti
Sólbeartr het minn faþir;
61) Þaþan a) rákvmz vindar kalda vegv
62) Urþar orþi

XLVIII. *VINDKALDUS CECINIT.*

60) Suipdagus *appellor;*
Solbiartus *vocabatur meus pater;*
61) *Inde agitarunt me venti (per) gelidas vias:*
62) *Fatalis nymphae ſententiae (legi)*

*) Queþr

l. 2. ɔeq enim iſta ſcriptio *eu* pro *iu* merito improbatur, ut quae multos in errorem inducere poſſit, de talium vocum enuntiatione et intellectu.

æ) Jartegn. G. *Suec.* Utrumque autem eſt feminin. ſingulare, ne quis Neutrum putet, quod recentioris eſt monetae. Deinde *Hafa*, pro *Vita*, opinor eſſe in S. quod aliquanto gravius ſonat, quaſi diat: *Poſtulo mihi.*

**) þeſſ *iſti.* L. S. male.

a) *rákv.* L. S. quando *me* abeſſet; nam alterum illud conflatum eſt ex, *rákv mic*, contracte *rákvmc*, variate *rákvmz.* || *Rakinns.* Suec. mendoſe; quanquam reſtitui poſſet: rak inns kalda vindar vegv, *jactatus ſum per frigidi venti vias*; in ultimo ſeptentrione. Conf. et notam 61.

ſ. domeſtici, aut latius Cives contribules; quanquam ultima notio videri poſſet inſolens, tamen ſuſpicio mihi incidit, *Hin* et *Civis* cognata eſſe vocabula.

60) Poterat mentiri et ſuum et patris nomen; ideo credibile eſt, eum inter haec loquendum perſonam ſibi demſiſſe, atque a virgine eſſe agnitum, cum ea nullas ulterius teſſeras aut argumenta certiora requirat.

61) þaþan, ſc. a paterna domo. Deinde, per *Kalda vegv*, mare videtur intelligi. Si *Vindar* pro genitivo copiamus, dicit ſe *Regionem* neſcio quam *Ventoſam* id eſt *Montuoſam* et *frigidam* peterraſſe.

62) Latenter dicit, magnos ſibi labores, in iſto itinere, fatali neceſſitate fuiſſe exantlandos. Habent autem hae tres Strophae ſpeciem ſententiae

*) Queþr eingi maþr
þótt þat ſe viþ *b*) laúſt 63) lagit.

Obrogat nemo viventium,
Etſi ea 63) leviter irrogata ſit.

XLIX. MENGLÖÞ QVAÞ.

Vel þú nú kominn!
c) Hefic minn vilea beþit 64),
Fylgea ſkal kueþeo koſs.
d) For-kvnnar ſýn 65)
Mvn *e*) fleſtan glaþa,
f) Hvers hefir viþ annan áſt.

XLIX. *MENGLADA CECINIT.*

Salvus tu nunc adſis!
64) *Facta ego ſum mei voti compos:*
Salutem comitetur ſuavium.
65) *Improviſus adſpectus,*
Credo, plerosque hilarat,
Si quis caritate alterum complectitur.

L. Lengi

*) Forte, quiþiar *recuſat* vel *recuſare valet, ſententiam.*

b) *lavſt.* G. i. e. *Vitio, injuſte*, contra mores et meritum ejus, cui irrogatur. Et ſic *Viþ* et *lavſt* conjunguntur in ſenſu; cum alias ordo verborum ſit: *Lauſt viþ-lagit.*

c) *heſi ec* E. G. et plures. *Nú*, additum vidi alicubi; ante *hefic*, quod intendit ſententiam.

d) *Forkvnar*, E. G. et plurimi. recentius.

e) *fleſtvm*, in Dativo. E. quando ſequens *glaþa* nomen foret, *hilaritatis excitatio.*

f) *hvars*, pro *hvares.* E. Sveinſon. Suec. Ita *tò hefir* impersonale fit, hoc ſenſu: *ubi amor eſt erga alterum, ubi vere amatur.* Quodſi *Hvers* in Textu pro Genitivo accipere velimus, et ad *Syn* Str. 4. referre, ut ſit *Adſpectus cujusque, qui* caritate etc. omnino ſcribendum

---

tiae proverbialis: ita *Helga Quiþa* 11da, Vinnat ſkiölldungar ſköpvm, *Non ſufficiunt principes* (reſiſtere) *adverſus fata.* et *Atla-mál in Grenlenzkv:* Sköpvm viþr eingi, *contra fata valet nemo.*

63) I. e. Non ſtricte aut ſerio, neque de induſtria lata ſit, ſed Nymphae obiter et temere, quaſi per imprudentiam et praeter intentionem, exciderit.

64) I. e. Omnibus meis votis ſatisfactum eſt, cum te reducem habeo; nihil opto amplius. Poteſt et interrogative accipi; quaſi adhuc ſatis non credat ſuis oculis, amantem praeſto eſſe.

65) *Si*, inquit, *immodica laetitia efferri, atque adeo quaſi perturbata eſſe videor, ob ejus, quem amo, viſum improviſum; id mirum nemini videri debet, nam omnibus, qui vere amant, ſine dubio*

idem

L.

Lengi ec ſat 66)
g) Liúfv bergi á,
Beiþ ec þín 67) dægr oc daga:
h) Nú 68) þat varþ
Er ec i) vætt hefir,
At þú ert aptr kominn
Mavgr til minna ſala.

L.

Diu ſedi 66)
Grata in arce;
Exſpectabam te 67) perdia et pernox:
68) Nunc evenit
Quod ſperavi,
(Cum) tú redux es
Juvenis ad meas aulas,

dum fuerit, Hvers er hefir etc. Nam *Hverr* pro Relativo *Qui* (ut foret *Adſpectus ejus, qui* etc) non invenitur in antiquo ſermone.

g) *leufu.* S. L. vide ſupra ad Lect. var. þ. liúfa. *Sveinſon.* lúfv, *villoſa*, inepte. E.

h) þú. S. *tú eveniſti* etc.

i) *vælt.* E. ſuſpecte; forſan pro *diſpoſui, providi.* Sed quomodo hoc fecerit quaeritur.

---

idem accidere neceſſe eſt in talibus circumſtantiis. Poteſt quidem illud *Forkvnnar* verti, *praeſtabilis, excellens*, amantium ſcilicet judicio: ſed enim vocabulum illud, eo ſenſu, cum adjectivo jungi ſolet, non ſubſtantivo.

66) Poteſt, ut illo, *ec ſat*, ad conditionem caelibarem adludat; nam innuptae puellae dicuntur *Heima-ſætur*, et forte etiam *ſætur* ſimpliciter olim dictae fuerint. Porro an per ſequens *Bergi* intelligatur regia *Mengladae*, an potius celſa quaedam petra, quo ea quotidie adſcendens, inde conſueverit in eam partem proſpicere, unde amantem rediturum ſperaret; de eo quidem nihil decerno, poſteriori autem ſenſu adluſio in τῷ *ſat* memorata evaneſceret; ſed *Liúfv* ſuaviter de *petra* diceretur, nempe ideo *amabili*, quod officium ſpeculae praeſtitiſſet virgini, amantem ſuum inde exſpectanti. Denique celatum nolo, illud *Liúfv-bergi*, conjunctim ſcriptum, nomen proprium eſſe poſſe, atque inde forſan reſtituendum ſit ſupra XXXVII. 1. *Liúfa-berg*, pro *Hyfia-berg*, et ceteris.

67) H. e. Per omnes noctesque et dies, quandiu abfuiſti. *Dægr* hoc loco *dimidia pars diei naturalis, ſemidies:* Alias interdum, *Dies plenus.* priori ſenſu, proxime ad utriuſque linguae genium, *Dieculam*, aut *Dieculum*, licet hoc barbarum ſit, Latine vocari poſſe autumo; nam revera diminutive a *Dagr* formatum eſt.

68) *Nú* habet Emphaſin, quaſi dicat: *Ergo tandem aliquando* etc.

LI. *) SVIPDAGR QVAÞ.	LI. *SVIPDAGUS CECINIT.*
Þrár haſþar	*Deſideria*
k) Er ec heſi til þíns gamans,	*Ego ſane habui tuarum deliciarum,*
En *l*) þú til míns mvnar:	*Tu autem mei amoris:*
Nú er þat 69) ſatt	*Nunc* adeo 69) *verum (certum) eſt,*
m) Er viþ ſlíta ſkolom	*Ut nos conſumamus*
n) Ævi oc aldri ſaman.	*Aevum atque aetutem una (conjuncti).*

*) In re incerta viſum eſt, hunc Verſum *Suipdago* tribuere, cum non ſit veriſimile eum plane mutum fuiſſe ad praecedentem ſermonem amantis ſuae.

k) *Er ec heſi*, claudit Stropham praeced. in E. Anon.

l) Nú. Anon. *nunc voluptatis meae explendae.*

m) at. *Sveinſon.* S. G. eodem ſenſu, vulgatius.

n) *Ævi aldri*, per Aſyndeton, aut *perpetem aetatem.* E. G. *Anon. Sveinſon. Suec.*

---

69) Nunc aequum, congruum, eſt, inquit, ut longam disjunctionem compenſemus perpetua conjunctione, et ſic nobis ſatisfaciamus, pro moleſtis illis deſideriis.

HYNDLV-LIOÞ

AL.

VÖLUSPÁ HIN SKAMMA.

In hoc *Carmine*, qvod alias *Völu-ſpa hin ſkamma* ɔ: *Voloſpá brevior* inſcribitur, Foemina qvaedam inducitur, Deam ex gigantum ſtemmate oriundam ſollicitans, ut ad *Ottaris* et *Angantyris*, de ſucceſſionis jure et adeunda haereditate diſceptantium, litem dirimendam veteres genealogias retexat: Deaque memorata, ſtemmata illa recenſens, *Thormodus Torfæus*, in *Serie* Dynaſtarum et Reg. Dan. pag. 257. Evenit hoc in Carmine, quod in aliis pluribus Eddae noſtrae, quae, ob incuriam Librariorum, et introductione proſaica, et perſonarum diſtinctione, carent; ut multa ſint in eo obſcura, aut certe ambigua, quae ad ipſum argumentum pertinent: Nam primo: Quae fuit *Freya* illa; Dea an mortalis? poſterius ſtatuere videtur *Torfæus*; at prius haud abſurde colligi poteſt ex Vers XLIV. et XLV. intereſt tamen, utri attribuendi ſint iſti, Item verſus VI. 5. et forte etiam IX. 12. Deinde; quae fuit *Hyndla*? *Habitavit in antro*, ut Auctor dicit I. 4. Ergo mulier fuit gigantea, et quidem docta pro modo ſui ſeculi, atque inſuper veriſimiliter fatidica aut ſaga. hoc eſt totum, quod de ea cum veriſimilitudine poſſit ſtatui: Nam Deam fuiſſe nondum probatum eſt. Porro *Ottarr* quidam eſt heros *Fabulae*; hujus ſtemma ambitioſe nimis recenſetur, interim quid hominis fuerit, et cujus conditionis, reticetur. Ille an interſit colloquio, necne, in ambiguo eſt: ego tamen ad prius credendum inclino, cum propter XII. 1. XIII. 1. XVI. 10. 11. XIX. 4. XX. 5. 6. ubi oratio ad eum dirigitur, in ſecunda perſona, tanquam actu praeſentem;

ſentem; tum vero maxime propter Vers. XLI ubi una feminarum jubet alteram *ferre potum memorialem* (memoriae juvandae) *ſuo hoſpiti*, aut, ut quidam legunt, *ſuo Verri, ut tertio mane memoriter recitare poſſit omnia verba orationis habitae, cum ille et Angantyrus ſtirpes explicant.* Adde Vers. IV. 3. cum nota; ſed ſi adfuit colloquio, adfuit modo ut auſcultans, et κωφὸν πρόσωπον; forte et in *Verris* figuram transmutatus, ne agnoſceretur ab *Hyndla*, quae aemulo ſuo *Angantyro* magis videtur faviſſe; eas tamen praeſtigias irritas fuiſſe, neque fefelliſſe *Hyndlae* perſpicaciam, probabile eſt ex quatuor Verſibus proxime ſuperius adductis, et fortaſſe etiam ex Verſu VI. ſi poſterior ejus pars intelligi recte poſſet, de quo tamen ego, ob unam obſcuram vocem *Val-ſinni*, adhuc deſpero. Haec de perſonis. Sed denique in argumento ipſo, ante et poſt genealogias, multa, forſan mihi ſoli, ſunt dubia, quae, temporis anguſtiis coactus, ſupprimere ſatius duco, quam movere, et infeliciter expedire conari. Neque eſt, ut quisquam ſperet in hac *Fabula* perſonarum diſtinctiones, Verſibus ex more interpoſitas; nihil in hac re auſus ſum, quae vel ſola aliquot hebdomadarum ſpatium ſibi exegiſſet; et ſane, ſi auſus eſſem, ſtultior fuiſſem; cum diſtinctiones iſtae (puto, quod jam tum ignorabantur) in vetuſtiſſimo, et quod unicum in Membrana ſupereſt, exemplari hujus Odae, *Codicis* nimirum Regii *Flateyenſis*, omiſſae ſint. Tandem ita nunc tempus eſt mihi, ut nihil magis ſtudeam quam properare et brevis eſſe, quare non mirandum erit ſed ignoſcendum, ſi notarum illuſtrationes idoneae deſiderantur.

HYNDLV-LIÓÞ.

I.

Vaki *a*) mær 1) meýia,
Vaki **)* mín vina,
b) Hyndla 2) ſyſtir
Er í helli býrr:
Nú er *c*) rauk raukra,
Ríþa viþ ſkvlvm
d) Valhallar til
Oc *e*) veſs heilags.

HYNDLAE (VENATRICIS AUT SAGAE) CARMEN.

I.

Vigilet 1) *virgo virginum*
Vigilet mea amica,
Hyndla 2) *ſoror,*
Quae in antro habitat.
Nunc eſt caligo caliginum,
Equitemus (duae) nos.
Ad Valhallam *(Caeſorum aulam)*
Et ad virum (locum) ſanctum.

II.

a) Mer *mihi.* G. *Erl.* ſive Fragm. *Joh. Erlendini*, quod mihi utendum dedit Peril. *J. Erici.* Quando *Meyia* erit nominativus.

**)* Mer, *mihi.* Sveinſon. Poteſt utroque loco capi, pro *mær pura*, *illuſtris.* ſed eam ambiguitatem merito exploſi alias, ut opinor.

b) *Hindla*, quaſi *Capreola.* S.

c) rauckr rauckra. *Flat.* ſive *Codex Flateyienſis*, et *Torfæus.* vulgate et male. *Ravkva*, pro *ravkra*, legere videtur *G. Pauli* ad Vegt. Qv. ultim. quod foret ab *ravk* recte formatum, uti *ſkravkva*, ab *ſkravk* commentum.

d) Til Valhallar. *Torf.*

e) til, inſer. *Flat. Vers*, pro *Veſs.* E. eodem puto ſenſu, et quidem liquidius.

---

1) I. e. Praeſtantiſſima virginum, atque eſt Hebraismus: ſic etiam Str. 5. et fortaſſe etiam per Iropiam in *Harbards-lióþvm*, I et II.

2) Modo, pro *Socia*, adulandi cauſa, quomodo in *Grettis-ſaga*: Sua vil ek heil, *ſyſtir!* ita ſim ſalva (Ita mihi placet) *ſalve! ſoror.* Verba ancillae ad filiam herilem.

II.

3) Bidiom *f*) heria tavþr
I *g*) hvgvm ſitia:
Han *h*) gefr oc 4) geldr
Gvll verþvgvm:
Gaf han HER-MÓÐR
Hiálm oc bryniv,
En SIGMVNDI
Sverþ 5) at þiggia.

II.

3) *Oremus* populorum patrem
In animis (noſtris) inſidere:
Ille dat et 4) *reddit*
Aurum dignis:
Dedit HERMODO
Galeam et loricam,
At SIGMUNDO
Enſem 5) *accipere (ferre, habere).*

III.

Gefr han ſigr *i*) ſonvm 6),
En *k*) ſvmvm aura,
Mælſkv *l*) mavrvm 7):

III.

Dat victoriam 6) filiis,
At aliis pecuniam,
Eloquentiam 7) illuſtribus,

f) Herians. *Flat. Suec. Torf.* vox *Herian principem* notat; neque adeo video, quo pacto hic adplicari queat.

g) *Hogom.* S. ambique nimis. *h*) *geldr oc gefr*, male *Flat.*

i) ſvmvm, *aliis*, vidi alicubi, quod nihil eſt cur praeferamus.

k) ſvinnvm *prudentibus*, i. e. iis qui rei ſerviunt. videtur eſſe in *Flat.*

l) Mavrgvm, *multis*, *Flat. Torf. Anon.* Melſcv, ante. *G. Erl.*

---

3) Hic forſan finis praetexitur itineri ad *Valhallam.* Str. ſequ. *To Sitia* per *illabi* vertit *Torfæus*, quod ejus auctoritati relinquo, ſed juſto tamen minus videtur dicere: quamquam fateor, me non ſatis perſpicere, quid hic ſit *ad ſitia i hvgvm*, ſi non eſt, *imbuere mentes divina ſapientia:* Conferri poteſt, ſi libet, hoc *Eddae Snorrii*, neſcio a quo poëta dictum: þar var *ſiálfr Sigtyrr i-ſæki-alfi* atals dyra, i. e. *ibi ipſe Deus bellicus* (Odinus) *inerat oppugnatori* navium. Si de *Odini* ipſius *animo* intelligeretur, foret *placido in nos eſſe animo*, et ſic *ſua benevolentia iter noſtrum ac propoſitum proſperare.*

4) Bene praemiſit *geldr rependit*, cum ſubjiciat *Verþvgvm merentibus:* et *geldr* eſt modo ſpecies Epanorthoſeos *tg gefr.*

5) *Gaf at þiggia*, honeſta phraſis; quacum confer *Virgil.* Æen. V. 248. 261. 307. *Homer.* Iliad X. 115. et illud *at þiggia* poterat abeſſe ſalvo ſenſu, at non ſalvo lepore.

6) Deos minores et homines intelligere poſſumus. conf. II. 1. et *Alda-favþr Viventium pater*, alias appellatur *Odinus.*

7) Torfæus *mörgvm, ſirvm*, et *bravgnvm*, vertit *Aliis aliis*, quod mihi non videtur eſſe interpretari.

Alias

m) Oc mannvit *n*) fírvm,
Et ingenii ſapientiam terrae tutoribus,

Byri *o*) gefr han bravgnvm,
Ventos ferentes dat negotiatoribus,

Enn 8) brag ſkáldvm,
At 8) *carmen poëtis,*

Gefr *p*) mannſemi
Dat virtutem (fortitudinem)

Mavrgvm rekki.
Multo viro alacri.

IV.

q) Þór man hon blóta
THORUM *illa ſacrificio venerabitur,*

Þeſs man han bidia,
Id illa orabit,

At han *r*) ei *s*) vit þic 9)
9) *Ut ille ſemper erga te*

Einart *t*) láti;
Sincerum ſe praebeat:

IV.

10) Þó

m) Enn. S.

n) *fyrvm.* S. quod non poteſt improbari prius, quam Etymologia utriusque examinata.

o) *gefr han*, intuli in Textum, ex ſolo *Flat* et ad rhythmum et orationem commode, arbitror.

p) *han*, addit *Flat. Torf.* neque repugnem.

q) Þórr, qui nominativus eſt, Omnes praeter *Flat.* Deinde *Mâ* pro *man*, *adorandum illi eſt* Thorum, aut *credo eam adorare Thorum.* E. *r*) *ey.* G. Erl. *a.* Flat.

s) *viþr*, idem. E. *t*) *tali*, ingenue tecum loquatur. *Sveinſon.*

Alias Ordinem in hiſce duabus Strophis hunc licuerit conſtituere: *Mælſkv ec mannvit mavrvm fírvm — illuſtribus viris.* nam ambigi poteſt, an *firar* idem ſint cum *Firdar* in *Edda*, cum Verſimilius ſint a ſingulari *Fiorr*, quod aut *virum* aut *juvenem* notat *Ibidem. Mavrvm* videtur eſſe ſcriptio ſaepius a me damnata, pro *Mærum.*

8) Metonymia effecti pro cauſa efficiente, unde et *Singularem veniam et genium* vertit *Torfæus.*

9) Poteſt et ſenſus eſſe: *Ne erga te ſeverum ſe praebeat.* Et merito quaeritur in hoc Verſu quae ſit illa *Hon* Str. 1. et quid ſibi velit *þik* te hac Str. Non poteſt hoc *þik* notare niſi aut *Hyndlam* aut *Ottarem*: Si *Hyndlam* notat, *Hon* Str. 1. *Freyiam* notabit, quaſi ea ſpondeat ſe *Thoro*, gigantidum perpetuo inimico, pro *Hyndla* ſupplicaturam eſſe, ut erga illam animo ſit clementi ac propitio; et hanc illi gratiam pro comitatus officio redditurum. Si *þik Ottarem* notat, *hon* denotabit *Hyndlam* nondum egreſſam, quam *Freyia*, *Ottari* loquens, et eum, ne Hyndlae diffidat, confirmans, dicat *Thoro* eſſe ſacrificaturam, aut eo ipſo momento intus ſacrificare, in gratiam et proſperitatem Ottaris; tantum abeſſe ut voluntate ab eo averſa ſit, et adverſario magis ſtudeat.

10) Þó er *u*) hanom ó-títt
Vit iötvns þrupir.

10) *Tamen ei non intercedit gratia*
Cum gigantum virginibus.

V.

Nú taktv 11) úlf þinn
x) Einn af ſtalli,
Lát hann renna
Meþ *y*) runa múlvm;
Seinn ér gavltr þinn
Goþveg 12) troda
Vil ec *z*) mar (þ) minn
æ) Mætan *á*) hleda.

V.

Nunc cape 11) *lupum tuum*
Unum e ſtabulo,
Fac eum currere
Cum curſoriis (magicis) capiſtris:
Segnis eſt verres tuus
Divinam viam 12) *calcare,*
Volo meum equum
Eximium ſternere.

VI.

Flá ertv Freýia
Er þu *b*) freiſtar mín,

VI.

Vafra es Freyia
Cum tentas me,

 13) Vís-

u) *hanim.* S. ſuſpecta terminatione. *x*) *Ein* ſola, i. e. ita ut alii id ne ſentiant. *E. G. Flat.*

y) Poteſt et legi *Rúna*, quo Parentheſis in Verſione ſpectat, *Runna*, Anon. quod firmat Lectionem in Textu adoptatam. *Rona Erl.* obſcure.

z) ei, *nolo — onerare.* Flat.

(þ) þinn *tuum.* S. ſolus. Et cum tota ſententia ſit obſcura, decernere non eſt, quae lectio ſit potior; niſi quod altera numero vincit. *æ*) Medan, *interea.* E.

á) hl þa. *Sveinſon.* obſcure: forſan ſit Hlíþa, *auſcultare*, aut *inclamare.*

b) *freiſcar.* Erl. *freyſtar* E. ſuſpecte.

---

10) His Str. prædicat difficile futurum negotium, *Thórum* Hyndlae placandi, aut ejus favorem *Ottari* conciliandi per *Hyndlae* ſacrificium, propter diſcordias inveteratas, qvae *Thoro* ſint cum gigantibus feminis.

11) Reſpice *Corvicinium* X. 2. cum nota. Mox *Einn* dicit, tanquam multos lupos vectarios in ſuo alat ſtabulo.

12) ſc. ad Valhallam, ſupra 1. 7. Quae autem hic de *Verre* et *equo* dicuntur, credo omnibus liquida viſum iri, praeterquam mihi ſoli: *Verris ſellarii* meminit Edda Snorrii hoc Verſu: *Riþr a börg til borgar* etc. *Vehitur porco* ad urbem. confer *Eandem* in *Fab.* XLIII. de *jumentis Freyéri ad rogum Balderi vehentis.*

13) Vísar þú augvm
Á oss þannig
Er þú hefir *c*) ver þinn
I *d*) valsinni 14a)
Óttari *e*) unga
Innsteins *f*) byr.

13) *Dirigis oculos*
In nos ita;
Cum tu habes virum tuum
14a) *Benevolentem*
Ottari *juveni*
Innsteinis *gnato.*

VI.

Dvlin ertv Hyndla,
Draums *g*) ætlig þer,
Er þu queþr *h*) ver minn

VI.

Falleris Hyndla
Somnias, credo,
Cum tu ais virum meum

I *i*) val-

c) *Verr.* L. S. qui nominativus est, huc non pertinens.

d) *Val sinni*, divisim. L. S. *Valsimri.* E. ubi *Simri* capi posset, pro *sifri*, murmure, susurro, et sensus esse: *Cum adhibes virum tuum feralibus incantamentis, in gratiam Ottaris. Val semri* Suec. *in strage, inter mortuos, potiorem.*

e) *Junga*, et ante, *Ottar*, Flat.

f) *syni.* L. S. *Burir*, in plurali, vitiose. Anon. forte fuit *Buri*, per Paragogen. Ante, *Innsceinns* scribit *Erl.* studio archaismi nimium putido, et plane absurdo.

g) *etlic*, *ætlic.* Sveinson. S. *h*) *Minn (ver)* E. a cujus matrice *Ver* abfuisse videtur.

---

13) I. e. Vel ex obtutu tuo concludere possum, aliquam fallaciam subesse visitationi tuae, et itineri ad *Vahallam* proposito. Potest et intelligi: *Itane tandem nos spectas?* opem a nobis exspectas, cum habeas *Odinum* a clientis tui partibus stantem? Tertius sensus esse posset: Itane conaris nobis praestigias objicere?

14a) *Val* pro *vel* bene frequens est in bonis Membranis, nominatim *Guelferbytana Egilssagae*; cepi ideo hic *Valsinne* pro *Vel-vild* benevolentia, benigno adfectu. Si *Val* de *mortuis* accipimus, *sinni* de *itinere* foret sensus: *in mortuorum itinere*, vel *itinere ad mortuos* sc. ad Valhallam mortuorum sedem; tum autem sequens *Ottari* vertendum esset, *in gratiam* vel *commodum* Ottaris. Sin *val* sit *Electio*, et *sinni*, *societas*, *communio*, sensus hic existit tortus satis: *Cum virum tuum habes in delectus communione cum* Ottare, i. e. *Ottarem* facis *Odini* rivalem. Sed fateor hanc notionem vocis mihi esse suspectam. Sciendum est tandem *Sinni* etiam accipi posse, pro nomine verbali masculino, quod in nominativo est *Sinnir*, et notat vel *euntem*, a verbo *ad sinna* apud *Sighvatum*, vel *curantem*: hinc tandem novus emergit sensus: *Cum habes virum tuum in Veloci viatore (stragium curatore)* Ottare etc. Quod non dicit aliud, praeterquam: Cum bellicosus — *Ottarr* sit tuus vir vel amator; jejune quidem satis, nisi statuamus immanem Hypallagen, hoc modo: Er þu hefir

Ottar

I *i*) valſinni 14b);
Þar er *k*) gavllţr *l*) glóar
15) Gullin-bvrſti,
m) Hildi-ſvíni,
Er mer hagir gerþv
Dvergar tveir
m) Dáinn ok *n*) Nąbbi.

(Eſſe) in ſtragium 14b) cultore;
Ubi verres fulget
15) Aureis ſetis praeditus;
Bellicoſus (Splendidus) porcus,
Quem mihi dextri fecere
Nani duo
DAINUS *et* NABBIUS.

VIII.

Sennom viþ or ſavþlom
Sitia viþ ſkvlom
Oc vm jöfra
o) Ættir dæma,

VIII.

Sermonicemur ex ephippiis,
Sedeamus duæ nos
Atque de regum
Familiis diſputemus,

p) Gv-

i) *Val ſini.* L. *Sinir*, et *Sinnir* in E. nomen proprium eſt *Equi* in *Grimnismâlvm* XXXI.
k) *Giltr.* Anon. et S. in margine. melius ſine dubio *Gyltr.* *l*) *glóir.* S.
m) *Hildi ſvíni*, diviſim, Plerique. *Hilldi ſvína* E. forte, *princeps vel coryphæus ſuum. Hildi högni* S. in marg. et Quidam in E. obſcure. Alias *Högni* viri nom. prop. *Vindicem* notat, ab *at hegna*, punire, in *Eyiolfi Jonae Vallenſis* Onomaſtico.
n) *Dani*, vel *Dáni.* G. Erl. *n*) *Naggi.* Anon. *Natbi.* Sveinſon. poſterius ſuſpecte.
o) *ettir*, idem. G.

Ottar ver þinn i val-finni *Cum tu habes* (coram adhibes) Ottarem — *anaſium tuum in velleci* (*ſtragis apputente*) *gradario* vel *jumento*, o: cum tu mihi praeſentas Ottarem tuum ſub Verris vel apri figura, conf. not. praeced ſub finem. Imo etiam ſine Hypallage procederet eodem fere ſenſu: *Cum h. vir. t. in jumento, Ottare* etc. i. e. quod jumentum eſt *Ottarr*, ut illa, *Ottari ſinga* etc. ſint poſita per Epexegeſin. Ultima haec acceptio hujus loci forte nonnihil illuſtret Verſum ſequentem Str. 5. et ſequ.

14b) I. e. in apro; qui forſan eſt cadaverum adpetens. Si accipimus aliter, nexus cum ſequentibus nullus eſt, neque ea tum intelligi poſſunt. Neque tamen repugnem, ſi mavelis exponere: *in ferali* vel *funeſto* itinere aut *comitatu*: nam hoc ratione *Freyiae* verum eſſe poteſt, ſi intelligimus *Freyiam* Deam Aſiaticam, ante multa ſecula fatis functam, cujus adeo ſimulacrum modo hic adeſſet.

15) Eſt quoque, ut vertatur: *Auri in modum circumtus, aureum capite cirrum (apicem aut criſtam) gerens. Gullin-bvrſti* vocabatur *Verres vectarius* l. jugalis *Freyieri*; hujus formam Dea *Ottarr* forte impoſuit.

þ) Gvma þeirra
Er frá goþvm q) kuomv.
*) Þeir hafa 16) veþiat,
r) Vala málmi
Óttarr s), ungi
Oc Ángan-týr.

Heroum iſtorum
Qui a Diis genus duxerunt.
16) *Sponſionem fecerunt*
In caducum metallum
Ottarr *juvenis*
Et Angantyrus.

IX.

**) Skyllt er at t) veita
Sua at ſkati inn ungi
Faþrleifd hafi
Eptir frændr ſína.
Havrg-han mer gerþi
u) Hladinn ſteinvm;
Nú er griót þat
17) At gleri x) orþit;

IX.

Juſtum eſt opem ferre (feram),
Ita ut heros ille juvenis
Patrimonium obtineat
A conſaguineis ſibi relictum:
Delubrum is mihi fecit
Exſtructum lapidibus,
Nunc ſunt ſaxa illa
In 17) vitrum converſa,

Rauþ

þ) Gumna; *Torf.* q) *coma* in *praeſenti*, — *ducunt.* Sveinſoh. S.
*) Hic novum Verſum orditur *Torfæus*, qui clauditur Str. 4. Verſus ſequentis.
r) *Mala* vel *mála* málmi, *molitum*; *clangens*, aut *ſtipendiarium* metallum. E. ſolus. Prima notione reſpiceretur ad Fabulam de molitura *Frodii pacifici.*
s) Jungi *Flat.* ut ſupra.
**) Hae quatuor Strophae in omnibus Libris praeter E. conſtituunt Verſum diſtinctum.
t) *Vita*, experiri. G. ſuſpecte.
u) *hlaþin*, qvod foret Neutr. plurale. S. vitioſe. x) *vorþit*, idem. *Torf. Erl. G.*

16) Extrinſecus ſubauditur: *De ſplendore et antiqvitate generis*; ita ut is, qui ab recenſu ſtemmatis discederet-inferior, haereditate controverſa excideret. *Vala málmr*, a *Valr* mortuus, mihi notat *Hereditatem*, *poſſeſſore defuncto vacantem*, quae *Dánar-fe* dicitur in *Relatione de Stuvo Cattarſono*. Alias *Vala málmr* verti poterat *Lectiſſimum metallum*, nempe *Aurum*; ſed is ſenſus magis eſſet indefinitus. *Torfæus* hunc locum ſic vertit: *Divino metallo* (auro) *pignoris loco certarunt.* Quod meor me parum intelligere.

17) Hyperbolice forſan ſignificat, nunc ita polita et laevia facta eſſe ſaxa illa, ut pro vitro haberi poſſint, i. e. vitri ſpeciem praeferant. Sic in *Hymisquiþa* Calix poterius vocatur *Gler*, quem tamen vitreum fuiſſe non eſt probabile.

Rauþ han *y*) í nýiv
Nauta blóþi;
z) Æ trúþi OTTARR
Á ÁSYNIVR.

Unxit ille recenti,
Boum ſanguine:
Semper fidebat OTTARR
ASYNIIS.

X.

Nv láttv forna
Niþiá talda
Oc uppbornar
Ættir manna:
Huat er 18) SKIÖLDÚNGA?
Huat er SKILFÍNGA?
(þ) Huat er 19) AVÞLÍNGA?
Huat er 20) YLFÍNGA?

X.

Ergo da priſcas
Familias numeratas,
Atque editas
Stirpes hominum.
Quid eſt 18) SKIÖLDUNGORUM?
Quid eſt SKILFÍNGORUM?
Quid eſt 19) ÖDLINGORUM?
Quid eſt 20) YLFINGORUM?

y) nio, *novem*, S. z) *Et.* L. S. G. Erl. Anon conf. ſupra IV. 3.

(þ) Hac Stropha excluſa Verſum mutilant Omnes, praeter L. S. cum tamen infra agnoſcant *Avþlínga*, xv. 3.

18) *Skiöldungorum* ſtemmata duo eſſe conſtat: Unum Danorum regum a *Skiöldo Odini* filio; alterum dynaſtarum quorundam *Norvegiae*, a *Skiöldo Skelferi* filio, *Halfdani Grandaevi* nepote, quod alio nomine vocatur *Skilfinga ætt*, quae mox in Stroph. ſeq. ſubjicitur. confer *Origines Reg. Norvegorum*, ad Calcem *Olafs-ſagae* pag. 331. Edit. Skalholt. qui Libellus nonnihil facit ad illuſtrandum genealogias hujus Carminis. De *Skioldungis* Danis quaeſtionem, hic eſſe non eſt probabile, cum horum in ipſo recenſu ſtemmatum nulla fiat mentio; ſed nihilo minus mirum eſt, de una familia, tanquam diverſa, duplicem proponi quaeſtionem.

19) Haec ſtirps nomen ſortita eſt ab *Odio Halfdani Grandaevi* filio: hic et frater *Budlius Saxoniam* et *Galliam* armis ſibi ſubjeciſſe, atque ibi imperaſſe, traduntur in *Originibus* ante citatis.

20) Unde hoc Stemma nomen traxerit, nihil mihi conſtat; an ab *Ulfo* quodum (forte proavo *Ottaris*) quod Etymologia ſuadere videtur, an ab *Alfo* ſive *Finnalfo*, *Nori* Norvegiae eponymi nepote, et uno majorum Ottaris noſtri, an denique ab *Olio Dagi* filio, *Halfdani Grandaevi* nepote, quae Stirps alias *Döglingorum* nomine cluet. Exemplar *Eddae Snorrii*, mediocris notae, quo utor beneficio poſſeſſoris *G. Vidalini*, inter filios *Halfdani Grandaevi* loco *Skelferi* ponit *Yngvium*, *Ynglingorum* generis auctorem; unde ſuſpicari quis poſſet, *Ynglinga* in Textu noſtro eſſe reponendum, cui conjecturae etiam favet Varietas Lectionis xv. 4. Apud *Snorrium*, in

Huat er 21) Havld-borit?
Huat er Hers-borit?
Meſt manna val
Und midgarþi.

Quid eſt 21) *Nobilibus privatis ortum?*
Quid eſt Baronibus (Satrapis) ortum?
Hominum genus lectiſſimum
Sub medioxumo aggere (ſub luna).

XI.

Þú ert *a*) OTTARR
Borinn INNSTEINI,
En 22) INNSTEINN var
ÁLF enom GAMLA;
ALFUR var ULFI,
ULFR SÆ-FARA,
Enn SÆ-FARI
a) SVAN enom RAUÞA.

XI.

Tu es OTTARR
Natus INNSTEINE,
At 22) INNSTEINN *erat* (*natus*)
ALFO GRANDAEVO,
ALFUS *erat* ULFO,
ULFUS SÆ-FARIO (Navita),
At SÆ-FARIUS
SVANO RÚFO.

XII.

23) Móþor átti faþir *b*) þinn

XII.

23) *Matrem* (*tuam in matrimonio*) *habuit pater tuus*
c) Meni-

a) *Ottar*, Omnes. corrupte in Nominativo.
a) Sivar. *Anon.* male. *b*) *þinn*, exclud. *Sveinſon.*

in Vita regis *Ingialldi Scelerati*, mentio fit *Hiörvardi* regis cognomento *Vlfingi*, item *Vlfingorum*, incertum an ſociorum ejus, an gentilium; quod tamen an huc aliqua ratione ſpectet, non vacat diſquirere.

21) De *Höldis* et *Herſeris* videri poteſt *Edda Snorrii* in *Regum vocabulis*. Mirum autem eſt quod *Jarli* hic omittuntur, quodque *Holdi* ante *Herſeros* ponuntur; unde ſuſpicio mihi orta eſt, *Jarlborit*, ſive melius ad rhythmum *Earl-borit* hic legendum eſſe; certe poëſis ipſa non plane reſpuit.

22) *Eyſteinem* et *Ingimundum Alfi* filios memorant *Origines regum* allegatae.

23) Verba ambigua, nam neſcias, utrum intelligatur mater *Innſteinis*, an *Ottaris*; prius ſimpliciter ex verbis ſequitur, poſterius requirunt contextus et circumſtantiae, neque ego hoc praeferre dubitavi, ut innuatur hac et ſequenti Stropha *Ottarem* ex juſtis, et per legitimam emtionem contractis, nuptiis eſſe prognatum.

c) Meniom 24) gavſga,
*) Hyggec at hon heti
d) Hle-dís gydia
Frópi var faþir; þeirrar
En e) Friant móþir:
Avll þótti ætt ſú
Meþ yfirmönnom.

24) *Monilibus decoram (dotatam),*
Ea, credo, appellabatur
Hle-disa *Dea (Anti-ſtita);*
Frodius *erat pater ejus,*
At Friantis *mater:*
Omnis habita eſt ea ſtirps
Inter principes.

XIII.

f) Áli 25) var áþr
Avſigaztr manna
Hálfdán fyrri
Hæztr ſkiölldúnga:

XIII.

25) Aulus *erat olim*
Robuſtiſſimus virum;
Halfdanus *prius*
Supremus (maximus) regum:

c) Menio *Sveinſon.* i. e. *Minio*, forte hic pro *rubro genarum colore*, qui diu in laude fuit habitus. Alioquin *Media* eſt *ornamentum* quoddam *capitis muliebre*, in *Edda Snorrii* ſub finem.

*) *Hug.* S. *Hugg*, poteſt procedere. Deinde *At* male abeſt indidem.

d) *Hledys*, corrupte per y Quidam in E. *Hleþis* E. Erl. quod non poteſt eſſe proprium Nomen mulieris, ſed *Hleþis-gydia* conjunctum poſſet cognomen eſſe, quaſi *Fimbriata* vel *Spinthriata nympha.*

e) Ita ſolus *Flat. Feraut*, *Ferant* Reliqui. quorum neutrum ſapit Septentrionem.

f) *Aali.* E. Erl. G. ſed Vocalium gravium duplicationem ignorarunt Membranae veteres; ea introducta eſt cum corruptione linguae noſtrae. || *Auþr*, pro *áþr*, fine Str. E. i. e. *Opulentus*, ut *Sveinn Fiſſobarbus* vocatus eſt *Sveinn hinn Auþi* à *Thordo Kolbeini* apud *Snorrium.*

---

24) *Meniom*, a Nominativo ſingulari *Men*, vel proprie modo intelligimus de *monilibus*, vel Synecdochice de *Auro*, quomodo alias *Baugar* pro *Auro* ponuntur; hac poſteriori notione ſpeciatim intelligendam arbitror *Dotem maritam*, ſive *Munus ſponſalitium uxori a marito datum* fine quo nuptiae antiquitus non cenſebantur eſſe legitimae. Priori autem notione *Monilia* extendi poſſent ad omnia muliebria ornamenta, et ita muliebriter ſane mulier ab ornatu commendaretur.

25) *Saxo* Lib. VII. pag. 140 ſequ. et Lib. VIII. 145. 147. multa narrat de *Olone Vegeto* (qui nobis foret *Ali hinn frækni*), quem inter alia tradit

g) Fræg voro 26) fólk-víg
Þau h) er framir gerÞv:
i) Hvarfla Þóttv hans 27) verk
Meþ himin-ſkautom.

Celebria erant 26)juſta praelia
Quae praeclari (iſti heroes) geſſerunt:
Volitare viſa ſunt ejus 27) acta
Per coeli cardines.

XIV.

k) Eſtdiz 28) han viþ EYMUND
Æztan manna,
En l) vá SIGTRYGG

XIV.

28) *Viribus auctus eſt per* EYMUNDUM
Summum virorum,
At occidit SIGTRYGGUM

Meþ

g) *Freg.* G. idem, et ad originem quidem proprius. h) *es*, vetuſte. *Erl.*

i) *hvarla*, S. vulgatam elocutionem ſequutus.

k) *Öſtdiz*, pejori ſcriptione. *Flat.* Deinde, *Eimund* ſcribit S. *Eyvindus* autem appellatur in *Originibus*.

l) *han*, pro *vá*. *Flat.* quo ſententia fit mutila; credo, voluit ſcribere, *han vá*.

LXX *reges maritimos nauticarum virium certamine conſumſiſſe*, item *cum* Ringo *pugnaviſſe adverſus Haraldum* Hilditannum *in* Bravicenſi *praelio*. *Torfæus* autem probabiliter ſtatuit hunc *Olonem Saxonis* ex tribus hominibus eſſe conflatum; nempe *Olio Vegeto* Daniae rege *Anni Suecia* regis ſynchrono et hoſte, de quo *Snorrius* in *Ynglinga-ſaga*, et *Torfæus* in *Serie Dynaſt* pag. 231 deinde ex *Olavo Tre-telgia* (Lignario) *Ingialdi Sceleratr* (*Aſtuti*, Torf.) filio; et denique ex *Olavo Anglo*, *Jutiae* dynaſta, *Sigurdi Ringi* et *Ragnaris Lodbrokis* tributario. Vid. *Seriem Dynaſtarum* pag. 316. 324. Sögobrot vm *Bra-valla-bardaga* ſ. *Fragmentum Hiſtoriae Skiöldungorum* memorat *Aulum* (Ala) quendam cognomento *Vegetum*, inter primarios ſocios *Sigurdi Ringi* in *Bravallenſi* praelio, ſi recte memini, gente Norvegum. *Snorrius* etiam mentionem facit *Auli* regis *Uplandi*, qui hoſtis erat *Adilſo Upſalienſi*, atque ab eo in acie eſt caeſus. Nunc ipſe Lector videat, numquis et quinam horum omnium ſit *Aulus* noſtri *Poëtae*.

26) I. e. quae acie ordinata fiebant, atque diverſa erant a pugnis tumultuariis ſ. velitationibus, ac congreſſionibus levioribus. Talia vocantur *Folkorroſtor* a *Sighvato* poëta apud *Snorrium* in *Vita Olai* Sancti cap. CCLXX. *Vig* eſt praelii Synonymum in *Eddae* Nomenclaturis. Conferri ſane meretur *Gloſſarium Vocum Codicis Johannaei antiquarum*, quod ex *P. Vidalinianо* contractum edere coepit popularis meus homo doctus *Th. S. Liliendal*, in *Scriptis Societat. Litar. Island.* Tom. II. pag. 138. ubi tamen ego optarem aliquam auctoritatem e priſcis monumentis fuiſſe adductam, ad id, quod ibi ſtatuitur de numero et diſpoſitione militum atque ordinum in *Fólk* ſ. *Fólkorruſta*, probandum; nam fateor eam obſervationem novam mihi et inauditam eſſe.

27) *Halfdani* ſcilicet; qui *Hringarikiae* in *Norvegia* rex fuit. Nihil autem ex ejus rebus geſtis ad noſtram notitiam pervenit, praeterquam quod arma late per *Orientem* circumtulerit, atque ibi *Sigtryggum* quendam regem in certamine ſingulari occiderit. Vide *Origines Reg.* pag. 333. *Torfæi Seriem* pag. 249. ſeq.

28) I. e. potentior factus affinitate cum *Eymundo* contracta. Poteſt et verbo *Elfdiz roboratus eſt*, adludi

Meþ ſvaulom eggiom:
Eiga geck *m*) han *n*) ÁLMVEIG
Æzta kuinnv:
Ólo þau oc átto
o) Átián ſono:

Frigidis (ferri) aciebus:
Duxit uxorem ALMVEIGAM
Primariam feminam:
Genuerunt illi et ſuſtulerunt
Decem et octo filios:

XV.

Þaþan *p*) ero SKIOLDÚNGAR,
Þaþan SKILFÍNGAR,
Þaþan AUÞLÍNGAR,
Þaþan *q*) YNGLÍNGAR 29);
Þaþan HAVLDBORIT

Þaþan HERSBORIT
Meſt *r*) manna val
Und mid-garþi.

XV.

Inde (orti) ſunt SKIÖLDUNGI,
Inde SCILVINGI,
Inde ÖDLINGI
Inde YNGLINGI 29);
Inde NOBILIUM (Patriciorum) progenies,
Inde SATRAPARUM progenies:
Flos hominum lectiſſimus
Sub vallo intermedio:

m) *han*, intuli ex conjectura, in rhytmi et orationis gratiam.

n) Almv g. *Sveinſon. Alfveig*, et *Ælveig*, appellatur credo in diverſis *Eddae Snorrianae* Exemplaribus; *Alfni*, in *Originibus.*

o) Attián. *Flat* non male, licet inſolenter *p*) *ro*, idem. S. L. inſuavius.

q) Ita *Torfæus* legit hoc loco, atque omnes Libri, praeter L. S. qui retinent *Ylfingar.*

r) *manna-val*, una voce. E.

---

adludi ad id, quod liberi ſunt vis et robur parentum, et *Numerus liberorum firmius eſt imperii munimentum, quam legiones aut claſſes*, ex *Titi Caeſaris* apud *Tacitum* ſententia Hiſt. IV. 52. Suſtulit autem *Halfdanus* ex filia *Eymundi* natos numero XVIII.

29) Quod hic de *Skioldungorum* et *Ynglingorum* proſapiis dicitur, eas ab *Halfdano Grandaevo* dimanaſſe, de poſterioribus *Skioldungis* et *Ynglingis* accipiendum omnino eſt. Halfdanus enim, veteriſſimis *Ynglingis* et *Skiöldungis* tempore junior eſt, et ab illis deſcendiſſe videtur. Cum autem omnes *Halfdani* filii, inter quos fuere *Skiöldus* (imo *Skelfer*, conf. not. 18.) et *Ynguins*, prae omnibus fui temporis regibus gloriosi fuiſſent, antiqui illi honoris tituli illis de novo et Κατ' ἐξοχήν inditi fuiſſe videntur, eorumque nominibus poſteritas cenſeri deinceps voluiſſe. *Torfæus.*

Allt er þat ætt þín,
Óttarr 30) heimski!

XVI.

Var Hilldi-gvnn
Hennar móðir,
*) Svöfo borin
Ok fækonungi:
Allt er þat ætt þín
Óttarr heimski.
31) Varði at viti *s*) fva.
Villtu *t*) þvlv lengri?

XVII.

Dagr átti Þóro 32)
Drengia-móðor:
Óloz í ætt þar,
Æztir kappar:

Omne id genus eſt tuum,
Ottarr 30) *ſtulte!*

XVI.

Erat Hilldi-gvnna
Illius (Almveigae) *mater,*
Svava *genita*
Et maritimo (*quodam*) *rege:*
Omne id genus eſt tuum,
Ottarr *ſtulte!*
31) *Curet, ut ſciat ſic* (*haec*).
Vis ſermonem (*ſeriem*) *longiorem?*

XVII.

Dagus *uxorem habuit* Thoram 32),
Fortium virorum matrem:
Innati ſunt ea ſtirpe
Excellentes athletae:

u) Fróð-

*) *Svofv* barn oc ſækonvngs, *Svavae proles et — regis.* Flat.

s) *ſva*, exclud. *Erl. G.*

t) Enn lengra, *ulterius porro progredi*, Omnes, praeter. L. S.

30) Poteſt fieri, ut hoc epithetum, toties in ſequentibus repititum, nihil in ſe habeat convicii, ſed fuerit cognomentum *Ottaris*, quemadmodum duo Viri nobiles, ex primis terrae noſtrae Inſeſſoribus, dicti ſunt *Rafn hinn Heimſki* et *Ketill hinn Fifliſki* (*fatuus*). Crediderim autem talibus cognomentis originem dediſſe vel ſimulatam ſtultitiam, quemadmodum *J. Bruti* apud *Livium*, et *Hreidaris* in *Hryggiar-ſtycki*, vel tardam ingenii in pueris exſertionem. Sin compellationem in ſe heic habet injurioſam, taxat in *Ottare* ignorantiam proprii ſtemmatis, quod tam amplum erat et illuſtre.

31) I. e. Diſcipulus noſter (*Ottar*) ad haec attendat animum, et haec ediſcat. Poteſt et τὸ *Varði* accipi imperſonaliter, *curae ſit*, *curetur*, *ut* etc.

32) *Dagus Halfdani* et *Almveigae* filius, ex *Thora* ſuſcepit novem filios, quorum quatuor nominantur in *Originibus*. Incertum eſt, an filii *Dagi* in ſequentibus enumerentur, an ejus poſterorum celeberrimi, quod ego pronior ſum credere.

u) Fróþ-marr x) oc Gyrþr,

Oc Frekar báþir,
y) Aunnr oc z) Josur-már,

Álfr enn gamli.
(þ) Varþar at viti ſua.
Villtu enn lengra 33)?

XVIII.

Ketill het vinr þeirra,
æ) Klyps a) arfþegi:
Var han 34) móþvr-faþir
Móþvr þinnar;
b) Þá var 35) Fróþi,

Frodmar (prudens heros) et Gyrdus,

Et Frekii (Lupi) amba,

Önnus et Josvr-mar (Turbulentus heros),

Alfus grandævus.
Intereſt ut ita ſciat.
Vis adhuc ulterius 33)?

XVIII.

Catullus dicebatur eorum amicus,
Klypi heres (gnatus),
Is erat 34) avus maternus
Matris tuae:
Tum erat 35) Frodius,

Fyrr

u) Ita ſolus. S. Alii, *Fraþmar*. x) oc, neſcit *Flat*. Deinde, *Gyrþir*, legunt, L. S.

y) Aunr. G. Forte *Amr* legendum, ſic enim vocabatur unus *Dagi* filiorum. Alterum nomen inauditum eſt.

z) *Joſvr mar*, diviſim. *G. Edd.* Joſvr mar. *Sveinſon.* et forte recta Lectio Strophae foret: *Amr, Jofr, Mârr. Jöfr* invenitur inter *Dagi* filios.

(þ) Sic nunc Omnes Libri, praeter S. qui praefert, *Var*, ſenſu caſſum.

æ) Klyfs. *Sveinſon.* eadem puto notione.

a) Arin-þegi. E. *ulnarum compos*, i. e. in ejus ulnas ſuſceptus, quod educationis praebendae erat ſignum, conf. *Landn. b.* pag. 343.

b) Ita ſolus *Anon.* diſtinctius Ceteris omnibus, qui praeferunt, þar *ibi*. Stropha ſeq. *Karli*, pro *Kâri*, ſubſtituit E.

---

33) Scilicet, in evólvendis ſtemmatibus pergi, aut pergere. Non enim celabo, duas haſce Strophas ſemper tribui poſſe illi mulierum, quae auſcultat, tanquam adſontienti et ad ulterius in ſerie progrediendum alteram hortanti.

34) Ergo, pater *Friantidis* ſupra memoratae. XII. 6.

35) Hic videtur fuiſſe pater *Klypi*, filius *Kanri* ſequentis, atque adeo ordine prior numerandus, in recenſu lineae adſcendentis.

Fyrr enn KÁRI;
Hinn eldri var
ÁLFR vm *c*) getinn.

Prius quam KAURIUS (Curius);
Antiquior (autem) erat
ALFUS *quidem natu.*

XIX.

36) NANNA var *d*) næſt þar
NAVCKVA dóttir;
Var mavgr hennar
Mágr þíns *e*) favþvr;
f) Fyrnd er ſú mægþ.
Fram 37) tel ec lengra.

XIX.

36) NANNA *proxima erat heic*
NÖCKVII *gnata;*
Erat natus illius
Adfinis tui patris:
Obſolevit (autem) ea adfinitas.
37) *Ulterius numerando progredior (regredior).*

38) Kunna ec báþa
BRODD oc HAVRFI;
Allt er þat ætt þin,
ÓTTARR heimſki!

38) *Novi ambos*
BRODDUM *et* HÖRVIUM.
Omne id genus eſt tuum,
ÓTTARR *ſtulte!*

XX.

g) ISÓLFR OC ÁS-ÓLFR
AVLMÓÞS ſynir
Oc SKÚRHILLDAR

XX.

ISOLVUS *et* ASOLVUS
ÖLMODI (Bibuli) *gnati*
Et SKURHILLDAE

39) SKEK-

c) borinn. S. *d*) neſt. *G. Erl.* *e*) Ita ſolus *Flat.* Fauþurs. *Reliqui.*
f) *firnd*, remota. S. *g*) Hic Verſus exulat ab *Erl. G.*

---

36) Credo, *Nannam* hanc fuiſſe matrem *Alfi*, proxime ante memorati, *Alfum* vero duxiſſe uxorem ex paterna ſtirpe *Ottaris*, atque adeo in *Alfi* liberis utramque ſtemmatis Ottariani lineam conveniſſe. An vero per *Alfum* iſtum intelligatur *Finnalfus priſcus*, maritus *Svanhildae Anri-pennae*, *Dagi* et *Solis* filiae, pater autem *Svani rufi*, tritavi *Ottaris*; de eo quidem jure dubito, cum *Finnalfi* mater *Bergdiſa* vocetur in *Originibus.*

37) I. e. Hiſce etiam antiquiores commemorabo; ſcilicet *Broddum* et *Hörvinm*, et ſine dubio etiam eos, qui enumerabuntur duobus proximis Verſibus.

38) Incertum an re vera, an fama tantum; conf. XXII. 3. 4.

39) Skekkils dóttr.
Skalltv til telia
Skatna *h*) margra 40).
Allt er þat *etc.*

39) Skekkilli *filiae:*
Genus tibi referendum eſt
Ad 40) *proceres multos:*
Omne id etc.

XXI.

Gunnarr Bálkr,
Grímr *i*) Arþ-skavi
41) Járn-skiölldr Þórir,
Ulfr Gínandi,
k) Bui 42) oc Brami,
Barri oc *l*) Reifnir,
Tindr oc *m*) Tirfingr,
Tveir *n*) Haddíngiar:
Allt er þat ætt þín *etc.*

XXI.

Gunnarr Vallus,
Grimus Aratri laevigator,
41) Ferreus clypeus Thorer,
Ulfus Hians:
42) Bujus *et* Bramius,
Barrus *et* Reifner,
Tindus *et* Tirfingus,
Duo Haddingi:
Omne id genus eſt tuum, etc.

XXII.

o) Áni *p*) oc Ómi
q) Óro bornir

XXII.

Labori et turbis
Erant procreati

b) Sic *Flat.* Marga, *multos accenſere potes.* Reliqui, minus ſignate.
i) Orþ-ſkavi, *Verba poliens, ſermone elegans.* Sveinſon. *k*) *Bvr.* E. *l*) Reitnir. L. S.
m) *Tirfingar*, *Tyrfingar*, in plurali. *Erl. G.*
n) Haddíngar. *Iid.* Ok principio Strophae infert *Flat.*
o) Hic Verſus non exſtat in S. improbe quidem, cum antecedentem illuſtret. || Ami. L. Am. G. *p*) Copulam intuli è *Suec* Pro ſequenti *Omi* G. habet *Omn.* Anon. *Örni.*
q) *Voro*, Libri omnes. vix tolerante harmonia poetica.

39) *Skekkill* erat Rex marinus filius *Lofdii*, *Halfdani Grandaevi* filii; *Lofdius* erat *Reidgothiae* (*Jotiae*) rex, atque eam regionem armis occupaverat, *Origg.* pag. 333. An vero de isto *Skekkillo* hic ſermo ſit, meritò ambigitur, cum, ex oraculi promiſſo, nullam feminam extitiſſe in progenie *Halfdani* priusquam poſt ccc. annos, doceant *Origines* pag. 334. coll. 332.

40) Eos ſcilicet, qui commemorantur Verſu ſequenti.

41) *Thorer Jarnſkiölldus* celebris eſt ex Vita *Hrolfi Götrekſoni*; qui an hic intelligi poſſit diſpiciendum eſt.

42) Hoc Hemiſtichio enumerantur octo ex *Arngrimi* Filiis; conf. *Hervarar-ſagam* cap. 3.

Arngríms ſynir	Arngrimi *filii*
Oc *r*) Eyfyrv:	*Atque* Eyfyrae;
s) Bráukvn 43) berſerkia,	43) *Tumultuatio Berſerkorum*
t) Böls margs-konar,	*Calamitatis multigenae*
Um lavnd oc vm lavg	*Per terras et per mare,*
Sem logi færi:	*Tanquam flamma graſſaretur;*
Allt er þat *etc.*	*Omne id* etc.

XXIII.

Kvnna ec báþa	*Noram ambos*
Brodd oc Havrfi,	Broddum *et* Hörvium,
Voro þeir í hirþ	*Erant illi in aula*
44) Hrólfs ens gamla.	44) Hrolfi (*Rudolphi*) priſci.

XXIII.

45) Al-

r) *Eyfyra*, in nominativo, vitioſe. *Sveinſon.* Sá-fyrr *Anon.* neque notioni nominis repugnanter, neque poëſi.

s) Ita *Flat.* et *Erl.* Braukim, Brankinr. *E. G. L.* in nullum ſenſum ex altero deprava. Brankini, Bran kini *Anon. Sveinſon.* depravate etiam; unde tamen levi correctione formari poſſit, vel: Brann-kyni *flammeum* (o: fervidum) *genus;* nam *kyni* pro *kyn* aequo jure dici arbitror, ac *fari* et þíngi pro *far* et þíng: vel Brann kyni (aut kynd) — böl *etc.* id eſt, *exarſit* eorum *operâ malum multimodum.*

t) *Bavl*, in Nominativo. L. et ſic ipſi Berſerki *malum* vel *mala* vocarentur.

43) I. e. *Tumultuantes (bacchantes) Berſerki multas creabant calamitates.* Verbum ſubſtantivum *var* vel *er* omiſſum eſt, ut in *Vigaglums ſ. Sá ec glögt hvat tídt var;* Barn at aldri, *en vegit ſlíka hetiu*, o: *Perſpiciebam probe quid ageretur;* Puer aetate (es), *at occidiſti talem athletam.* Et prolata videntur iſta cum adfectu admirationis, et quaſi per exclamationem. Ad genitivum *böls* ſubauditur *orkandi*, quo ſpectat mea verſio; vel ſtatuenda Antiptoſis Genitivi, pro Ablativo, *meþ bölvi* o: *calamitate juncta, calamitatis plena;* nam tales Ablativi ſaepe ſerviunt periphraſi adiectivorum.

44) Credibile eſt, *Hrolfum* regem de *Bergo* vel *Biargo* hic intelligi, cujus mentio fit in *Olafs ſaga Tr. ſ.* pag. 216. Tom. 1. et in Landn. b. pag. 297. Cum autem *Hrolfus* iſte multis ſeculis ante hoc tempus vixerit, non poteſt mulier ejus aulicos noviſſe aliter, quam de fama; niſi aut aperte mentiatur, aut larva ejus tantum ſit, quae omnia haec narrat, ipſa autem olim vixerit *Hrolfo* coaeva.

45) Allir *) bornir
Frá *u*) Jórmvnreki 46)
Sigvrþar mági,
Hlýþ þú fǫgo minni,
x) Fólkvm grims
y) Þess er Fafni vá.

45) *Omnes oriundi*
Ab 46) Jormunreko (Ermanarico)
Sigurdi *genero*,
Attende meae narrationi,
Cohortibus saevi,
Ejus, qui Fafnerem *interemit:*

XXIV.

z) Seá var víſi
Fra *æ*) Vavlsvngi 47)

XXIV.

Is erat rex
Ortus à 47) Vǽvlsungo,

*) Hac voce excluſa, ſequentem *Frá* huc transfert *Erl.* neque id male.

u) *Jórmundi*, corrupte. *Sveinſon.*

x) Hic novum Verſum ordiuntur Omnes praeter L. et S. Fólkvm. *Flat. Anon. Erl. G.* Folkvini. E *Sveinſon.* L. S. i. e. *amico populi*, aut *praelii*, quo *Jórmunrekus* intelligeretur, et magna exiſteret Synchyſis. Deinde *Grams*, pro *Grimſ*, Omnes praeter *Flat.* quod in iis, qui *Fólkvini* habent, vertendum eſt, *bellatoris* vel *principis*. *Grams* tamen exclud. *Sveinſon.*

y) *Þeſſ*, ad praecedentem Stropham referunt *E. L. S. Sveinſon.*

z) Hunc Verſum cum praecedenti continuant *Flat.* L. S. *Sá — víſir*, vulgatius. Omnes praeter S. *Víſis* tamen eſt in *Erl.* putidiſſimum ſcilicet commentum indocti Librarii, ſed archaizantis per ſ in fine pro *r*.

æ) Volſúngi. S *Flat.*

---

45) Haec non poſſunt de *Broddo* et *Hörvio* accipi, cum illi ſine dubio multo antiquiores ſint *Sigurdo*, et genero ejus; et praeterea *Allir*, de duobus, non procedit. Quamobrem ego contra omnes Libros maxima diſtinctione clauſi Stropham praecedentem. Haec autem Stropha per magnum Hyperbaton connectitur cum XXIV. 7. hoc modo: *Omnes* Jormunreki *poſteri*, — *Omnis, inquam, iſta familia ad tuum genus pertinet.*

46) *Jormunrekum* improlem obiiſſe ſtatuit *Torfæus*, ex fide ut putat Scriptorum noſtratium, quod non poteſt cum hoc loco conciliari, niſi *improlem* reſpectu prolis virilis intelligamus: *Sonarlauſs*, *filio orbus*, vocatur ille quidem in *Edda Snorrii*, poſtquam filium ſuſpendio necaſſet, non autem ideo *barnlauſs liberis orbus*; imo ſunt Libri *Eddae*, qui *Siónlauſs viſu orbus*, ibi legant, Fab. 67. Anachroniſmum autem, cujus ſuſpecta fit Noſtratium de *Jormunreki* et *Sigurdi* adfinitate relatio, cum *Jornande* in *Rebus Geticis* collata, hujus locí aut inſtituti mei non eſt examinare; legatur *Torfæus* in *Serie* pagg. 335. — 36. — 41 et ſeqq.

47) Hic avus paternus Sigurdi erat.

a) Oc Heör-dís 48)
b) Frá *c*) Hravþúngi.
Enn Eylimi 49)
Frá *d*) Avþlíngom.
Allt er þat ætt þín, *etc.*

Et Hiördisa 48)
Ab Hrödungo.
At Eylimius 49)
Ab Ödlingis.
Omne id genus eſt tuum, etc.

XXV.

Gunnarr oc Havgni
Giúka arfar,
Oc ip ſama Guþrún
Syſtir þeirra:
e) Ecki var Guttormr 50)
Giúka ættar,
Þó var han bróþir
Beggia þeirra:
Allt er þat *etc.*

XXV.

Gunnarr *et* Högnius
Giúkio *ſati*,
Atque item Gudruna
Germana eorum.
Non erat 50) Guttormus
Giukiani *ſanguinis*;
Tamen erat frater
Amborum illorum:
Omne id tuum eſt etc.

XXVI.

a) Enn *ſed.* S. *b*) *Var*, pro *frá*, inepte. S.
c) *Hraunþíngi.* Quidam in E.
d) Oþingvm. *Sveinſon.* inſolenter, quanquam non ſine ratione, ab *Ödio* ſtemmatis auctore.
e) Ita ſolus *Flat.* Enn, *unus* inter alios. E. G. Erl. Enn, *porro.* Sveinſon. S. quando ſequens þó vertendum foret per, *et quidem*, vel *atque adeo*, et 7. ac 8. Strophae illuſtrationem darent duarum praecedentium, ſine Tautologiae culpa.

48) Stemma paternum *Hiordiſae* matris *Sigurdi*, ab *Halfdano Grandaevo* ductum, habetur in *Originibus* pag. 333. in quo nullus tamen apparet *Hrödungus*. An vero hic noſter idem ſit cum *Hrödungo* in *Introductione* ad *Grimnis-mál*, nihil poteſt definiri.

49) *Eylimius Hiördiſae* pater ad *Loſdungorum* ſtirpem refertur in *Originibus*.

50) Nempe erat privignus *Giukii* ex *Grimhillda*, quomodo vice verſa *Gunnarr* et *Hognius* videntur fuiſſe privigni *Grimhilldae* ex *Giukio*: nam non procedit ſtatuere, quod *Guttormus* fuerit frater uterinus *Gunnaris* et *Högnii*, propterea quod illum vocant *Fratrem natu minorem*, in *Sigvrþar Quida*: Jam ſi eorum *frater minor* fuit aut genitorem habuit *Giukium*, aut non; ſi habuit, non fuit privignus *Giukii*, quod eſt contra *Eddam Snorrianam Codic. Vidalini* Fab. 65. Si non habuit, fuit ex adulterio procreatus, quando in domo *Giukii* educatum fuiſſe eum non eſt credibile.

XXVI.

51) HARALLDR HILDI-TAVNN
Borinn HRÆREKI
SLAUNGVAN-BAVGA,
Sonr var han *f*) AUÞAR,
g) AÚÞVR DIÚPAUÞGA
52) JVARS dóttir,
Enn 53) RAÞBARÞR var
RANDVERS faþir:
Þeir voro *h*) gvmar
Goþom *i*) ſignaþir 54):
Allt er þat *etc.*

XXVI.

51) HARALDUS DENTE ARMATUS
Procreatus HRÆREKO (*Roderico*)
JACULATORE ANNULORUM,
Gnatus erat ille ÖDAE;
Öda *Praedives* (Magnanima)
52) JVARIS *filia*,
At 53) RADBARDVS (*Robertus*) *erat*
RANDVERIS *pater*:
Illi erant heroes
Diis 54) *conſecrati*.
Omne id tuum eſt etc.

f) Auþlar. *Anon.* eadem notione, a Nominativo *Auþr*.

g) *Auþar* conjic. Perillustr. *Erici*, et eodem quidem inclinant G. et *Erl.* qui habent *Diupauþgv* et *dóttur* Str. ſequ. una cum E. in genitivo. Sed *Auþur* in Nominativo conſiſtere poteſt, nam ſuſtentatur a verbo *Var* Str. 7. *Diúpaudgi*, in maſculino, vitioſe. E.

b) *Guma*, in Dativo ſingul. *Anon.* inepte quidem, niſi *góþvm* legamus poſt, ut ſit: *Conſervatori bono*, o: Odino.

i) Signdiſ. *E. Sveinſon.* Altera lectio ſe tuetur ex *Snorrio*, cap. de Sacrificiis in Vita *Haconis Boni.*

---

51) Puero ſtatim aut potius infanti inditum fuiſſe hoc cognomentum diſcimus ex *Skiölunga-Sogubroti*, ubi haec ratio adfertur: þat mark var á honom: Tennvr í avndverþv havfdi voro miklar (*miklir*, corrupte, *Edit. Suec.*), oc gullz litr á, i. e. *Haec nota inſignis* (*genitiva*) *in eo erat: dentes in adverſo capite* (primores) *erant magni, et inerat* (iis) *aureus color.* Cognomentum adulto contigiſſe tradit *Saxo*, et aliam adfert rationem. Poteſt etiam *Heros dentatus* verti; item *Dente-coruſcus*, ex diverſo Etymo in priore parte vocis.

52) De *Jvare Vidfadmio* o: *Amplo ſinu* (vel brachiorum ambitu) *praedito*, potente provinciarum expugnatore, ſed homine cetera malo, videndum eſt *Sögo-brot* allegatum et *Torfæus* in Serie pag. 307. ſeqq. qui eum nominat *Danicae monarchiae reſtauratorem.* Adde *Snorrium* in *Yngl. S.* cap. 45.

53) Is erat rex *Ruſſiae*, et maritus Ödae poſterior.

54) I. e. Diis in peculium dicati: quomodo de *Brando* regis *Römi* filio, qui *Godbrandus* inde appellatus eſt, tradunt *Origines*, item de *Thorſteino Thorſka-bito*, Eyrbyggi, de *Ey-vindo Kinn-rifa*, Oláfs-ſaga. Non vero tantum de *Randvere* et *Radbardo*, verum etiam praecipue de *Haraldo* et *Ivare* ſermonem hic eſſe crediderim.

XXVII.

Vóro ellífv
Æſir taldir,
Balldr er hne
k) Viþ bana *l*) þúfv:
55) Þeſs *m*) lez *n*) Vali
Verþr at hefna;
Sínſ *o*) of bróþvr
Sló han *p*) hand-bana.
Allt er þat *etc.*

XXVII.

Erant undecim
Aſi numerati,
Balderus *ut incubuerat*
Funeſto tuberi:
55) *Eum* (*id*), *ſe oſtendit* Valius
Dignum, qui vindicaret;
Sui quidem fratris
Occidit percuſſorem.
Omne id tuum etc.

XXVIII.

Var Balldrs faþir
Bvrs arfþegi.
Freyrr átti Gerþi,
Hon var *q*) Gymis dóttir,
Jötna ættar

XXVIII.

Fuit Balderi *genitor*
Bvrii *filiūs:*
Freyerus *duxit* Gerdam
Ea Gymeri *erat filia,*
Giganteae ſtirpis,

Oc

k) Ita eleganter *Flat.* At. *G. S. Erl. A.* Reliqui.

l) *Túfu.* Suec. inaudite, licet ad Etymon proxime.

m) *leſs*, et *leſs.* Erl. G. Quidam in E. et ipſe E. corrupte, et nullo ſenſu.

n) *Veli.* Quidam in E. quod *Deceptorem* notat.

o) Voculam hanc expletivam de meo intuli, ut poëſin laborantem juvarem: Deinde, *Bróþurs* habent Omnes praeter *Flat.* ut ſupra *Faubvrs*, perperam. *Sló han*, ex ſequenti Stropha huc transfert E.

p) Ita ſolus *Flat.* Reliqui *Havfvþ-bana*, quod vel de *nece ipſa*, vel *de cauſa illius et occaſione* ſcio adhiberi, ut in *Laxdæla Magna: at vinna ſer* havfvt-bana, *facto ſibi querere* vel *lucrari* necem. et in *Hólmveria-ſaga* de Annulo brachiali: *Han ſkal verþa* at havfvtbana þer etc. Is necis *exiſtet* cauſa *tibi* etc.

q) Geymis *Flat* etiam recte. *Gímis.* S. ſuſpecte.

---

55) Indignus videri potuit, utpote puer unam noctem natus, qui tanti numinis ultionem ſibi ſumeret, ſed dignum oſtendit, ultionem praeſtando.

Oc *r*) Avr-bóþo.
Þó var Þiassi
Þeirra frændi
*) Skrautgiarn jötvnn,
Hans var. Skaþi dottir.

XXIX.

Mart ſegiom þer,
s) *Oc mvnom ſleira.*
Vöromz 56) at viti ſva.

Villtu enn lengra?

XXX.

Haki var *t*) Hvednv
u) Hóti 57) beztr ſona:

Atque Ör-bodae (Largiter invitantis):
Etiam erat Thiassius.
Illorum cognatus,
Magnificentiae deditus gigas;
Ejus erat Schade *filia.*

XXIX.

Multa memoramus tibi
Et meminimus plura.
56) Caveamus ne (alter) ſciat ita (tantum):
Vis porro longius?

XXX.

Hakivs *erat* Hüednae
Aliquanto 57) *optimus filiorum*

Enn

r) *Avrboþa.* Quidam in E. a Nominativo *Avnboþi*, quemadmodum *Angr-boþi* mulieris nomen, in quibusdam *Eddae Snorr.* exemplaribus, et *Skaþi* Divae nomen, maſculine terminantur.

*) Sic L. S. *Skaulgiarn.* G. Erl. forte pro, Skavll-giarn *Fraudulentus* vel *illuſor.* Skautgiarn, *velamenti amans* E. *Flat.* etc. quo alluſum eſſet ad figuram Thiaſſii adſcititiam conf. *Eddam* Fab. LI. et LII. Neque altera Lectio eſt hujus notionis incapax, nam *ſkavl* poteſt cognatum eſſe verbo at *ſkyla* tegere, et *Skyla* integumentum.

s) *Ok* reſecant *G. Erl.* haud inelegantcr. *Munvm enn ſleira*, objecto etiam *Ok.* L. S. quod ſemel moneo, verti poſſe: *adhuc plura dicturae manvm*, uno loco habet E. quod hunc ſenſum firmat.

t) Hvæþnv. *Flat. G. Erl. Sveinſon* qui ultimus inſerit ſon *filius*, in fine Strophae.

56) Poteſt et reddi, *cavemus*; i. e. tam vetuſta et recondita evolvimus ſtemmata; ut praeſtare tutò poſſimus, ea adverſario *Ottaris* ignorari. Sed alium etiam ſenſum admittit Stropha haec: *Suſpicamur adverſarium haec ſcire* aut, credimus haec nota eſſe; quam notionem τῷ *Vörumz* amplexus ſum in *Alvís-málum.* Ita autem hae duae Strophae alterae mulieri tribuendae ſunt, non ei, quae genera recenſet: et ratio, cur plura adhuc commemorari poſtulet, in illa ſuſpicione continetur.

57) Non vult, revera bonum fuiſſe *Hakium*, ſed tamen minore, quam fratres, malitia praeditum.

De

Enn Hvednv var
Hiörvarþr faþir.
Heiþr 58) oc Hross-þiófr
Hrimnis kyndar.

At Huednae *erat*
Hiörvardus *pater.*
58) Heidus *et* Hross-thiovus
Hrimneri (*erant*) *progenies* (*Giganteae gentis*).

XXXI.

*) Erv x) Völvr allar
Frá Viþólfi:
Vitkar allir
Frá Vil-meiþi:
y) Seiþ-berendr
Frá Svart-havfda:
Jötnar allir
Frá z) Ými komnir.

XXXI.

Sunt Sagae *omnes*
A Vidolvo:
Sagi *omnes*
A Vil-meido:
Seidici artifices
Ab Suarthofdio:
Gigantes *omnes*
Ab Ymere *orti* (*propagati*).

XXXII.

u) Hoc ut unice rectum adoptavi ex *Flat. Hon* ſenſu caſſum, obtrudunt *E. Erl. G.* ſi *hunn* ſcripſiſſent, erat aliquid, cum *húnar* de pueris uſurpetur bis numero in *Völundarkuiþa* et in *Guþrunar-hvaut* Vers. xi. *Hinn.* L. S. inepte, et contra uſum Linguae, nam ita ſequi deberet *bezti*, et tamen laboraret numerus poëticus. Hæztr ſona, *altiſſimus*, ɔ: praeſtantiſſimus. *Sveinſon.*

x) Völſvr. *Flat.*

y) Skil-berendr, *intelligentia praediti. Flat.* ſuſpecte.

z) *Imi.* S. et ita arbitror ſcriptum in Cod. Wormiano *Eddae Snorrii.*

De *Hakie Hugleiki* regis occiſore, et regni *Svecici* uſurpatore trienni, apud *Snorrium* habetur, *Yngl. S.* capp. xxv. et xxvii. is an idem ſit cum noſtro, in medio relictum ſit.

58) Cum iſte *Heidus* non compareat inter gigantes in *Edda*, poſſit videri eſſe nomen adjectivum, *Hroſſthiovi* epithetum, et notare *Serenum*, *illuſtrem*, aut *celſum*. Ita etiam *Hrimnerum* (Gelonum) Str. ſequ. de gigante in genere per Antomaſian accipere licet, unde conſtat ratio parentheticae meae verſionis: nam ambigi poteſt num *Kyndar* recte dicatur in Nominativo plurali.

Hunc Verſum ex *Völo-ſpa* (*hinni ſkömmv*) allegat *Edda Snorrii* Fab. 4. Sed in artium magicarum diſcrimina illa inquirere, non eſt opis meae nec propoſiti.

XXXII.

Mart ſegiom þer,
(þ) *Oc mvnvm enn fleira.*
Vöromz at-viti ſva.
æ) *Villtu enn lengra?*

XXXII.

Multa tibi memoramus,
Et meminimus adhuc plura,
Caveamus ne ſciat aeque.
Vis porro ulterius?

XXXIII.

Varþ einn borinn
I ardaga
Rammaukinn miök
a) Ravgna 59) kyndar:
Nió baro þann
b) Náþ-gaufgan 60) mann
Jötna meyiar
Viþ jarþar þravm.

XXXIII.

Natus eſt unus
Initio temporum,
Vi praeditus mirifica,
59) *Divinae ſtirpis:*
Novem perperunt illum
60) *Pace inclytum (almum) virum,*
Gigantum puellae,
Apud terrae crepidinem.

XXXIV.

c) Hann GIÁLP *d*) of bar,

XXXIV.

Eum GIALPA *peperit,*

(þ) *Ok* exclud. L. S. Deinde etiam, *Enn* exclud. G. Erl.

æ) *Vittu*, male, pro Vittv, *Sciro* amplius. *Flat.*

a) *Ragna.* L. S. Deinde *Kindar* per *i*, plurimi ſcribunt.

b) Priorem partem vocis ſcribunt omnes Codices cum *a* tenui, *naþ*, quod hic non poſſet aliud quam *enſem* ſignificare. Pro poſteriore vocis parte ſubſtituunt *E. G. Erl. Sveinſon. Flat.* baufgan: et *Suec.* blauſgan. monſtra vocabulorum; quorum prius fortaſſe corruptum ſit ex, *bavfgan*, quando ſenſus foret: *enſe gravem;* alterum ex *blavfgan*, pro *blómgann*, quando foret: *pace florentem.*

c) Hic Omnes Libri repetunt Verſiculum Intercalarem, quod incongruum cenſui, cum de eadem perſona continuetur ſermo.

d) *Ofbar* junctim. S. E. quales conglutinationes aliquoties damnavi. *Um*, hic et infra. *Flat.*

59) Eſt tamen, ut reddatur: *Regiae ſtirpis*, ſic: Vis Regin *ſapientes, principes*, in *Vaſþr. m.* Antecedens *Ramm-aukinn* ſpectat ad ſingulares naturae dotes, quibus *Heimdallus* excelluit, conf. *Edd. Snorr.* Fab. XXV.

60) Epitheton ab officio *Heimdalli* petitum, qui *Limitum cuſtos* apud Aſos cluebat.

Hann Greip of þar,
e) Of hann þar Elgia,
Oc *f*) Ángeýia,
Hann þar Ulfrún,
Oc *g*) Avr-giafa,
h) Sindvr oc Atla
Ok *i*) Járn-saxa:
k) Sea 61) var *l*) aukinn þvrr
m) Jarþar megni
Sval-kavlldvm sæ
Ok *n*) sónar dreyra.

XXXV.

Mart segiom þer;
Oc mvnvm o) fleira:

Eum Greipa *peperit,*
Peperit eum Elgia,
Et Angeyia,
Eum peperit Ulfruna,
Et Ör-giava,
Sindra *et* Atla,
Et Jarn-saxa:
61) *Is erat auctus puer*
Telluris vi,
Algifico gelido mari,
Et expiationis cruore.

XXXV.

Multa narramus tibi;
Et meminimus plura:

Vöromz

e) Bar hann Eistla. *Flat.* Commode satis illud, *Bar hann*, tamen ut praestet recepta lectio.

f) Angeyia. *Flat.* g) Eyrgiafa. *Flat.* ubi notandum *Eyr*, pro *Avr.*

h) *Imdur*, videtur esse in *Flat.* et habetur sane *Imd* in *Nomenclaturis* Gigantidum *Eddicis.*

i) *Jarnfaxa* E. quasi *Ferrea* aut *ferruginea coma praedita.*

k) Ita solus S. Novum autem Versum hic ordiuntur E. G. et plures.

l) Hoc positu vocum utitur solus *Flat.* þvr *Aukinn* Ceteri, auþinn, *ditatus Suec.* suspecte; nam *Auþinn* dicitur de re quae fortunae auspiciis alicui contigit, non de eo cui contigit: ut in *Brynhilldar quiþa*, Ok eingi hlvt *auþins fiár.*

m) *Urþar magni*, conjicit *I. Olavius Hypnonesius*, quo *Succus herbarum* intelligeretur; vide n. 61. Deinde *Magni* habent L. S.

n) *Sonar*, legunt omnes Libri; quod non potest intelligi, nisi *Sonar dreyri*, *sativus ros*, *succus* vel *sanguis*, de *semine virili* capiatur. *Sónar*, de *Sone*, Vase illo Eddico accipit *Th. Thorotti*, quando *Latice reconciliationis* vertendum esset.

o) *fleyra.* E. et ita etiam semel S. suspecte.

---

61) Hae quatuor Strophae *Oedipum* Sphyngis interpretem sibi postulant: Occurrunt autem tres posteriores, una voce *Urþar-magni* variatae in *Quiþv Gnþrunar*, Vers. xix. 5. seqq. Potest autem illud *aukinn* exponi *roboratus*, vel etiam *compositus*, *conflatus ex.*

Vöromz at viti p) ſva.
Villtv enn lengra?

XXXVI.

62) Ól Ulf Loki
Viþ *q*) Angrboþv;
Enn hann Sleipni gat
Viþ Svaþilfara:
*) Eitt þótti ſkars
r) Allra feiknazt
þat var *s*) bróþvr frá
Býleizts komit.

XXXVII.

**) Loki 63) af hiarta
t) Lyndi brendo,

Cavemus ne (aliis) tantum ſciatur.
Vis etiam ulterius?

XXXVI.

62) *Genuit* Lupum Lokius
Cum Angvr-boda;
At ipſe Sleipnerem *concepit*
Ex Svadil-fario:
Una habita eſt furia
Omnium immaniſſima,
Ea erat a fratre
Byleisti *orta.*

XXXVII.

63) Lokius *cordis*
Indole (*praeditus*) *uſta* (*flagitiorum notis*),

p) *ſua*, hic ignorant *G. Erl.* Moneo ſemel, vocem praecedentem per *Viti* legi poſſe, ut ſit ſenſus: ne vituperet, Freyja ſc. Aut *Viti* foret nomen; et ſenſus: *Caveamus a malo*, ſc. Ottari aut nobis, Ottari ab amiſſione hereditatis propter ignorantiam, Mihi ab ira tua, ob meam in eo erudiendo operam minus diligentem. Dicitur autem ſane, *ad varaz viþ viti*, unde ſuſpicio mihi incidit, dici etiam poſſe, *ad varaz at viti.*

q) *Augvr-boþa*, in gen. maſc. E. *Augvrboþv*: G. Erl. *Han* Str. ſequ. perperam omittunt *Flat. E. Erl. G.* *) *ætt.* Erl G. *generi*, humano ſc. ſuſpecte. *r*) *Alla* inepte L.

s) *bróþir þeirra.* E. tanquam ſermo eſſet de *portento hominis* neſcio quo, *Lokii* et Byleiſti *conſanguineo* ſ. *fratre.* Cum vero de hoc nihil conſtet, dubium vix eſt, quin Librariorum figmentum ſit. **) Hunc Verſum cum Priore connectit S.

t) Lindi. *S. Flat.* quod *tiliam* aut *fontem* notaret, huc incongrue. Lini, *Lino* vel *byſſo*, itidem abſurde: *Sveinſon.*

62) De monſtroſa ſubole *Lokii*, fuſe narrat *Fdda* Fab. 27. 8. 9. et 36. Mirum autem *Serpentem Midgardenſem* hic omiſſum eſſe: *Hela* quidem obſcure notari videtur, Stropha 5. ſeqq.

63) Prorſus incertum habeo, qua de re hic Verſus agat; Verba quidem in Verſione quam ſtrictiſſime ſequutus ſum; cetera Griphum, *Heidreco* dignum conjectore, ingeniis acutis excutiendum relinquo.

Fann han hálf-ſuipinn
64) Hvgſtein *u*) konv:
Varþ Loptr *x*) kyndvgr 65)
Af konv ſíðri;
66) Þapan er á foldv
Flagþ hvert komit.

Ille invenit ſemiuſtulatum
64) *Mentis lapidem (cor) feminae:*
Factus eſt Loptus 65) *doloſus*
Per feminam malam;
66) *Inde in tellure (mundum)*
Monſtrum mulieris (hominis) quodlibet provenit.

XXXVIII.

67) Haf *y*) gengr hríþvm

Viþ himin ſiálfan

XXXVIII.

67) *Pelagus fertur ſurſum (cum impetu)*

Ad coelum ipſum;

Líþr

u) *Komu.* Omnes, praeter S. Verumtamen Str. 6. *konv.* praeferunt L. G. Erl., Venit in mentem, eſſe, ubi *kona* et *koma* inter ſe in ſermone vulgari permutantur, ut in voce *Heima-koma*, *heima-kona*, eryſipelas. Alias *Guma* eſt nomen Gigantidis Eddicum, et forſan etiam *Guma* ſponſa, ſicut *Gumi* ſponſus, quae mutari in *koma* et *komi*, nullae vetant leges orthographicae, ut arbitror.

x) Kindvgr. *S. Flar.* ſuſpectum, ſaltem notionis incertae mihi, quam ex originatione eruere, operae non eſt.

y) geigr. *Sveinſon.* forte idem, ſicut *bígar* et *þagar*, pro *bíngar* et *þángar*; forte et corruptum ex *geigar*, *obliquo curſu fertur.*

---

64) Confer *Eddam* in Periphraſibus *Cordis.* An vero *Cor* hic proprie ſit accipiendum, tanquam Veneficae alicujus flammis combuſtae, quod ab igne (ut de potentium Veneficorum cordibus narratur) inviolatum ſuſtulerit *Lokius*, et ad maleficia abuſus ſit; an potius improprie pro *ingenio* ſit poſitum, de eo vero nihil habeo decernere: confer tamen cum priore notione, *Völoſpá* XX. et XXI. cum poſteriore autem *Eddam Snorrii* Fab. XIV. extrema.

65) Poteſt etiam reddi: *confidens*, *protervus*, *impudens*; poteſt et: *incenſus*, *ad libidines impuras* ſcilicet *atque flagitia*; item: *Subole pollens*, aut ipſe *praegnans*; quae tamen duae ultimae notiones adhuc carent auctoritate, niſi ea, quae ab originatione peteretur.

66) Aut ex conſortio (concubitu) *Lokii* cum iſta femina, vel nefando cordis ejus uſu, aut ex femina ipſa, vel feminis; quando *Flagþ* in Str. ſequ. foret plaga, peſtis, clades, malum, quod feminarum adventu ex *Jötunheimis* invectum fuiſſe, tradit *Edda* Loco nuper citato.

67) De effluviis maris loquitur; quae, rudi veterum ſimplicitate, ex alto tantum mari ſtatuit exoriri et ad coelum adſcendere, propterea quod ea in parte coeli declinantis infima plaga videtur

Líþr lavnd yfir,
Enn lopt bilar 68):
þaþan koma ſnióſar
Oc ſnarir vindar;
þá er í ráþi
At z) regn vm (þ) þrióti 69).

Labitur ſuper terras,
At ſupera convexa fatiſcunt 68):
Inde veniunt nives,
Et veloces venti;
Tunc in exſpectatione eſt,
Ut imber ceſſet 69).

XXXIX.

70) Varþ einn borinn
Avllvm meiri
Seá var aukinn *) byrr
Jarþar æ) magni;
þann kueþa ſtilli,
Stórauþgaztan,

XXXIX.

70) *Unus erat generatus (extitit)*
Omnibus major;
Is erat auctus natus (foetus)
Terrena vi;
Eum praedicant regem
Longe opulentiſſimum,

z) regnom. L. S. *imbres ceſſent*, quando *ad þrióta* cum Dativo conſtrueretur raro exemplo, quod tamen in ejusdem ſynonymo *ad linna* frequens eſt.

(þ) þeóti *intonet* S.

*) *byrr*, non eſt in *Flat.* quod per metrum quidem procedit.

æ) *Megni*, ut ſuperius, Plerique. Videretur quidem ordo ſic concipi poſſe: *Seá byrr jarþar var magni aukinn, is terrae filius erat vi ingenti praeditus*, niſi obſtaret Vers XXXIV. 9. et ſeqq. quicum conferri poteſt *Háva-mál* Vers. ultimo, Str. 8.

---

tur ipſum mare attingere, atque adeó mare et coelum jungi, unde illi in hoc facillimus fit adſcenſus. *Eyrbyggia* Cap. de Morte *Thorgunnae*: þá dró ſky-flóka upp ur hafi, *Tum ſe* ſpiſſa nubes ex alto mari extulit.

68) Scilicet, ad mentem philoſophiae noſtrae, ex vi pelagi irruentis.

69) Venti opera nimirum, qui et inde *El-reki*, *imbris profligator* appellatur in *Edda*.

70) Quis hoc Verſu intelligatur, in expedito non eſt dicere: an *Thorus?* propter Stroph. 4. et 7. ſi hoc loco *Sif* pro nomine proprio acciperetur. Strophae autem 6. et 8. in ſenſu conjungerentur hoc modo: *Divitiis abundatiorem dynaſtis univerſis*; quomodo de *Sigurdo* habet *Gripis-ſpá*: hæztr *borinn* hverjum jöfri, Celſior *natus quotis* principe. An potius *Konni*, Regiae dignatis primus auctor et geſtor, ut tradit *Rígsþula?* An denique *Homo protoplaſtus*, in quem apte ſatis congruunt omnia, quae de hoc noſtro praedicantur a Str. 31 uſque ad finem Verſus.

a) Sif sifiaþan,	*Cognationis vinculo junctum*
b) Siólvm *c*) giörvöllvm	*Dynastis universis.*

XL.

71) Þá kemr annarr	71) *Tum (olim) veniet alter*
Enn máttkari,	*Illo potentior,*
Þó þori ec *d*) eigi	*Tamen ego non audeo*
Þann at nefna.	*Eum nominare:*
Fáir siá *e*) mvnv	*Pauci, credo, provident*
Fram vm lengra	*Porro longius,*
Enn ÓÞINN man	*Quam (tempus quo)* ODINUS
Ulfi mæta.	*Congredietur Lupo.*

XLI.

Ber þú minnis avl	*Adfer memorialem potionem*
Mínvm *f*) gesti 72),	*Meo 72) hospiti,*

Sva

a) *Sif*, Omnes praeter L. S. in quibus ok *et* substituitur.

b) Hanc vulgarem lectionem sequi visum est, ex *L. S. G. Erl.* cum *siatvm*, et *Siautum* suprascriptum habeat E. *Siotum* Flat. i. e. *Coetibus*, *gentibus.* quando obiter moneo praecedens illud *Sif sifiadan* etiam verti posse, *nexu conjunctum*, eo scilicet, qui imperantem et cives intercedit.

c) Ita *E. L. G. Erl. Flat. Georvallan*, universum, inepte. S. *Geirvonvm* Anon et S. in margine. i. e. aut *frameae adjuetis*, pugnacibus, aut *framea carentibus*, placidis et quietis.

d) ey, *semper*. L. S. vix recte.

e) nu, *nunc*. Flat. Sed haec vocula saepe abundat in quotidiano nostro sermone, ita tamen ut nescio quomodo intendat sententiam, quomodo eam hic accipere nihil vetat.

f) Vulgatam hanc Lectionem servavi, ex *L. S. G. Erl. Anon.* Sed Gellti *Verri*, habent *E Flat.* de quo in Prooemio et alias monui, quo et adde meam notulam.

---

71) De *Surto*, Deorum futuro abolitore in ultimo crepusculo, sermonem hoc Versu esse, vix est dubium, per Str. 5. ad 8. Ipsum autem *Surtum* ex *Servatore nostro* effinxisse videntur coeci gentiles, de quo aliquid per nebulam quasi inaudiverant.

72) Si quis tamen *Verrem* hic, et quidem propria notione

Sua han avll *g*) mvni
Orþ at **)* tína
h) Þeſſar ræþv
i) At þriþia morni
Þá er þeir ÁNGAN-TÝRR
k) Ættir *l*) rekia.

Ut is omnia memor
Verba repetat (recenſere poſſit)
Hujus orationis
Mane perendino
Quando ille et ANGANTYRUS
Stemmata evolvent.

XLII.

73) Snú þú braut heþan;
Sofa lyſtir mic;
Fær þú fátt af mer
m) Fróþra koſta

XLII.

73) *Apage te hinc;*
Dormire cupio:
Parum a me obtines
Pulchrarum rerum (expetibilium praemiorum)

Hleyþr þú *n*) eld-vina 74)

Curſas tu 74) ardens amica

Uti

g) *myni* idem S. **)* *ſina*, corrupte pro ſyna *demonſtret.*

h) Ita reſtitui, cum omnes Libri habeant, þeſſa, *hanc orationem;* quae foret ſatis inepta Epexegeſis. *i*) *A.* Flat. *k*) *ettir.* *G.* ættar. *Sveinſon.*

l) reka. *Erl.* vitioſe; ut et multi hodie literam *i* ex ſimilibus vocibus eliminant. Reikna, *numerant* Flat. novitie et minus eleganter.

m) Sic *Flat.* ſolus. Reliqui *Fróþra*, unde ſenſus foret: *ſcientiarum, dogmatum.*

n) *edl-vina.* Flat. De quo in Nota moneo.

notione, velis accipere, eum ſimul ſtatuere oportet, ratione illum humana per vim magicam fuiſſe imbutum, quomodo de *Cane Frege* apud *Snorrium* legitur, et in *Vita Hacquini Boni* cap. XIII. Sed confer, ſi tanti eſt, meam opinionem in *Praefamina Odae* propoſitam. Porro recepta Lectione *Geſti*, apparet *Hyndlae* hunc Verſum tribuendum eſſe, qui *Freyiae* dandus erit, ſi Lectio *Gélti* admittatur.

73) Certa res eſt, hunc et duo ſequentes Verſus uſque ad XLV. uni perſonae eſſe aſſignandos; ſed cui, id vero non ita eſt expeditum: ego tamen, in re ambigua, *Freyiae* eos adſcripſerim, propter Vers. XLV. 5. et ſeqq. ubi altera jubet *Venenatum petionem Ottari propinari malo auſpicio*, quae altera Verſu XLVI. 3. appellatur *Virgo gigantea*, at ea fuit *Hyndla*, ut liquet ex Verſu I. 3. 4. Hic vero *Freyia*, poſtquam, quod voluit, obtinuerat, iterum abrumpit, et non modo gratiam pro beneficio *Hyndlae* reddere denegat Str. 3. et 4., verum etiam convicia in eam jacit; quod cum vario ſuo et vafro ingenio mire convenit. Huc evaſerunt pulchra ejus pollicita, nempe deductio *Hyndlae* ad *Valhallam*, ſupplicatio pro ea ad *Odinum*, et cum Thoro reconciliatio. Occaſionem autem indignationi *Freyiae* dediſſe poteſt, ingratum Hyndlae Vaticinium quod Verſu XL. continetur.

74) I. e. aut, *Ardenter me amans* vel *mihi amata*, per

Uti á náttvm
Sem meÞ havfrom
HeiÞ-run fari.

Foris noctibus,
Tanquam inter hircos
Capra feratur.

XLIII.

o) Rant 75) *p*) at æÞi
q) Eý Þreýiandi,
r) Skvtvz 76) Þeir fleiri

XLIII.

75) Fugiebas, uſque ad furorem
Semper deſiderans (viros),
76) Feſtine ſubrepebant pluſculi

Und

o) Ita Flat. Anon. G. Erl. *Rama* L. S. i. e. *vehementer*, aut *rams* pro *römmv*, *vehementi* ex furore: ſic autem forte *eý Þreyiandi* de amatoribus *Hyndlae* foret intelligendum. *Raut* E. corruptum, credo, ex *raut*: Verti tamen poteſt, *Grunniebat* (Hyndla ſc), aut *ſubabat* ut porco: aut *Raut* pro *braut* capiendum, quando foret: *accidit* vel *incidit furor.*

p) af, *per* furorem, *ex* furore. L. S. confer Notam.

q) *Eí.* S. unde ſenſus: *Non durans, impatiens*, prae amoris ſc. vehementia; quomodo *Frey, erus* de ſe dixit: Hve vm Þreyiac Þriár (nætvr) Qui *durare poſſim* tres noctes: perferre trium noctium moram. Er, *cum*, aut *tibi* — deſiderânti, (deſiderantes) Erl. G. Deinde, Þreyiadi Erl. quod pro Subſtantivo Verbali accipere licet, et ad amatores relatum vertere, *cum deſiderio.*

r) *Skvluz.* Anon. mendoſe. neque enim prò ſkylduz, *deliteſcebant*, poteſt accipi.

---

per Ironiam acerbiſſimam; aut, *Virorum vagis amoribus flagrans, Libidinoſa, ſolax.* Notum eſt, *Ignem* de *Amore* et *Amatis* frequentare *Latinos*, quod Veteres Noſtrates rarius fecerunt quantum quidem ego meminerim; *Eldr* tamen, et *ad brenna* de *Amore* invenitur in *Hâva-málvm.* Altera lectio *Edl-vina*, ab Edli *ingenium*, item *genus*, aut foret reddenda; *mea ſvaviſſima amica, meum corculum!* etiam per Ironiam peſtiferam; aut *ingenio ad amores propenſa, laſciviae dedita*; aut *Conſanguinea!* quemadmodum *ſororis* nomine illi palpata eſt *Freyia*, Verſu I. 3. Plures harum vocum notiones evolvere ſupersedeo; niſi tu velis *Eld-vina* dici, quaſi *Ventoſa*, i. e. *ingenio levi et vano praedita*, ſicut *Ventus* appellatur *Elda-vinr* à *Thorlaco Gudbrandi*, rhythmicorum noſtratium principe; Et ſane *Hyndla* futiliter ſe partim et perfunctorie geſſit in recenſione ſtemmatum, quod eam de induſtria feciſſe credibile eſt, ad *Ottarem* decipiendum. Alterum autem *Edl-vina* reddendum putes, *Excetra, Vipera*, ab *Edla*, quod eſt genus inſecti neſcio quid, quando ad verſutum et malignum *Hyndlae* ingenium fieret adluſio.

75) Opprobrium: quod fingat pudicam ſe, et viros averſantem, quorum tamen cupidine inexplebili inſaniat. Notum eſt, Verbum *ad renna* et *currendi* et *fugiendi* notionem habere, quemadmodum Latinum *Fugere* etiam de *Currendo* adhibetur, unde ex induſtria hic uſus ſum iſto verbo: nam licet quoque ſic vertere, diſtinctione ſublata: *Fugiebas furens (ex furore)* i. e. huc illuc diſcurrebas, amoris oeſtro percita. Sed nec celabo *Ædi* de *animo* hic accipi poſſe ita: *Diſcurrebas, animo jugiter adpetens* vel *deſiderans.*

76) Ita verto, nam et *feſtinatio* et *furtum* hoc verbo ſignificatur: Poteſt et reddi, parvo diſcrimine aut nullo: *Latenter ſubſiliebant.*

Und *s*) ſkyrtv fyrir.
Hleýpr þú edl-vina
Úti á náttvm
Sem meþ havfrvm
Heiþrvn *t*) fari.

Sub perizonium.
Circularis tu, mea oculiſſima!
Foris noctibus
Tanquam inter hircos
Montivaga currat.

XLIV.

Ec ſlæ eldi 77)
u) Óf íviþiv
Sua at þú eigi kemz
Á *x*) bvrt heþan:
Hleypr þú *etc.*

XLIV.

Igne circumdo 77)
Sylvicolam feminam,
Ita ut tu non evadas
Ex hoc loco:
Tu curris etc.

XLV.

Hyr ſe ec brenna,
Enn haúþr loga,
Verþa *y*) fleſtir
78) Fiörlauſn þola:

XLV.

Ignem video ardere
Terram autem flagrare
Coguntur plerique
78) *Vitae redemtionem pati:*

s) *Fyrir ſkyrtv.* Omnes praeter L. S. Erl. Melius quidem od ſenſum, utpote planius, ſed ad literarum harmoniam metricam non adeo aptum. Arbitror autem per hyphen ſcribendum: Fyrir-ſkyrtv.

m) Haec lectio eſt *Olavii*, ſuo merito etiam mihi adoptata. Libri tamen haud abſurde praeferunt, *námi*, unde ſenſus fit: *rapinae cedunt*, ſc. Morti, vel *Opprimuntur, deprehenduntur, occupantur, rapiuntur*, à Morte ſc. *Hugenius* id vertit; *Deficiunt.* quem ſenſum ſaepe ignorare.

*) *Vil* per *i* grave, videntur legiſſe *Olavius* et *Hugenius*, cum ille in Verſione habeat, *Sollicitudo*, hic autem, *Dejectus animus.* Sed nec Lectio neque verſio mihi probari poteſt; *Vil* propriè ſt *querimonia miſeriarum, ſuae conditionis miſeratio.*

n) *Verþa*, praecedentem Str. claudit in E. neque id incommode.

42) I. e. moriantur. Sic *Náir* de *Umbris mortuorum* optime intelligitur in Verſu penultimo *Corvicinii*; confer et *Alvís-mál* 11. 3. *Olavius* verbo tenus reddit, *Cadavera fiunt*; paullo Latinius foret, *Funera fiunt*, *in funera abeunt.* Porro Mors Latinis interdum vocatur *Neceſſitas*, quod hic reſpectu praecedentis *Nauþgir* (*neceſſitate acti*) obſervo; adde hoc *Horatii* de Morte loquentis, Carm. 11, 3. 37.

Omnes *eodem cogimur*: —

43) Cum vox, *Glaþr*, in vulgus ſit notiſſima, tamen certum non habeo, quem ſenſum Auctor hoc loco cum ea conjunctum voluerit; eò tamen inclino, ut *Lubidini nimium indulgentem, luxuriantem et laſcivientem ex rebus ſuis ſecundis*, aut etiam *Securum plane de felicitatis ſuae duratione* vel *diuturno fructu*, intelligi putem. *Jucundus*, redditur *Interpreti Sueco*, quod hinc alienum arbitror, propter Str. 3. *Laetus*, Ceteris,

44) Þuſ at ek viſsa fátt fyri;
o) Dvalar-heim
p) Hefir drottinn ſkapat
q) Muna-fullan miök.

44) *Nam pauca (parum) providebam;*
Temporariae manſionis mundum
Dominus creavit
Volúptuoſum valde.

XXXVI.

r) Lútr s) ec ſat
Lengi ok t) hölludvmz 45)
Miök var ek þá lyſtr at lifa:

XXXV.

Incurvus (pronus) ſedebam
Diu, et nutabam 45),
Vehementer tum eram vivendi cupidus:

o) *Dvala heim* E. illud *Dvala*, in plurali, non poteſt placere, nam Auctor de *brevi mora* loquitur, tanquam *Viatoris* et *hoſpitis*. Dvalarheim, *Olavius* legit, et explicat *Faſtuoſum* mundum; quae Lectio prorſus aliena videtur.

p) *Hefir*, Priori Strophae apponit, *Olavius*. q) *Mvnaþ fullan*, eodem ſenſu. *Olavius.*

r) *Lútr*. L. H. *Latr* E. G. Suec. unde Senſus hujus et Sequentis Strophae fit: *Deſes eram — et recubabam;* quo vitam ſuam otioſam et ſomnoloſam indicat Auctor. Sed poſſet quoque ſic verti: *Languidus eram — et lecto decumbebam;* quo intelligeret languores diuturnos, vel lentas aegritudines, ultimi morbi prodromos, per quos lecto adhaerere neceſſum habuerit. || *Hiúfr*, legit *Olavius*, et vertit hanc ignotam vocem, *Nútans*, nulla, quod vidcam, ratione; mallem igitur, *Suſpirans*, *gemens*, a ductus Verbo *ad hiúfra* quod eſt in *Guþrúnar-Quiþa* 1. 4. Hriúfr *ſcaber*, *infirmus*, pro illo *Hiúfr*, conjicit aut. *Olavius* ipſe, aut Perilluſtr. *I. Erici.*

s) *Sat ek lengi.* L. quo valde corrumpitur metrum in tribus hiſce Strophis.

t) Sic optime *Olavius*, et Anon. H. hi tamen vulgari more ſcribunt, *Hölluþvnſt* pro n. Höllvnſt, in praeſenti. L. G. *Holluſt*. E. nullo commodo ſenſu. Praecedens *Lengi* in Priorem Strophan transfert *Olavius*, neque enim aliter potuit Symphoniae poëticae conſulere, propter Lectionem illam *Hiúfr*, prius, a me ad atum. *Miok*, praeſentem hanc Strophan claudit in L. poeſi plane invita.

---

ris, ſine ulla illuſtratione. Ego morem meum ſervo, errare malo interpretando, quam nullam interpretationem tentare in locis ambiguis.

44) Duas rationes adfert vitae ſuae voluptariae et licentioſae, ignorantiam, forte et incuriam, rerum futurarum, et mundanas illecebras. *Dvalar-heimr* Str. ſequ. haud inepte redderetur, *Temporarium habitaculum.*

45) Videtur dicere, ſe diuturna valetudine jam debilitatum fuiſſe, quod hominem voluptarium neceſſe erat, antequam morbus ille extremus ſe invaſerit. Aut *Lútr*, et *ad hallan*, hic de *proclivitate* et *inclinatione ad voluptates* accipienda ſunt. *Procurvus deflexusque diu ſedi*, vertit *Hugenius*, explicatione ulteriori omiſſa.

Enn ſá *u*) reþi 46)
Sem ríkr var.
x) *Framm* 47) *erv y*) *feigs götvr.*

At ejus poteſtas valuit 46),
Qui potens erat:
47) Prorſum tendunt ad mortem properantis viae.

XXXVII.

Heliar reip 48)
z) Kuamv harþliga
Sueigþ at ſíþvm mer;
Slíta ek vildi
Enn þau (þ) ſterk várv,
49) *Lett er lauſs at fara.*

XXXVII.

48) *Orci vincula*
Aderant duriter
Aſtricta lateribus meis:
Rumperè volebam
At firma erant,
49) Leve eſt liberum (ab onere vacuo) ire.

XXXVIII.

u) rieþ, Omnes praeter H.

x) Ita audacter lego, pro *Framm*, quod Omnes Libri venditant, quodque ego non ſatis intelligo, quid hic valeat. *Framm erv*, per *patens*, *promptae ſunt*, interpretantur *Hugenius* et *Olavius*. Verſio *Sueci* habet: *Emenſae (a tergo) ſunt*, quae multum ab ea Lectione diſtat; ſo te legera: Ille, *Farnar erv*.

y) *Feikſ.* G. literae *g.* et *k.* libenter inter ſe permutantur.

z) *kuâmv*, priori Strophae apponit H. et deinde *Sueigþ* in hanc transfert, quo violatur harmonia poëtica in Strophe 3.

(þ) ſeig *lenta*, *tenacia*: Olavius.

---

46) Scilicet, plus quam iſtud vitae deſiderium, et ſine dubio conatus eam conſervandi, longa jam luxuria perditam. Ad ſenſum non multum intereſt, utrum *Sá reþi* etc. de *Deo* intelligamus, an de *Morte*, tanquam perſona ſpectata.

47) I. e. Morti vicinus directe urget ſuum curſum, ſine obliquis itinerum ambagibus et diverticulis, ac ſine retardatione aut intermiſſione.

48) Dolores morbi atroces, et totum corpus [quo per illud *At ſíþvm* reſpicitur] valide occupantes intelligit, per quos tanquam vinctus ſervatus ſit, donec in Mortis poteſtatem traderetur. Vix eſt, ut haec accipiamus, de angoribus conſcientiae, ob vitam anteactam, quanquam eo videatur ſpectare Str. ultima.

49) *Hugenius* vertit: *Leviter ſolute itur. Olavius* ita: *Expeditum ſoluto ire (ſc. libere quoquo vult). Suecus* ita: *Facile eſt ſine impedimentis procedere*; mira illud *Procedere in ire*, et praeſtabit, fortaſſe haec Verſio meae et Cererorum. Auctor vult dicere, ſibi non conveniſſe proverbium hoc, in ſtatu quo tum erat, morbo ſcilicet preſſus et onere peccatorum.

XXXVIII.

49*) Einn ec viſſa
æ) Hve alla *a*) vega
Svllv ſútir mer;
50) Heliar meýiar
Mer hrolla *b*) bvþv
Heim á hveriv kveldi.

XXXVIII.

49) *Solus ſentiebam,*
Quam omni ex parte
Ingraveſcebant mihi dolores:
50) *Mortis virgines*
Me cum horrore invitarunt
Domum [ſuam] quovis veſpere.

XXXIX.

Sól *c*) ek ſá
Sanna dag-ſtiörnv
d) 51) Drúpa *e*) dyn-heimvm ſí;

XXXIX.

Solem vidi,
Verum diei noſtrum,
51) *Maeſtum in ſonitus regionibus:*

æ) *Hverſv.* Omnes praeter H. O. *a*) Vegó. H.

b) Sic G. H. O. Suec. *Bruþv.* E. quod non poteſt aliud notare, quam *flagrârunt*, neque cum ceteris conciliatur, maxime propter ſequens *Heim.*

c) *Sâ ek.* E. Sed altera Lectio eſt ſyavior, et ſervatur magno conſenſu in Sequentibus.

d) Ita ſolus Anon. *Drúpa* G. H. idem, recentius. *Dreupa* E. ſcriptione nimium ambigua ad pronuntiandum et intelligendum.

e) *Dyrheimvm.* Suec. quod ille vertit: *Animantium mundis;* et intelligitur forſan *Circulus Zodiacus.* Poteſt et legi *Dyrheimvm*, per Hypallagen, pro *Heim-dyrvm*, *in porta mundi*, occidua ſc. conſer *Corvicinium* Vers. Penult. et *Virgil.* Æneid. x. 5. atque ibi *Taubmannum*; adde *Vǫlv-ſpa* V. 4. ubi tamen *J. Olavius Hypnoneſius* legendum cenſet *Jo-dyr jumenta.*

49*) I. e. Dolores mei erant majores, quam ut verbis exprimi poſſent; Forte et dicit, linguae uſum ſibi ablatum.

50) H. e. Parcae, mortis praenuntiae. *Hiogenius.* Morbi naturaliter adgraveſcere ſolent nocte appetente, quod ſuum morbum in tantum feciſſe hac allegoria dicit Auctor, ut ad ſingulas veſperas nihil aliud quam mortem exſpectaverit. Aliam acceptionem vocis *Hrolla*, quae tamen ad ipſam rem parum intereſt, pete in *Gloſſario.*

51) Ita hanc vocem accipit, Vir Ampli, M. *Halfdanus Einarius*, Scholae Holanae Rector, et hoc adnotat: "Sol exhibuit ſe triſtem homini purgatorium introeunti [*malim* introituro.]". Aliis *Drúpa* exponitur *Stillare*, *Stillantem*, haud ſatis liquide. Poteſt etiam verti, *Vergentem. inclinantem ſe ad occaſum*, ut Auctor hic de *Veſpere* loquatur, ſicut priore Verſu. Forte autem *Drúpa* Hypallage ſit, pro, ipſe *Drúpr*, *Maeſtus*, aut *ad obitum inclinans.* Porro *Dyn-hei-*

mar

Enn *f*) heliar grind
g) Heyrda ec á annan veg
Þióta þúngliga.

At fores orci
Audivi ab altera parte
Stridere graviter.

XL.

Sól ec sá
Setta dreyr-stöfvm
Miök var ek þá *b*) vr heimi 52) hallr:
i) Máttvg 53) hún leitz
Á marga vegv
Frá þuí sem fyrri var.

XL.

Solem vidi
Obsitum cruentis literis (radiis);
Multum eram tum e mundo 52) *vergens (cernuus):*
53) *Potens visus est ille*
Multismodis
Praequam prius erat.

XLI.

f) *Hel-grindvr.* O. nempe, quia Pluralis est usitatior, ita videtur mutasse. Deinde Grund *solum*, pro *Grind* Suec.

g) *beirþac*, male per *i.* H. L. *b*) *úr b. hallr*, in Stropham separatam male distrahit E.

i) Hanc quantivis pretii Lectionem Anonymo, et *Olavio*, debemus; nam Libri ceteri praeter L. habent: *Máttvg (hon) leysti Marga frá þuí sem fyrri var.* quod *Hugenio* Interprete est: *Potens ille* (dies ex potentia Supremi) *multos a prioribus* (vitae temporibus) *solutos reddidit.* Sed, praeterquam quod sententia haec parum plausibilis est, additeratio etiam

---

mar Hugenio notant *Aëra*, qui hic poneretur pro *Æthere*: Non tamen est dissimulandum, intelligi posse *Oceanum*, *Dynheimvm* pro *Dynheima*, per Antiprosin huic Odae frequentem, posito; quo sensu *Drúpa* verterim, *Decidium*, *occidium*, in Oceanum. Accipi etiam pro Verbo potest illud *Drúpa*, nullo ad ipsum sensum discrimine. Denique non celabo, quod mihi in mentem venit, septies iterata Sobis mentione Auctorem forte innuere velle, septem diebus se cum morte esse luctarum. Neque huic opinioni obstat Vers. XLI. 4. 5. Nam fortasse tribus ultimis vitae diebus adeo viribus erat defectus, ut officio adorationis fungi non valeret.

52) I. e. inclinatus eram ad casum fatalem, jamjam eram occasurus. *To Hallr* aliter accipiunt, *Olavius* et *Suecus*, nempe: *Ad abeundum eram propensus*; *E mundo declinabundus ituriebam.* Sed de ea vocis notione hic ambigo, quamquam scio, *að vera hallr einvm* vel *til eins favore in quem inclinare*, probe dici.

53) Echos pulchre expressum, quod homo solum nunc admiratur, cujus ulteriorem fructum jam sentit sibi ereptum iri; prius fortasse in tenui beneficio posuerat divini hujus luminaris adspectum. Huc adplicari potest tritum illud dictum: Góþr er hverr genginn, *Charus est (in pretio magno habetur) quisque amissus.* *Máttvgr* autem hoc loco, non tam proprie *potentiae* notionem habet, quam *excellentiae.*

XLI.

Sól ek ſá;
Sva þótti mer,
Sem ek *k)* ſæi gavſgan guþ:
Henni eſt laut
l) Hinnſta ſinni
Allda heimi 54).

XLI.

Solem vidi;
Ita mihi videbatur,
Quaſi adſpicerem auguſtum numen;
Eum inclinatus venerabar
Ultima vice
54) *Seculorum in mundo.*

XLII.

Sól ek ſá;
Sua hún geiſlaþi
At ek *) þóttiz vætki vita. 55)
Enn *m)* Gilvar 56) ſtraumar

XII.

Solem vidi;
Ita ille radiabat,
55) *Ut viderer nihil ſcire:*
At 56) *Acheruntis torrentes*

Gren-

etiam laborat in Str. 6. *Þuí ſeu* etc. nam ea Stropha ab lit. *F.* deberet incipere: neque vitio huic medetur, ſed aliquantum id aggravat E. dum tres Strophas in duas contrahit hoc modo: *Mátvg leyſti marga Frá Þuí ſem f v.* Quod ſi operae foret pretium, promtum eſſet mederi ſic: *Mátvg hún Marga leyſti Frá Þuí etc.* Denique L. habet: *Matt ok leyſti Marga vega. Fra etc.* Id eſt, Et vires ſolvebantur [mihi] *etc.* quae Lectio nequaquam aſperna da eſt.

k) *Legi*, E. ubi illud g. eſt ſuſpectum. Mox *á* inſerunt E. L.

l) *innzta* H. G. vitioſe ad inſumque et poëſin. *) Þóttonz, depravate pro Þóttvmz. H.

m) Ita H. G. *Gilfar.* O. deteriore ſcriptione, niſi ad *Giálfr Latratus* referendum ſit hoc nomen, cum tamen ſecundum rationem eſſe deberet, *Gifrar.* Forte non male conjecerim *Gylvar* per *y*, a Nominativo *Gyl* ɔ: *Gaul*, ad verbum *Clamoſa*, *Vociferatrix*, amnis ſc. Nobilis

54) Sive *aetatum*, i. e. Viventium, Animantium, ut puto mihi jam ad *Alvís-mál* eſſe obſervatum. Poteſt et ſimplicius eſſe: *In mundo hoc temporario.* Non liquidiſſima videtur Hugenii nota ad hunc Verſum, quae talis eſt: "Diem vidi, et in hoc adorans, quem poſtmodum adorare non valui.„ Neſcias enim, de cujus adoratione loquatur, Diei, Solis, an Dei per Solem? Ego quidem ſimpliciter de Solis adoratione capio.

55) Hic, oculorum uſu deficiente, ſolem vid quaſi per nebulam, neque amplius ſenſit ejus radios.

56) Intelligo Amnem *Giöll*, qui Inferni portis proximus eſſe traditur in Edda. *Hugenius* Verſum ſic illuſtrare conatur: "Diem novi me clarum videre, ſed fere neſcius, nihilominus mors ob oculos verſabatur.„

Grenivþv á annan veg
n) Blandnir miök vip blóþ.

Mugierunt ab altera parte
Miſti multo ſanguine.

XLIII.

Sól ek ſá
o) Siónum ſkiálfandi,
57) Hrædslvfvllr ok *p*) hnipinn;
Þúíat hiarta mitt
Var *q*) heldr miök
r) Rvnnit ſyndr í *s*) ſiga 58)

XLIII.

Solem vidi
Oculis titubantibus (trèmulis)
57) *Horrore plenus et contractus:*
Nam cor meum
Majorem in modum
Diffluxerat ex 58) *languore.*

XLIV.

nobilis eſt *Gaul (Gvl)* Norvgiae fluvius, nomen ſortitus a ſtrepero murmure; quod nomen ob horrendum ſonorem animi infero tribui, haud abſonum eſt. || *Gilnar*, E. Suec et Alii cujus Nominativus foret *Gilir* i. e. *e rupinis fluens*, vel *altis ripis coercitus*. Denique *Gera*, aut *Gilldir*, conjicit *Olavius*, infeliciter, praeter neceſſitatem; et Strophain hanc vertit: *Magni aquarum aeſtus.*

n) *Blandaþir*, idem vulgate L. Suec. G. *Blandir*, ſuſpectum E.

o) *A* inſerunt omnes Libri et Olavius quidem Strophain vertit *Supra mare titubantem.* Sed poteſt etiam *tó* á ad ſuperius referri, ut ſit: *á á intuebar*: melius tamen viſum eſt ſequi auctoritatem Laudati *Halfdani*, qui illud *á* induxit in H. Neque aliter cenſe ipſe *Erici*, Olavianae Verſioni apponens ſuam hanc: *Viſu titubans.*

p) *hnipin.* H. abſurde, nam feminina eſt haec terminatio, quod non obſervant qui eam pro Maſculina obtrudunt.

q) Heldr. ignorant H. G. quando praecedens, *Mitt*, in hanc Strophain eſt transferendum, ſecus quam *Hugenius* fecit, et numeri tamen ſunt duriuſculi.

r) *Rvnnit*, in Priorem referunt omnes, praeter O. G.

s) *Sega.* Quidam in E. Obſcure. *Sefa.* Anon. forte ex torpore vel *in* torporem aut *ſoporem; nam* Animi *notio* vix eſt ut huc attineat.

---

57) Dilogos hic dicitur *Hræðſla*, ut arbitror, et de *Mortis formidine* et de *horrore* ſive *tremore corporis, in articulo mortis.* Porro in acceptione vocis *Hnipinn*, ſequutus ſum Suecum Interpretem; *Olavius* eam vertit, *Nútants?* M. *Halfdanus* autem, *Anxius: Hugenius* longe a vero, arbitror, *Perpallidus.*

58) Diuturnum languorum ſive morbum, aut ſi mavis, lentum illud cum morte luctamen videtur hic vocare *Siga*; quam vocem ſi pro Accuſativo capimus ſenſus erit: *Liqueſactum erat in languorem*, o: ab omni vigore penitus exhauſtum et defectum. *Sigi*, deliquium notat Interpreti Suecco,

XLIV.

Sól ek ſá,
Sialldan hrygguari;
Miök var ek þá úr heimi hallr:
Túnga mín var
Til *t*) tres 59) metin;
Oc *u*) kólnat *x*) at fyrir vtan.

XLIV.

Solem vidi,
Raro magis anxius;
Poene tum erami e-mundo caducus:
Lingua mea erat
59) *Pro ligno exiſtimata;*
Et friguerat circum exterius.

XLV.

Sól ek ſá
Síþan aldregi
Eptir þann dapra dag:
*) Þviat 60) fialla vavtn *y*) lvktvz

XLV.

Solem vidi
Deinde nunquam
Poſt triſtem illum diem;
Nam 60) *tegumentorum aquae*

B b b z) Fyri

t) *trieþz* E. inſolenter. *Trega*, conjicit *Olavius*, praeter cauſam, et Strophum vertit: *Moerori adjudicata.*

u) *kólnvt.* L. ut intelligatur de ipſa Lingua, quod non probo. Klofnat *fiſſum*, E. G. Suec. obſcure, nam neſcias, quid fiſſum ſit, aut quomodo.

x) *At*, non eſt in H. G. Sed videtur tamen Metri cauſa retinendum, etſi parum ſuaviter ſonet, ob colliſionem duorum, *At*: Alicubi videre memini, *Af*, quod pro *Of ob*, *am*, accipi poteſt, eodem ſenſu.

*) *Þuiat*, omitt. G. et videtur abeſſe poſſe, ſalvo metro et ſenſu.

y) *Lukvz* in ſequentem Str. transferunt L. Suec.

Sueco, haud inepte; moerorem notat *Olavio*, nam *i figa* reddit, *Prae moerore*; ſed ea notio Vocis omni auctoritate caret, arbitror; Aeque infeliciter *Hugenius* reddidit Strophum: *In partes fere diſſolutum erat.*

59) Id eſt, Linguae mihi periit uſus, et labia per friguerunt. *Hugenius.* Illud *Kólnat*, de lingua male accipit *Olavius*, nam reddit Str. ſequ. *Et extrinſecus infrigidata.*

60) *Fialla vautn* mihi eſt Hypallage, pro *Vatua fiavll* Aquarum tegumenta; Intelligo autem *Coelum*, ex Geneſ. 1. 6. ad 8. quod *Joannes Magnæus* Löv-aſianus, in Hymnis ſuis Hebdomadalibus, vocat *Vatna hvolfid* blátt, *aquarum cameram* caeruleam; adde Pſalm. *Davidis* civ. 2. ubi *Coelum* dicitur inſtar *pellis* eſſe extenſum; quod porro *Fiall* proprie notet *integumentum, velum, pellem*, ab *ad fela, velare*, concludo ex Völvndar-Quiþa ix. 1. ubi *Berſalt* vix eſt ut aliud notet, quam *Urſi pellem*: Vide et *J. Olavii* Indicem ad *Landn.* b. in *Blåfialladr*; et Vocem *Himinn* in Meo hujus Libri Indice. Dicit

ergo

z) Fyri mer ſaman; — *Occluſae ſunt mihi;*
Enn ek (þ) hvarf æ) kallaþr frá — *At diſparui evocatus e doloribus.*
a) kvavlvm.

XLVI.

b) Vonarſtiarna 61) flaug
c) Þá var ek fæddr
Bvrt d) frá brióſti mer;
62) Hátt e) at hún fló
f) Hvergi ſettiz
Sua g) at hvn mætti hvíld hafa.

XLVI.

61) *Stella ſpei avolavit*
Cum natus eſſem
E pectore mihi;
62) *Alte quidem illa volavit;*
Nuſquam conſedit
Ita ut requietem nanciſci poſſet.

XLVII.

z) yfir *ſuper me* L. H. minus commode ad poëſin.

(þ) *Hvarb*, ex Dialecto Nordlandorum. H. Strophan hanc in duas inepte dividunt E. O. Suec.

æ) kaldr *frigidus*, letho ſc. Anon. H. melioré forſan lectione.

a) *kualvm*, antique. H. b) Uanar. H. c) Var ek þá fæddr, *Tum eram* etc. Suec. H.

d) *or*. L. Deinde *Brióſtvm*, in plurali. O. inepte. e) *At* non bene exclud. L.

f) *Sua*, a ſequenti Stropha huc trajicit O. *Ita — ut poſſet*. Nulla ſub neceſſitate. Þó *tamen*, poſt *Hvergi*, infert G.

g) *At*, ſine cauſa exclud. G.

---

ergo Auctor hac Allegoria, *Coeli aſpectum ſibi fuiſſe ademtum*, ɔ: ſeſe exſtinctum eſſe, uti *Virgilius* in IVta Æneide 451. poſuit *Coeli convexa tueri*, pro *Vivere*. Huggenius reddit *Fialla vantn*, Montium aquas, et intelligit *Oculos*, ajens *Caput* hic eſſe *Montem corporis*; idem etiam prius conjecerat Perilluſtr. *J. Erici* Sed non arbitror hoc procedere, ut *Fiall* nude, et ſine ulla adjectione diſtinguente, de *Capite* dici poſſit; Edda quidem id non permittit, neque credo probatum iri ex ullo idoneo Poëta. Quomodo *Olavius* et *Suecus* hunc locum intellexerint non apparet ex verbali eorum Verſione, quae cum Hugeniana fere eadem eſt, nili Suecus *Vavtn* reddit *Flumina*, Olavius τὸ *Lukins fyri mer ſaman*, reddit, *Concludebantur coram me.*

61) *Animam* intelligit *Hugenius*: quod autem ille τὸ *Fæddr* Str. 2. exponit per *Denatus*, nullo pacto verum eſſe poteſt, utpote notioni vocis plane contrarium. Praeſtat, nemini imponere, et *Natus* ſimpliciter vertere, de ipſo autem ſenſu candide fateri ſuam ignorantiam. Fortaſſe tamen Auctor *Mortem* conſideravit tanquam *Nativitatem* ad *Vitam alteram*.

62) Hoc videtur velle: Anima mea receptaculum ſibi quaeſivit apud ſuperos, ſed manſionem invenit nullam, antequam corpus eſſet humatum, aut antequam ipſa Purgatorium intraret.

XLVII.

Öllvm lengri
Var sú eina 63) nótt,
Er ek lá stirþr á *h*) stráum:
i) Þá 64) merkir
Þat *k*) gvþ-mæli:
l) *Maþr er m*) *moldo samr.*

XLVII.

Omnibus longior (moleſtior mihi)
Erat una illa 63) *nox,*
Qua rigidus incubui ſtramentis.
64) *Tum intelligitur [verum eſſe]*
Divinum illud oraculum:
Homo eſt humo congener.

XLVIII.

65) Virþi *n*) þat ok vit
Inn *o*) virki gvþ
Sá er skóp hauþr ok himin;

XLVIII.

65) *Æſtimet id et cognoſcat*
Operoſus ille Deus,
Qui condidit terram et coelum,

h) Ita Anon. Suec. H. et firmat *Olavius*, qui habet, *Strâm.* Straum *in fluento, aquae torrente*, obſcure, et ſine dubio corruptum ex altero, praeferunt E. L. G.

i) Þat. L. H. O. *Id ſignificat, comprobat*, aut *id intelligi, ſentiri, poteſt.* Inſuave, propter mox iteratum Þat, neque ſenſu tam expeditum, ut altera Lectio.

k) *Guþ mæli* diviſim E. L. quod non dubitavi conjungere et pro nomine adoptare. *Guþ mælti, quod Deus dixit.* Ceteri.

l) *At*, intrudunt Omnes, praeter G. quos non audio.

m) Ita diſtraxi, *Moldoſamr*, quod eſt in L. et H. Molldarſamr *humo deditus.* E. G. Molldaſami. *Olavius* et id vertit, *Pulveri congener* aut *pulverulentus.* Sed nego iſtam vocem dici poſſe, genio Linguae noſtrae convenienter, niſi forte ſubaudito Articulo *Hinn*, quando non amplius eſſet ſententia generalis. || Ex Anonymo in E. notatur *Molldr.* An vero *molldr ſamr* ibi fuerit, an nude Molldr *pulvereus*, non indicatur, prius quidem monſtrum vocis foret, poſterius autem aptum ſatis et probum, tam linguae ratione quam metri.

n) *ok viti* Þat. Omnes, praeter *Olavium*, quem, in tenui diſcrimine, tamen ſequendum putavi.

o) vitki *ſapiens.* E. haud reprobanda quidem Lectio.

---

63) Sc. Prima à morte nox, qua in ſtramento ſolo jacuit, veſtimentis lectualibus mihi ſubtractis vel ſummotis.

64) Nempe; Ubi quis in eo ſtatu eſt, quo ego tum eram.

65) Deum advocat teſtem, de moleſta ſolitudine defunctorum, quaſi dicat, Neminem viventium cogitatione adſequi poſſe, quam moleſta et taedii plena ſit.

Hverſv *p*) einmana
Margir fara
Þó 66) viþ ſkyllda *q*) ſkili.

Quam ſolitarii (a comitatu inopes)
Multi abeant (vagentur),
66) *Etſi ab neceſſariis digrediantur!*

XLIX.

Sinna verka
67) Nýtr ſeggia hverr:
Sæll er ſá er gott giörir.
Auþi frá
r) Er mer *s*) ætluþ var
t) Sandi orpin 68) ſæng.

XLIX.

Suorum operum
67) *Fructum capiunt hominum ſinguli:*
Beatus eſt qui bonum facit.
Ab opibus deſerto
Mihi deſtinatus erat
Arena ſtratus 68) *lectulus.*

L.

69) Havrvndar húngr
Tælir hávlda *u*) opt,

L.

69) *Cutis curandae orexis*
In fraudem illicit homines ſaepe;

x) Þat

p) Einmanalauſir. H. vox nullius pretii, neque ullius fere ſenſus, etſi *Hugenius* eam vertat, *ſoli ſalutique*. Mvnaþarlauſir. O. id eſt. *Delectationis experres*, Interprete *Olavio*, aut *orbi*, *deſerti*, *derelicti*, *ab amicis inopes*, ſi vulgarem nominis uſum ſpectemus.

q) *Skilie*, vulgata ſcriptione. E. G. *Skyli*. L. ſuſpectum; quanquam ſenſus eſſe poſſit, *Etſi aequum ſit, ut ab ſuis comitati ſint.*

r) *Er*, male omittunt L. O. *Er mer*, in priorem Str. haud male refert H.

s) *ötluþ*. Omnes praeter H. Praefert antiquitatis ſpeciem, ſed revera ortum eſt ex corrupta recentiorum enunciatione. *t*) í *in*, addit L. nec mihi probat.

u) ſvno, *hominum filios*. L. Incidenter obſervo, *Haulda* hic de *Divitibus* poſſe accipi.

66) Latenter hoc dicit: Numerus cognatorum et amicorum nihil prodeſt, nemo enim vult eſſe hujus itineris comes.

67) Sententia haec generalis facile ad Auctorem applicatur, ut nexus inter antecedens et conſequens ſibi conſtet, quaſi dicat: Neminem ex neceſſariis meis habui mecum decedens praeter opera mea, neque ex opibus meis quicquam, praeter ſandapilam.

68) Non abſurdum arbitror, *capulum funebrem* hic intelligi, imo neceſſarium eſt, ſi Vers. 11. 3. de funeris elatione ſermo ſit, ut probabiliter eſt. *Sepulchrum* tamen intelligunt *Hugenius* et *Suecus*: *Olavius* rem ipſam non declarat, in verbis tantum haerer, vertit autem *Orpinn*, *emulatus*.

69) Ex praeſenti omnium rerum penuria, merito illi in mentem venit vitae ſuae prioris luxuriosae.

x) Þat hefir margr y) til mikit;
z) Lauga vatn
(þ) Er mer leiþazt æ) var
Eitt allra hlvta 70).

Eam habent multi impendio majorem:
Balnearum aqua
Mihi quidem in faſtidio erat maxime
Una omnium rerum 70).

XLI.

Á *) norna 71) ſtóli
a) Sat ek nív daga;
þaþan var ek á heſt hafinn;
b) Gýgiar c) ſól 72)

LI.

In 71) *Parcarum ſella*
Sedi novem diés;
Inde fui in equum elatus;
72) *Oreadum ſol*

x) *Hann*, et in fine Strophae *mikinn*. Suec. H. quibus *Havrvndar* eſt generis maſculini tanquam a Nominativo inaudito *Havrvndr*. *Hann — mikinn* etiam eſt in E. ſed alio ſenſu; vide Literam Z. y) *Til*, perperam omitt. O.

z) *Mikinn*, ex priore Stropha huc transfert E. deinde legit *lánga*, pro *lauga*, et Stropham ſic habet, *Mikinn lánga*, vitioſe ad metrum, atque etiam ut arbitror ad ſenſum, qui tamen foret talis: *Illud multi nimis magnum habent inteſtinum*, forte pro Nimia laborant ventris ingluvie. Sed haec Lectio, ut dixi, in metrum peccat, quod tamen peccatum ſi operae pretium foret, levi negotio corrigeretur referendo *Mikinn lánga* in priorem Stropham, ut ea eſſet: *Hann hefir margr til mikinn lánga.* || *Loſta kæti mer Leiþuzt var*, conjic. *Olavius*, et explicat, *Laetitia laſciva.*

(þ) τὸ *Er*, male reſecant L. O. Suec. Vatn er mer leiþiſt, *Aqua mihi taedio eſt.* E. inepte ad ſenſum et metrum: ſed metro tamen promtum eſt mederi ſic: Vatn er mer (4ta Str.) Varþ leiþazt (5ta Str. æ) *Varþ*. Suec. et E. et poſterior quidem hac voce orditur Ult. ſtropham.

*) *Nornar*, in Singulari. L. a) *Sat ek*, in Priorem Str. refert O.

b) *Gyar*. E. G. H. Suec. *Gigear*. L. corrupta ſcriptione omnes.

c) *Sólir*, in plurali. *Olavius*, atque etiam Anon. L. quod ex Varietate lectionis ſequenti colligere eſt.

ſae. Interpretes hunc Verſum de *Jejuniis* et aquae *conſecratae luſtrationibus* accipiunt; et obſervante *Hugenio*, "Auctor hic non magnopere laudat ceremonias illas Papiſticas, ſed ut parum utiles judicat." Sed confer Auctorem inferius Verſu LXXI.

70) Ob immodicum et nimis crebrum uſum ejus, ſcilicet.

71) Id eſt, ut ego quidem arbitror, *In funebri lecto compoſitus*, ſive ut dicere ſolemus, *á börvnum*. *Hugenius* τὸ *Norno* vertit, *Vatnu* (*Sibyllarum*) utrumque inepte, et ambigue ſaltem; in totum autem Verſum ſic commentatur: Intervallum temporis deſcribit hac figurâ, quô inter genios converſatus, horribiles ſibi dies, cum inter ſpem et metam eſſet, antequam iter ultra ſuſcipere liceret.

72) Confer *Corticinium* Verſ. penult. Ubi *Oreades Gygiar* conjunguntur cum ceteris Naturis lucifugis,

d) Er ſkein grimmliga
Or *e*) ſký-drupnis *f*) ſkýíom.

Cum micaret truculenter
E coeli ſtillantis (devexi) nubibus.

LII.

73) Vtan ok innan
Þóttvmz ek alla fara

LII.

73) *Exterius et interius*
Videbar mihi totos perrerare

74) Sigr

d) τὸ *Er* claudit Stropham praeced. in H. et Quibusd. aliis, ut in E. adnotatum eſt, iſti autem Alii non poſſunt eſſe, niſi Anon. et L. in quibus dicta particula in terminationem pluralem *Sóler* abiit, incipiunt enim hanc Stropham Verbo plurali *Skinv*, L. O, *Sceinv.* Anon.

e) Ita ſolus G. proxime accedit *Sky-drypnis* in Suec. *Sky-dripnis*, in Anon. H. || *Scydeipnis*, monſtroſa vox, eſt in E. *Skíþ-rofnis*, in L. et O. quod Olavius obſcure vertit verbo tenus, *Ejus qui diffindit ligna;* neſcias enim hoc loco, qui ſit iſte. Imo iſtud *Skíþ-rofnis* nugamentum eſt, et omnino ſcribendum *Skiþ-rofnis*, per *i* tenue in *Sciþ*, quod ipſum pro *ſkin* poneretur, ut *Skiþ-dræpt*, Luci penetrabile *(transverberatum)* de panno tantonii habet *Snorrius* in *Ol.* h. *ſaga*, *Færeyínga þætti*, ubi tamen Editores dederunt, *Skír-dræpt*, quod mihi nihil videtur praeſtare altero. Senſus autem noſtrae Lectionis, per Hypallagen *Rofnis* pro *Rofnvm*, foret: Ex *luce perruptis nubibus;* Aut etiam ſimplicius, *Lucem interumpentibus (infringentibus, lubefactantibus) nubibus. Skyrofnis*, conjicit *Olavius*, et ad literam vertit, *Nubes diffindentis*, unde vix eſt ut ullus idoneus exiſtat ſenſus, niſi *Sky-rofnir* ſit *Ventus* et *Sky-rofnis ſky Ventoſae nubes.* Ceterum, ſi *Skyr-ofnis* ſcribimus, ut *ſkyr* poſitum ſit pro *ſkur*, licita literarum permutatione, erit ſenſus: *Imbres machinantibus (imbriferis;* aut etiam *Imbre miſtis) nubibus;* conf. *Alvísmal* XVIII. 4. 5. XIX. 1. 2. 4.

f) *Skiöm.* L. H. inſolenti ſcriptione, quamquam ea proxime ad Etymon accedat: Quid, ſi una ſyllaba enuntiamus, *Skiómr* feneſtris, i. fiſſuris nubium? || *Skirni.* G. unde ſenſus: *ex*

---

fugis, nempe *Thurſis*, *Dvergis* et *Umbris mortuorum;* Videtur igitur Auctor hic innuere *Solem inferorum*, qui ſibi jam in Purgatorium deſcenſuro triſtem exhibuerit ſpeciem. *Olavius* videtur ſentire mecum, nam *Gygiar* vertit *Spirituum infauſtorum.* Quo minus *Solem noſtrum* hic intelligendum putem, facit Verſus XLV. 1. 2. 3. jure tamen ambigi poſſe video, an Inferi ſolem habeant, licet *Virgilius* de Incolis Elyſii (quod noſtra Mythologia ignorat) dixerit *Æneid.* VI. 641.

—*ſolemque* ſuum, *ſua ſidera norunt.*

Conferri etiam poteſt *Ejusdem Libri* vers. 535. 36. Si quid forte de notione obſcurae vocis, *Sky-drupnir*, eruero, ex Gloſſario petendum erit.

73) I. e. Extremas eorum et intimas partes, atque per conſequens etiam intermedias. *Extrinſecus* et

74) Sigr heima ſiö,
g) Uppi ok niþri
h) Leitaþi ek æþra vegar,
Hvar mer væri *i*) greiþaſtar götvr.

74) *Inferiores mundos ſeptem,*
Supra et infra
Quaerebam meliorem viam,
Ubi mihi eſſet maxime expeditum iter.

LIII.

Frá því er at ſegia
Hvat *k*) ek fyrſt vm ſá
Þá ek var í *l*) kvöl-heima kominn:
Sviþnir fvglar,
m) Er ſálir vorv,
Flvgv ſva *n*) margir ſem mý,

LIII.

Narrandum [*porro*] *eſt,*
Quid primum viderim,
Ubi in poenarum regiones perveneram:
Ambuſtae alites,
Quae animae erant,
Volitabant muſcarum inſtar multae.

LIV.

ex nubibus ſtillantibus obſito aethere. Skyrmi. E. Suec. quod foret, *involucri*, *tegumine*, non enim *ovi teſta*, ut hic nugatur Suecus, et intelligeretur *Coelum*, *nubibus pluviis obductum.* *g*) *Upp ok niþr.* Omnes, praeter Anon. O.

h) *Leitaþk.* H. Deinde, *Æþri.* H. G. ſuſpecto Genitivo.

i) *Greiþzar.* H. vitioſe, pro *Greiþzstar.* *k*) *ek*, rejicit H. ſed melius ſervatur.

l) *kvöl-heimi.* L in Ablativo ſingulari. Enallage.

m) *Ok.* E. *Et quidem* animae erant. Sed poteſt tamen pro Relativo, *Hverier ed*, accipi, cujus acceptionis ex emplum habeo unum et alterum. Enn, *at* iſtae erant etc. H.

n) *margar.* O. refertur ad *Sálir.*

---

et *Extus* reddunt Interpretes *τὸ Utan*; quod mihi ambiguum videtur, quaſi *extra* hos mundos iter fecerit, aut facere omnino potuerit. Quod autem Str. 2. dicit *Alla* id non pertinet ad numerum, quaſi *ſeptem omnino* eſſe diceret *Mundos inferos*, ſed ad partes univerſas *horum ſeptem* pertinet. De cetero fateor me parum perſpicere, quamobrem *Deſcenſus ad inferos* homini fuerit tam impeditus et ambagioſus.

74) Ad verbum, *Declives*, *Vergentes*. Sperno hic nugatorios *Mundos* Interpretum, ſc. *Victoriae*, *Felicitatis*, et *Triumphalcs*; per quos ultimos *Hugenius* ait intelligi *Sphaeras coeleſtes*. Verbalis iſta verſio plane adverſatur praeſenti ſtatui Auctoris; mea illi convenit ſatis, et fundata eſt in originatione vocis *Sigr*, de qua vide *J. Olavium* Hypnoneſium, in Gloſſario Syntagm. Baptismi. Interim non celabo, haud abſurde in Textu legi poſſe diviſim, Sigr (vel Sígr), heima i. e. *devergens*, *decidens*, *deorſum tendens*, aut etiam *Lentus*, *tardus* (conf. *Loka-ſennam*, XXIV. 1.), *Mundos*: De quibus autem Mundis hic ſermo

ſit,

LIV.	LIV.
o) Veſtan ſá ek fliúga	*Ab occidente vidi volare*
p) Vonar dreka 75),	75) *Spei dracones,*
Ok q) fella r) glæ-valls 76) götv;	*Et operire 76) ignipotentis viam;*
Vængi s) þeir ſkókv,	*Alas illi quaſſabant,*
Sua víþa t) mer þótti	*Ut paſſim mihi videretur*
Spríngа haupvr ek himinn.	*Diſrumpi ſolum et coelum.*

LV.

o) *Vitar.* Anon. Genitivus eſſe, deberet, a Nomine femi ino *Vit*, quod tamen mihi ignotum eſt, quamquam ſcio compoſitum *Ey-vitar* legi in *Hava-málvm.*

p) Uanar. H.

q) Ita. E. Anon. L. *Fell á.* Suec. O. quod vertunt: *Decidebant in.* Scio quidem Nomen Plurale interdum cum Verbo ſingulari conſtrui, atque id ipſe obſervavi alicubi ad *Fiöl-svinns-mál;* non tamen arbitror iſti Figurae locum eſſe, in hoc contextu orationis. *Fell á*, pro *Fellv á* cum Apoſtropho ſcribit *Hugenius*, contra uſum Noſtratium, quod ſuperius ſemel monui. Si *Fellv á* legatur, praecedens *ok* accipi poteſt pro Relativo *Qui*, ut obſervavi ad LIII. 5. et intelligi aut *Angeli lapſi*, aut *Homines quidam dominationem fruſtra captantes.*

r) Sic. L. Sue. H. G. *Glævalldz*, eodem ſenſu. O. *Glor-valls.* E. *ſi Glór-vallz* legatur, erit *Micantis poteſtatis* aut *Poteſtate fulgentis:* Sed Glor-vallz *glorioſae poteſtatis*, ſuſpecta eſt lectio, non tamen prorſus reprobanda. *Glævells.* Anon. in qua Lectione fateor mihi nihil conſtare de illo *Vells*, niſi *Glæ-vellz gata* ſit *Lubrica via ad incedendum*, quomodo *Tor-velldr* eſt *Difficilis.*

s) Skókv þeir. H. t) *þótti mer.* Omnes, praeter H.

ſit, colligitur facile ex adjectivo *Sigr* priore ſenſu ſumto, tamen etſi Auctor id ſibi applicet, non Mundis ipſis. *Sigr*, ſubſtantive, *Inclinatio, declinatio, depreſſio*, dixit Örnmdus-*Lignipei*, in *Grettis-ſaga* cap. IX. ubi rhythmus aegre permittit *Sigr* legere.

75) Figura, de geniis malignis, ſqui ſperant animas ſe intercepturos, *Hugenius.*

76) Sc. multitudine ſua aut corporum vaſtitate; per *Glæ-valls götv*, aut *infernus* aut *aether* intelligi poteſt. quod ſenſum verbi *Fella* a me adoptatum attinet, dixi, quod ſatis ſit, ad *Egils-ſagam* pagg. 389. 4. Glæ-vallz, *igniti campi*, vertit *Hugenius*, quaſi *Völlr* faciat genitivum *Vallz*, quod plane falſum eſt. *Glævallz gata*, per *Lubricum callem* vertitur Interpreti Sueco; linguae ſatis convenienter, nimirum *Glævallz* foret a Nominativo Neutro *Glævalld* Lubricitas, quod Nomen aeque recte formari arbitror, ab *Gliá* Glacies laevis et labilis, aut *ad Gliá* ni-

tere,

LV.

Sólarhiört 77)
u) Leit ek ſvnnan fara,
Hann teymdv tveir ſaman:
Fætvr hans
x) Stóþv folldv á,
Enn tókv horn til himins.

LV.

77) *Solis cervum*
Vidi ab auſtro ire (properare),
Hunc ducebant duo una:
Pedes ejus
Stabant humi,
At pertingèbant cornua ad coelum.

u) *Leit ek*, in priore Stropha ponunt omnes, numeris, ut mihi videtur, duriuſculis.

x) *Stóþv*, in priorem Stropham transferunt omnes, quos tamen non audiþ.

---

tere, atque *Hafalld* licium, ab *ad hafa* continere, *Faralld* via, ab *för*, aut *ad fara* ire in *Viga-ſkútv-ſaga*: Sed enim voce hoc ſenſu accepta, per *Dracones* Str. praeced. non intelligerentur *Mali-Spiritus*, verum homines turbulenti, factioſi, et dominandi cupidi, quales florente olim republica noſtra fuerunt, *Styrus Homicida*, *Vemundus Kögr* (*cirrus*), *Gudmundus Potens*, et *Snorrius* Pontifex; atque eadem ad occaſum vergente, *Snorrius Sturlae*, et filius *U-rækia*, *Sturla Sighvati*, *Kolbeinus juvenis*, et *Giſſurus* Comes. Forte non multum erraverit, qui omnes poſterius nominatos, aut ſaltem eorum quosdam, hac viſione putaverit praeſignificatos. Duobus adhuc modis exponi poteſt haec tertia Stropha nempe: 1) *Inſtitnere iter ad ſplendidam (labilem) potentiam*, aut etiam *Incedere per ignem* ſupplicii cauſa, ubi *Fella götv* dictum eſſet eodem modo, quo *Fella blótſpán* dictum eſt apud *Snorrium* et in *Noregs Konúnga tali*; per Dracones autem ſignificarentur ii, quos modo nominavi. 2) *Sternere ſplendido principi viam*, aut *ad illuſtrem* (i. e. regalem in Islandia) *poteſtatem viam*; Quod dicti viri, partim caſu, partim dedita opera, fecerunt Hacono regi, imperium in Islandos appetenti: *Caſu* dico, nam *Snorrius*, *U-rækia*, et *Kolbeinus*, non videntur Regi, ſed ſibi ipſis, quaeſiſſe imperium, etſi hoc frui illis non contingeret. De *Sturlae Sighnati* propoſito clarum ſatis eſt, ex *Sturlúnga-ſaga* Lib. VI. cap. 18. quod autem ille infelix non potuit effectum reddere, Regi ut partiam traderet, ejus rei penes cooperatorem ſuum, at hoſtem eundem et interfectorem, Comitem *Giſſurum*, qualiscunque gloria eſt, etſi maculis ſanguineis, ab *Snorrii* praeſertim, et *Thordi Andreae*, caede contractis, nonnihil foedata.

77) Figura, de Pontifice Romano potenter animas liberante; *Tveir*, ſc. boni genii. *Hugenius*. Non improbo quidem hanc expoſitionem, verumtamen ex Nota ſuperiore intelligi hic poſſe opinor *Haconum Senem*, regem ſui temporis potentiſſimum; tum vero illi *duo ductores* forent, *Sturla Sighvati* et *Giſſurus*: Aut ſi mavis, per *Cervum* illum *Solarem* o: illuſtrem, intelligе ipſum *Sturlam Sighvati*, qui aliquando principatum totius fere Islandiae tenuit ſed perbrevi tempore, nam a *Giſſuro* et *Kolbeino* ad Orcum abductus eſt.

LVI.

y) Norþan sá ek rísa
Niþia sonv 78),
Ok várv siö saman;
Hornvm fvllvm 79)
z) Drvkkv þeir (þ) inn hreina miöþ
Ur brvnni æ) baug-regins.

LVI.

A septentrione vidi sublimes vehi
78) *Popularium (Posterorum) filios,*
Atque erant septem una:
79) *Poculis plenis*
Bibebant hi purum illum medum
E fonte coelestis numinis.

LVII.

y) Norþr, *Septentrionem versus*, O. Sed *Norþan* probabilius est, propter *Vestan* et *Sunnan* in praecedentibus.

z) *Druckv*, in priorem Str. refert H.

(þ) *in hreino*, vitiose. H. quasi *Miöþ* foret Neutr. plurale.

æ) Ita H. et parum abludit *Baug-reigins* in Suec. *Baug-reyens*. E. *Baug-reyis*. G. L. Ista *Reyins* et *Reyis* mihi sine sensu sunt; si *Reygins* et *Reygis* legeretur, possent ea deduci vel ab *Hrúga cumulus* et *at Hreykia cumulare*, vel ab *Róg calumnia, accusatio, Ægia accu-*

78) Figura, de populis septentrionalibus, qui in mundi senecta veram religionem amplexi sunt, et laeti salvantur. *Sió saman*, pro Numero perfecto, vel numerosa cohorte. *Hugenius*. Quicquid de aliis sit, mihi quidem non sit verisimile, *Niþia sonv* pro *Populis*, neque *Septem* pro *Magno numero* poni: *Niþia sonv* intelligo eos, qui sanius in Republica cadente cogitabant, quam proceres antè memorati; Hi sunt: *Johannes Lopti* Oddensis, et ejus filii *Ormus* et *Saemundus*, *Thordus Stulae*, et filius *Sturla*, *Thordus Sighvati Kakali* sive *Testa*, et *Thorlevus Thordi Gardensis*. Possunt et, pro quatuor prioribus, alii quatuor subsitui, qui se conatibus *Gissuri* valide vario successu opposuerunt, nempe *Eyiolfus Thorsteini*, *Hranius Kodrani*, *Rasmus Oddi*, et *Thordus Andreae* ex *Oddensium* stirpe, is, quem *Gissurus* Comes, sub fide salutis data, supplicio adfecit. Si conjectura, quam p. 75. periclitatus sum, non omni probabiliati careat, hanc eodem jure futuram spero; sin minus, pereat utraque, dummodo aliquid eruatur melius. Quodsi *Sió niþia synir* de *totidem*, *virtute et sapientia praeclaris*, *majoribus*, intelligendi sunt, hi erunt quidem: *Thorkillus Luna*, *Askillus* Pontifex, *Arnkillus* Pontifex, *Gestus Oddlevi* Sapiens, *Olaus Pavus*, *Nialus Thorgeiri*, et *Hallus Sidensis*, illustria Veteris Reipublicae lumina. Denique observo tres hosce Versus ut a me expositi sunt, respectu argumenti aliquam, etsi tenuem, habere umbram similitudinis cum egregio illo Loco *Virgilii* in vita Aeneide, a 760 usque ad 886.

79) Aut hac allegoria significat, *Delicias eorum in altera vita*, aut *innocentiam* et *probitatem eorum dum viverent*, *animosque bene et salubriter in patriam adfectos*. *Baugr* poetice est *Clypeus*, at *Clypeus Telluris*, arbitror, est *Coelum*, unde *Baug-regin* ad verbum foret, *Coeli regnator* vel *Dominus*; *Hugenio* vertitur *Dives numen*, *Baug* pro *quibuscumque divitiis* accipienti; neque inficior, *Plutonis* nomen apte exprimi posse videri, isto *Baug-regins*.

LVII.

80) Vindr *a*) þagþi,
b) Vautn ſtavþuaþi;
Þá heyrþa ek grimmligan gny:
Sínvm mönnvm
81) Suipvíſar konvr
c) Mólv molld til matar.

LVII.

80) *Ventus ſiluit,*
Aquae ſiſtebant curſum:
Tum audivi dirum ſonitum;
Suis viris
81) *Vultuoſae mulieres*
Molebant terram [*pulveream*] *in cibum.*

accuſare: unde *Baug-reyginn* foret *Pecuniarum concervator*, Baug-reygir *Avarus delator*; quae *Plutoni* forte quodam modo poſſent adplicari. *Baug-reirs* Anon. quod *Manum* videtur notare, huc prorſus incongrue, praeterea in numeris poeticis laborat; ſed *Olavius* tamen inde ſine dubio effinxit ſuum, *Baug-reyrirs* et *Bavgg-reyrirs*, (ubi *Reyrirs* male et horride ſcripſit, pro *Reyris*); Illi autem *Baug-reyrir* verbo tenus eſt, *Annulos conſtringens*, i: qui ipſos corradit et cuſtodit, *Baugg-reyrir* vero, *qui Sarcinas colligit et conſtringit*: Imo *Bavgg-reyrir* verti poſſet, *incommoda nectens*, *calamitatum auctor*, nam *Bavggr* eſt *malum*, *moleſtia*, ut conſtat ex Stropha *Viga-Glúmi*: Oſs kom breidr í bygdir *Bavggr* of einv havggi, i. e. *In noſtrum territorium* (Noſtris domiciliis) *inceſſit ampla* molestia *ex uno ictu*. Sed tamen, quomodo conciliabitur *Bavgg-reyrir*, hoc ſenſu, cum circumſtantiis?

a) Þagnaþi *conticuit*. H.

b) Vatn ſlauþuadiz H. quod *Hugenius* vertit, *Aquae deſtiterunt. Viri*, pro *Vautn*. E. G. Suec. i. e. *Ignis flammans conquievit*, vertente Sueco Interprete.

c) Ita ſolus *Olavius*, ex conjectura, proxime abeſt corrupta Lectio, *Motv*, in H. quam tamen *Hugenius* vertit, *Admetiebantur*. Reliqui, *Mölvþv*, vulgata flexione.

---

80) καὶα τὸ σιώπώμενον haec intelligenda ſunt nunquam enim ante mentionem facit Tempeſtatis, niſi forte obſcure LI. 6. Allegorice etiam haec accipi possunt, de pace Islandiae, poſtquam ſub regis imperium venerat; quanquam pro ea pace Hacono regi tenuis quidem gratia eſt, ſi ipſe, quod negari non poteſt, bellorum ibi civilium fuit concitator. Utcunque de ſenſu ſit, Stropha 11 etiam verti poteſt: *Imbres ſiſtebantur* vel *ceſſarunt*. Licet denique, haſce duas Strophas cum Verſu ſuperiore in ſenſu conjungere, ut fingat Poëta, ipſa elementa, tanquam admiratione defixa ſubſtitiſſa, qua *ſeptem illi viri* tranſibant.

81) *Vultu ominoſae*, reddit *Olavius*; Fortaſſe optime, certe melius *Sueco* et *Hugenio*, qui *Torvae*, *Truculentae*, *Tetricae*, reddunt: Poteſt et verti, *Varietatem animi vultu praeferentes*. *Hugenius* notavit, Auctorem hic ad alia de poenis impiorum transire, et primum agere de Uxoribus

LVIII.

Dreyrga ſteina
Þær hinar davkkvu 82) konvr
d) Dróv daprliga;
Blóþvg hiörtv *e*) hengv *f*) þeim
g) Fyri brióſti vtan 83)
Mædd *h*) viþ miklom trega.

LVIII.

Cruenta ſaxa
Nigrae 82) *illae feminae*
Trahebant (*verſabant*) *triſti modo*;
Sanguinolenta cordà propenderunt iis
Extrà pectus 83)
Feſſa multo moerore (*angore*).

LIX.

Margan mann ſá ek
i) Meiddan fara
Á þeim glæddv gavtvm;
Andlit þeirra

LIX.

Multos homines vidi
Sauciatos ire
In illis pruna obſitis viis;
Facies eorum

k) þóttv

d) *Drógv.* H. Deinde, *Davþrliga*, ſuſpectum. G.

e) *Hiengv.* E. quae ſcriptio vulgarem elocutionem ſequitur. et *Hiengv þeim* in Sequ. Stropham trajicit idem Liber cum L. Anon. O. neque ego improbarim. *Blóþg*, initiô Strophae. H.

f) *þeim*, orditur Stropham ſequ. in H.

g) For (fvr) brióſt framan (vtan) L. H. *brióſt*, in Accuſandi caſu, etiam Anon.

h) Ita H. et unus Anon *Viþ mikinn.* Alter Anon. *mcþ miklvm*, minus belle. E. G. Mavrgvm *multifario*, pro *Miklvm.* L.

i) Hæc eſt Lectio Omnium Librorum, præter H. in quo eſt, Mæddan, *Delaſſatos*, interprete *Hugonio*, aut etiam *Calamitoſos*, *miſeriis confectos.*

---

bus maritis ſuis inſidis: Videtur potiſſimum ſermo eſſe de iis, quae maritis necem machinatae ſunt, quod colligere eſt ex duplici *Sanguinis* mentione Verſu ſequ. Porro *Terram pulveratam* in cibum mortuis tribuit Auctor, ex opinione Veterum; ſic narratur in Fabula, quendam larvae amici, ſuas nuptias ex pacto reviſenti, Terram pulveratam et aquam appoſuiſſe.

82) *Davckvn*, ancipiti ſenſu, de *Vultu* an *Ingenio*. *Steina* ante, *Molaria* ſc. *Duprliga* poſt, ſapit. Hypallagen, pro *Siálfar daþrar*, ipſae triſtes.

83) Ibi adpenſa in ſignum cruentae perfidiae; et adpoſite hic inducit, cor potiſſimum poenas dare, quae ſedes amoris eſt.

k) Þóttv mer avll vera	*Viſae ſunt mihi omnes eſſe*
l) Rýgiar *m*) blóþi ropin 84).	*Fumanti ſanguine* 84) *tinctae.*

LX.

Marga' menn ſá ek	*Multos homines vidi*
Moldar-gengna	*In humum profectos (humatos),*
n) Þá er 85) eí máttv þiónvſtv ná:	85) *Qui nequierant Sacram coenam nanciſci:*
o) Heiþnar ſtiörnvr 86)	*Profanae ſtellae* 86)
Stóþv yfir havſþi þeim,	*Stabant ſuper capita iis*
Fáþar feikn-ſtöfvm.	*Pictae diris radiis (characteribus).*

k) *Þótti mer*, in ſingulari, impersonaliter. H. *Synduz.* O. et transfert in Priorem Strophem, poëſi invita.

l) *Ryar.* Suec. H. G. corrupte ex altero, arbitror. *Hugenius* ſic vertit hoc Hemiſtichium: *Omnes eorum facies* cum inciſuris *ſanguine illitae mihi viſae ſunt.* Credo illum accepiſſe τὸ *Ryar* pro Nominativo plurali; Sed quaero adhuc Nominativum ſingularem Vocis, hoc ſenſu ſumtae, quamquam ſcio *Ryn* eſſe *Lacerum quoddam et conſciſſum*, quod *Ryivr* faceret in Plurali.

m) *blóþ ropin*, una voce. H. et eſt quaſi Epexegeſis, ſi *Ryar* foret Nominativus pluralis, pro *Raufar* ſciſſurae. *n*) *Þeir ed. et.* in Nominativo G.

o) *Heiþvar* Anon. L. obſcuro et ſuſpecta voce. *Heiþar* conjicit *Olavius* inepte quidem, vel ſi capiatur de epitheto Stellarum perpetuo.

---

84) In proclivi non eſt dicere, qui hoc Verſu ſignificentur: forte repraeſentatur plebis, per bella civilia, laniena, et frequentatae eo tempore membrorum truncationes, ac dilacerationes; in hanc opinionem veni, ex eo, quod praeceſſit Stz. 1. 2. *Margan mann middan.* Non diſſimulabo tamen, connecti quadamtenus poſſe hunc Verſum cum priore, ut intelligantur hic *Mariti, uxorum opera obtruncati*, et *Rygur*, *Mulier gigantea*, adhibeatur de *Furia*, aut *quavis muliere ſceierata.* Tenui cum veriſimilitudine ſtatuit *Hugenius*, hoc Verſu agi de Poenis in genere. *Rygiar* etiam, ſi libet, verti poteſt, *Diſcordiae*, *Iracundiae*, nam *Rigr*, pro *Simultate*, et *Ira occulta*, notum eſt: Imo *Discordia* nomine Gigantidis, *Rygur*, ſatis belle deſignaretur. *Rygiar*, *Superbiae*, vertit Olavius, *Violentiae*, Suecus.

85) *Hugenius* vertit: *Quibus ſacra vetita fuerunt*, atque *Ethnicos* intelligit: Ego potius ceperim de *Excommunicatis*, nam nimis durum foret, intelligi eos, qui ſine uſu Sacrae coenae extremo decedunt.

86) Tanquam ſigna, aut Ethnicismi, aut numerationis inter Ethnicos.

LXI.

Menn *þ)* ſá ek þá
Er miög ala *q)*
Avfvnd vm annars *r)* hagi,
Blóþgar *s)* rúnir
Várv á *t)* brioſti þeim
Merktar *u)* meinliga.

LXI.

Homines vidi eos,
Qui multum fovent
Invidiam ſuper alterius ſorte:
Sanguineae literae
Erant in pectore iis
Notatae nocenter (moleſte).

LXII.

Menn ſá ek *x)* þar
y) Marga ú-fegna,
87) Þeir vóro *z)* allir villir (þ) vega;
Þat kaupir ſa,
Er þeſſa heims
æ) Apaz at ú-heillvm.

LXII.

Homines vidi illic
Multos, haud hilares,
87) *Illi omnes devii errabant:*
Id [ſibi] emit is,
Qui hujus mundi
Infatuatur vitiis (infauſtis rebus).

LXIII.

þ) ek ſá, et *Þá ér*, Str. ſequente. O. hoc Verſu, et duobus proximis.

q) Avfvnd, huc inepte transfert H. *r) hægi*, corrupte. E. Anon. *s) rúnar* L.

t) briſti. G. etiam recta ſcriptione. *u)* meinſtöfvm, *noxis, cum incommodis.* L.

x) Þá *rum.* Anon. Þá Er etc. O.

y) marg-ú-fegna, haud abſurda compoſitione vocis. H. ut exponit, *Multis modis afflictos.* Deinde O fegra *deturpare, dehoneſtare*, Quidàm in E. unde *Olavius* conjeciſſe videtur, O-frægia *diffamant*, nam vertit Strophan, *Qui multis detrahunt.*

z) Állir, intuli e Suec. ſolo; nam parum grata accidit auribus eis adliteratio in tribus vocibus ſe continuo ſequentibus. (þ) *Vegar* in Singulari. H. L. G.

æ) Apar, *inſipienter ruit* in vitia. Suec. Ipſe tamen vertit: *Irridet infortunio.* vix recte. Deinde, *Af* pro *At*. E. ſolus, parvo ad rem ipſam diſcrimine, liquidius tamen Ceteris.

87) De Haereticis hic agi, putat *Hugenius*, et ultimam tamen Stropham hujus Verſus reddit: *Agitatur infortuniis.* Potius fortaſſe intelligantur ii, qui non tam animi malitia, quam ſimplicitate, incuria, et abrepti auctoritate potentium, aut exemplo multitudinis, pravos mores ſequuntur. *U-heill* poſſit etiam verti, *Intemperies*, aut *corruptelae*, nam per *Infortunia* verbo tenus exponere, hic vix eſt ut procedat.

XLIII.

Menn ſá ec þá
Er mörgvm lvtvm 88)
a) Væltv vm annars *b*) eign:
Flockom þeir fórv
Til fe-giarns borgar,
Ok havſþv *c*) byrþar af *d*) blýi 89).

LXIII.

Homines vidi illos,
Qui 88) *multifariam*
Contrectarunt alterius poſſeſſiones:
Cateruatim ibant illi
Ad PLUTONIS *arcem,*
89) *Et geſtabant onera e* 89) *plumbo.*

LXIV.

Menn ſá ek þá
Er margan havſþv
Fe ok fiörvi rænt:
Brióſt í *e*) gegnvm
f) Rendv bravgnvm þeim
g) Öflvgir eitr-drekar.

LXIV.

Homines vidi illos,
Qui multos
Pecunia et vita ſpoliarant:
Pectora
Raptim pervadebant viris iſtis
Validi venenati dracones.

LXV.

a) *Vælltv.* E. incerto ſenſu. *Villtv.* Anon. quod, per *Incertas reddiderunt*, utcunque expoſitum eſſe videtur, in margine Verſionis Olavianæ, et tum ſermo foret de iis, qui, ſub prætextu legum, tricas nectunt ſuper jure dominii alterius, ut eum ſuis bonis intervertant.

b) *eigv.* Anon. *c*) Ita ſolus H. *Byrþir* G. Suec. O. Byrþvr *arcas.* E.

d) *Byi*, obſcure. Suec. et mire vertit *de oeſtro.* *e*) *gognvm.* L. pro *gögnvm*, idem.

f) Hoc verbo clauditur Str. prior in H.

g) *Oflgir*, contractum. H. O. *aufligir*, vitioſe. L. *Of-legir* (pro of-ligir) *immanes horrendi.* E.

---

88) I. e. Qui per varias artes invaſerunt et uſurparunt opes alienas; Licet quoque vertere: *Qui ſatagebant tractare (componere) alienas opes.* Utcunque ſit, iſtud *Mörgvm lvtvm* inſolens eſt, in hoc contextu, et ſententiam Verbi, *at vælanm*, mihi facit ambiguam. *Multis frandibus ad ſe transtulerunt.* etc. vertit *Hugenius*; juſto remotius, ut videbatur, a notione verbi, *at vælan vm.*

89) Mire, et oppoſitione quadam latente, ſarcina avarorum inducitur e plumbo eſſe, viliſſimo metallo, cum in vita aurum et pretioſiſſima quævis congeſſerint; forte levamento et ſolatio cuidam iis eſſet, ſi nunc in præſtantiore onere portando exercerentur.

LXV.

Menn ſá ek *h*) þá
Er minſt villdv
Halda helga daga:
Hendvr 90) þeirra *i*)
Várv á heitvm ſteinvm
Negldar naudliga.

LXV.

Homines vidi illos,
Qui minime voluerant
Colere (Agitare) ſacros dies:
90) *Manus eorum*
Erant in ferventibus ſaxis
Clavis fixae arcte (acerbe).

LXVI.

Menn ſá ek þá
Er af *k*) miki-læti
l) Virduz 91) vonvm framar:
Klæþi þeirra
Várv *m*) kýmiliga
n) Elldi *o*) um-ſlegin 92).

LXVI.

Homines vidi illos,
Qui prae ſuperbia
91) *Magnifaciebant ſemet plus aequo:*
Veſtimenta eorum
Erant comice
92) *Igne circumfuſa.*

LXVII.

h) þar *ibi.* E. *i*) ad Priorem Stropham refert O.

k) *mikil-læti.* Omnes, praeter H. G.

l) *virtuz*, recentiori ſcriptione. H. *Vyrþaſt*, in ſingulari, et corrupte per *y*. E. *Rieþuzt.* Anon. et Suec. qui Stropham vertit: *Regebantur plus opinione*, ſenſu quidem falſo, et fere nullo, in illo *Regebantur*, cum eſſe deberet, *adgrediebantur*, *moliebantur.* Sed, ut haec ſunt, illud *Rieduz* violat harmoniam literalem, atque adeo non poteſt tolerari; corruptum fortaſſe eſt ex *Væduz* vel *Vædduz*, Veſtiebant ſe; huic conjecturae favere videtur genus poenae. *m*) Kynliga, *mire.* H.

n) *Elli.* G. aut eodem ſenſu, aut ſimplicius, idque plauſibiliter ſatis, *Vetuſtate*, obſita.

o) *um ſlegin*, diviſim. G. *Vömm*, pro um, *contumelioſe* tacta, percuſſa. Anon. ſed laborat aliquid Adliteratio.

---

90) Appoſite ait *manus* potiſſimum plecti poena, utpote inſtrumenta in religione feſtorum violanda, et nunc *manus fixae* tenentur *clavis*, quae antea agiles nimium, et expeditae fuerant ad operandum vetita.

91) *Virþaz*, mihi eſt Verbum Deponens intranſitivum, pro *Virþa ſik*; Olavio et Hugenio eſt Verbum paſſivum, contra rationem; nam nemo prae ſuperbia magni aeſtimatur, quin potius jure optimo contemnitur.

92) Poſtularant, ſe prae aliis ſplendere et illuſtres eſſe, in vita, atque id nunc iis contingit per ignem poenarum.

LXVII.

Menn ſá ek þá
Er margt *p*) havſþv
Orþ á annan logit:
Heliar hrafnar
Or *q*) havſþi þeim
r) Sárliga ſtónir ſlitv.

LXVII.

Homines vidi illos,
Qui multa erant
Verba in alterum mentiti:
Tartarei corvi
Ex capite iis
Saeviter oculos eruerunt.

LXVIII.

Allar ógnir
Fær þú eigi vitat
s) Þær ſem hel-gengnir hafa.
Sætar ſyndir
Verþa *t*) at ſárvm bótvm:
*) *Æ koma 'mein' eptir* *u*) *mvnvþ.*

LXVIII.

Omnes [ſuppliciorum] horrores
Non potes pernoſcere,
Quos in tartarum delati patiuntur
Dulcia peccata
Expetunt (Abeunt) in acerbas luelas.
Semper moleſtiae ſuccedunt voluptati.

LXIX.

93) Menn ſá ec þá
Er *x*) margt þavſþv

LXIX.

93) *Homines vidi illos,*
Qui multum

Dddd Gefit

p) *hafa*, in praeſenti. H. *q*) *havſþvm*, in plurali. G.

r) Hoc audacter de meo repoſui, pro *hardiga*, quod habent omnes Libri, quodque adliterationem uſque ad vitium exaggerat, nam tria *h*. modo praeceſſerunt, eandem autem ſimul turpiter mutilat, reſpectu hujus Strophae.

s) *þær*, oportune intulit ſolus O.

t) A, *ex*. L. G. Suec. ☞ *ex amaris poenis dulcia fiunt peccata;* nugatorie.

*) opt, *ſæpe*. O. *u*) *Mvnaþ*. E. a Maſculino *Mvnaþr;* alterum eſt foemininum.

x) Ita H. G. ſoli. *Mark* reliqui omnes, unde *Olavius* has duas Strophas vertit: *Qui obſervarant leges divinas*, Suecus vertit: *Qui attenderant ad Leges divinas.*

93) De praemiis piorum: et primum de iis, qui ad pias cauſas pecunias erogaverunt. *Hugenius.*

Gefit at guþs lögvm:
Hreinir kyndlar
y) Várv yfir havfþi þeim
Brendir biartliga.

Donarunt secundum Dei legem:
Purae candelae
Erant super capite iis
Incensae (ardentes) clare.

LXX.

Menn sá ek þá
Er af z) miklvm hvg
Veittv fá-tækvm frama:
Lásv englar
(þ) Helgar bækvr
Yfir havfþi þeim.

LXX.

Homines vidi illos,
Qui magno animo
Pauperum conditionem promoverant:
Legebant angeli
Sacros libros
Super capite iis.

LXXI.

Menn sá ek þá,
Er miök havfþv
a) Húngri 94) farit havrvnd:

LXXI.

Homines vidi eos,
Qui admodum habebant
94) *Jejunio maceratum (confectum) corpus:*

a) Eng-

y) *Várv*, in Priorem refert, et deinde *Of* initio hujus Strophae, legit H.

z) *myklvm*. G. non sine exemplo Veterum. Deinde, *Hvga*. Idem Liber.

(þ) Adliteratio hic laborat; quae aliquatenus juvari quidem potest leniter pronunciata adspiratione; Nisi quis malit totum Hemistichium sic refingere: "Liósir englar Lásv bækvr Helgar yfir havfþi þeim," ɔ: *Lucidi Angeli* etc. Si haec correctio justo videatur audacior, necessario fere sequenda erit Lectio *J. Olavii*, etsi numeris durusculа; Ille nimirum è Stropha 4. et 5. unam facit, at loco 5tae inserit hanc, nusquam in meis Libris apparentem: "Ok himna script" *Et coelestem scripturam*. Videtur quoque Suecus hanc Lectionem agnovisse, nulla enim ex Eo differentia in Versione adnotata est.

a) Ita optime legunt E. O. Ceteri, fere sine sensu, *Húngr í farit*, quod verbo expressum foret: *jejúnio* vel *inedia indutum*, *amictum*; et praeterea H. refert *Húngr* ad Stropham priorem, atque tum legit, *í farit* una voce, initio hujus Strophae.

94) Hic Auctor his contradicere videtur, quae in Versu 2. producit; nisi hic de Jenuiis moderatis et in Verbo Dei approbatis agat, illic vero de

a) Englar guþs
b) Lvtu avllvm þeim;
Þat er ædzta *c*) vnad.

LXXII.

Menn sá ek þá
Er *d*) móþvr *e*) havfþv
Látiþ 95) mat í mvnn:
Huílvr þeirra *f*) várv
Á *g*) himin-geiflvm
Hafþar *h*) hagliga.

LXXIII.

96) Helgar meyiar
Havfþv hreinliga

Angeli Dei
Inclinabant ſe coram omnibus iis.
Ea eſt ſumma voluptas.

LXXII.

Homines vidi illic
Qui matri
95) *Indiderant cibum in os:*
Cubilia eorum erant
In aetheriis radiis
Poſita commode.

LXXIII.

96) *Sanctae virgines*
Puriter

a) *Engar.* G. ſuſpectum, etſi Galli dicant *Ange* Angelus.

b) *Lvtv*, Priori Strophae adponunt E. O. H. G. Anon. non ita bonis numeris.

c) *Vnoþ*, in gen. fem. H. ſolus. Altera vox in gen. neutr. etſi inſolens, interim tamen tuentur ſe Librorum multitudine.

d) moþvm *Feſſis adflictis*, ſine dubio legit Suecus; nàm in ejus Verſione eſt, *Defeſſorum.* Poſſunt autem per *Móþvm* intelligi, vel *Viatores*, vel *Miſeri* et *inopes*: Si prius, de *Hoſpitalibus* ageret hic Verſus; Si poſterius, de *Beneficis erga inopes.*

e) Haſa E. G. *indiderunt.* *f*) *várv*, ad Str. ſequentem transfert L.

g) Ita junctim L. H. Suec. O. *Himinn geiſlvm*, diviſim, Anon. G. *In coelum, cum radiis* vel *inter radios.* Himni. E. quando ſequens, *Geiſlvm*, praefert ſpeciem Nominis adjectivi, et ſenſus erit, *In coelo radiato* l. *radiante*: Sed ſuſpectum valde eſt Adjectivum iſtud; quid enim habebit in Nominativo? *Geiſlvm*, ad Stroph. ſequ. parum commode refert Anon.

h) *hag.* Anon. unde foret: Geiſlum hag, *Splendida conditione.* ſuſpectum. Hogliga *molliter.* O.

---

de inutilibus tantum, quae hominum inventa ſunt. *Hungr.* Jejunia, quibus corpus conſumitur, nihil minus ſunt quam moderata, et tamen talia eximie hic commendantur ab ſuis praemiis. Nempe *Húngr* Verſu 1. de *immodica cupiditate* qui *Mecum* acceperit, is, nihil eſt, ut hic ſit de contradictione ſolicitus.

95) Intelliguntur ii, qui pietatis officia praeſtant egenis et invalidis parentibus.

96) Incertum eſt, an Auctor intelligi velit, Djvas, ex

Sál af ſyndvm-þuegit,
Manna þeirra
Er *i*) á 97) mörgvm degi
Pínà ſiálfa ſik.

Animam a peccatis abluerant
Hominum eorum
Qui 97) *multo die*
Adfligunt (caſtigant) ſemet ipſos.

LXXIV.

k) Hávar reiþar
l) Sá ek meþ himnvm fara
þær *m*) eiga götvr til guþs:
Menn *n*) þeim ſtýra
Er myrþir erv 98)
Allz for eingar ſakir.

LXXIV.

Sublimes rhedas
Vidi apud (per) coelos ferri
Eae habent itinera ad Deum:
Homines illas regunt
Qui ſunt peremti 98)
Prorſus nullas ob culpas.

LXXV.

Hinn máttki faþir,
o) Meſti ſonr,

LXXV.

Potens Pater!
Maxime Fili!

Heilagr

i) τὸ *A*, cancellis circumſcriptum eſt in E. Deinde Helgvm *Sanctis* pro *Mörgvm* adlitteratione invita obtrudunt E. G. Suec. Anon.

k) *Hár*, idem contractum. E. *Háreiþar*, *Há reiþir*, junctim G. L. deinde *reiþir* minus antiqua terminatione Suec. *l*) *Ek ſá* E. O. et ponunt hoc Verbum in Str. priore

m) *áttv* in Praeterito, et deinde *Götu* in Singulari. Anon. *n*) þeir, *ii*. Anon.

o) *Meſtr*. Anon L. Sueç. O. ſine nexu cum Articulo *Hinn*, nam *Hinn meſtr* non dicitur.

---

ex earum numero, quas ſuperius vocavit *Diſir drottins mála*, an Allegoricos *Virtutes* quasdam, e. g. *Continentiam*, *Vitae ſeueritatem*, *Abnegationem ſui ipſius*, aut ſimiles. Lotiones capitis olim et hodie apud noſtros populares ſunt frequentatae, et adminiſtrari a mulieribus ſolitae, qvo fortaſſe ſuavi hoc figmento reſpexit Auctor. Vide me ad *Egils-ſagam* pag. 325.

97) I. e. Quotidie. *Hugen*. Per Figuram Litoten. Deinde *Pina*, *crucifigunt*, reddit *Hugenius*, et notat, Sermonem eſſe de iis, qui carnem cum concupiſcentiis crucifixerunt. Strictius accipiendum credo de iis, qui varias corporis adflictiones ſponte ſua ſibi ſuſceperunt, putantes hoc ad plenum pietatis exercitium requiri; quomodo fecit *Klangus* Epiſcopus, hyeme nudis pedibus per nives incedens, et *Magnus* Orcadum Comes, qui frigidam aquam ingrediebatur, cum ſentiret ſe tentari cupidine conſuescendi cum uxore. Vide *Hungrvakam*, et *Magni Comitis Vitam* cap. XIV.

98) *Martyres* hic intelligit *Hugenius*. conf. ſupra

Vers.

Heilagr andi himins,
99) Þik *p*) biþr ek *q*) ſkilia,
Er ſkapat hefir,
Oſs alla *r*) eymdvm frá.

Sancte Spiritus coeli!
99) *Te oro eximere,*
Qui creaſti,
Nos omnes e miſeriis.

LXXVI.

s) Biug-vavr ok List-vavr 100)
Sitia i *t*) herdis 101) dyrvm
u) Orgánſ 102) ſtóli á:

LXXVI.

100) Biug-vara *et* List-vara
Sedent in 101) Herderi *oſtio*
102) *Organica in ſella:*

p) *Biþ ek.* E. H. *Biþr* omiſſo *Ek.* L. Suec. G. Anon. Deinde *at*, ante *Skilia*, inſerit E. quod nihil eſt opus.

q) Sic E. et forte etiam O. *Leyſir* Ceteri. eodem quidem ſenſu, ſed tamen contra legem Adliterationis.

r) Syndvm *peccatis.* L. Suec. H. G. Anon. quo etiam violatur Lex adliterationis.

s) Bíngvör. E. ſolus. *Acervorum*, forte *ſtragium*, *nympha.* ſatis commode.

t) *Her-díſar*, videtur legiſſe Suecus, nam in ejus Verſione eſt *Herdiſae* o: *Deae bellicae.* *A*, ante, pro *i*, habet L. *ſupra oſtium.*

u) *Aurgans.* H. ſolus. quod *Hugenius* vertit, *genii pecuniae avidi*, quaſi haec inaudita vox compo-

---

Vers. VII. coll. cum VI. 6. Sic etiam *Magnus* Orcadum Comes inter *Martyres* numeratur, non quod pro religione mortem oppetiit, ſed quod innocens.

99) Cum ad tres perſonas invocationem Numero tamen ſingulari *Þik*, non *Iþr* hic utitur, ſpectans nimirum Unitatem in Trinitate.

100) *Biug-vör*, Mulier incurvata, Alecto: *Liſt-vavr* Mulier aſtuta, Megaera; Furiae. *Hugenius.* Forte *Biugvavr* Verbo tenus ſit, *Flecti neſcia*, *Inflexibilis*, *Liſt-vavr*, *Leporis* aut *Amoenitatis neſcia*; aut aliter *Biug-vavr*, Deprimendi (inclinandi) gnara ſc. homines et res eorum; *Liſt-vavr* Artium (fraudum) gnara, vel etiam Percutiendi gnara, ab *ad liöſta* ferire. Utrovis modo nomina haec fictitia accipiantur, ſatis bene conveniet in Furias, neque abhorrebit ab ipſa Vocum notatione. Sane hic et ſequens Verſus magna obſcuritate involuti ſunt, et in verbis et in re; Sententias autem generales neſcio quas, in nullo neque cum antecedentibus, neque cum ſequentibus, nexu, proponunt aenigmatice.

101) *Herdis*, ex Linguae ratione, eſt Maſculinum, a Nominativo *Herþir*, vix autem Foemininum, ab *Herdi*, nam haec vox faceret ſimilem Genivum, *Herdi*, non *Herdis*. Intelligo autem, per *Herderum*, inclementem illum Tartari tyrannum, *Plutonem.* conf. *Virgil.* Aenid. VI. 273. - 4. 279. - 80. Quod autem *Olavius* et *Hugenius* reddunt *Herdis*, per *Bellonae*, *Stragis*, id ſine auctoritate, credo, fecerunt, et adverſus rationem Linguae noſtrae.

102) Sellas dat Furiis, Inſtrumenta muſica, quorum pulſu vel concuſſione, ſigna bellis dent, quae

x) Jarna, 103) dreyri
Fellr or nöſvm þeim;
Sá y) vekr 104) fión meþ z) fírvm.

103) *Ferreus liquor*
Defluit iis e naribus;
104) *Is excitat odia inter vivos.*

LXXVII.

Óþins kúon 105).
(þ) Rærr á 106) jarþar ſkipi
æ) Móþvg á mvnaþ:
Seglvm hennar 107)

LXXVII.

105) Odini *uxor*
Remigio ſectatur in 106) *Telluris nave,*
Animo ardens, voluptatem:
107) *Vela ejus*

Verþr

compoſita ſit, ex *Aurar* nes, et *ad gá* curare. *Olavius* nugatorie conjecit, *Organ* contractum eſſe ex *or-gaman* Severitas. *Sloti* pro *Stóli* habet G. *in caſtello*, inepte, et moderne ut arbitror.

x) *eárna*. H. idem. *Járn*, numeris rigidis. Anon.

y) *verkr* E. pro *Verkar* operatur, quod ipſum tamen apud antiquos vix invenias.

z) Fyrvm. Anon. Firþvm. E. (þ) Verbum hoc Priorem Stropham claudit in E. duriuſcule.

æ) Ita E. et accedunt Suec. G. H. in quibus eſt, *móþvga*, qui Ablativus non poteſt eſſe, cum ſuus Articulus, *Hinvm*, deſit. "I moþvgvm mvnaþ." Anon. L. O. i. e. *Fervida voluptate jactatur*, tanquam in Mari-

---

quae ſuſcitaverunt. Poteſt et *Orgâns* reddi Clamoſa, garrula, ſtrepera, ſi *Orgân* ſit vox domeſticae originis, ab *ad orga* vociferari.

103) Ita vertit *Olavius*, et addit, Procul dubio intellige *Sanguinem* opera armorum effuſum.

104) Dicit ergo, Bella eſſe Tartareae originis. Totius Verſus ſenſus hic eſſe videtur *Olavio: Ad bella gerenda, ardore animi atque arte opus eſt, ſed utroque cum prudentia et cautela temperato.* Sed fateor me parum perſpicere, quomodo talis ſenſus ex verbis ſequatur. *Hugenii* Praphraſis, conferenda cum Lect. var. n. talis eſt: *Mundus propter opes diſſidia excitat, et furibundus in bella ruit.* Quam ego in medio relinquo.

105) Odinus multas habuit conjuges, ſed *Tellus* tamen vocari ſolet *ejus Conjux* καθ' ἐξοχήν, forte propterea, quod primum filium Thorum ex ea ſuſcepit, ut Edda habet. Hic igitur, cum Hugenio, intelligo *Tellurem*, metonymice pro Incolis ſuis poſitam. *Olavii* ſententiam videbimus ad finem Verſus.

106) *Navis Telluris* quid hic ſignificare poſſit, magna eſt quaeſtio; Ego in re dubia per eam intelligo aut *Proprias inclinationes mortalium*, aut *Inane* ſ. *aërem*, *ubi Tellus ſuſpenſa eſt*. *Hugenius*, aliam Lectionem ſequutus, *Voluptatem* facit *Navem Terrae*; tum autem praecedens Verbum, *Rærr*, non debuerat vertere *Remigat*, ſed *Verſatur*, *Volutatur*, *Agitatur*. *Olavius* nihil attulit ad *Navem Telluris* explicandam.

107) I. e. Pertinaciter urget ſuos illos conatus, neque ceſſat unquam. *Hugenius* Verſum ita παραφράζει: *Mundus, ambitioni voluptatique deditus, propter pertinaciam non melior evadit*

Olavius

Verþr ſíþ-hlaþit
Þeim er á *a*) þrá-reipvm *b*) þrvma.

Sero contrahuntur,
Ea, quae funibus pertinaciae ſunt,
ſuſpenſa.

LXXVIII.

Arfi! faþir
Einn *c*) þer ráþit hefi,
Ok *d*) þeir 108) Sólkavtlv ſynir,
109) Hiartar horn *e*) þat

LXXVIII.

[Mi] Fili! [Ego] pater
Solus tibi procuravi,
Atque Solaris aulae filii,
109) *Cornu cervi illud*

Er

a) *þrá-reipvm* O. H. *þrár-reipvm*, nullo ad ſenſum diſcrimine. Suec. *þuar-reipvm*, eodem ſenſu. E. nam *þuerr eſt obſtinatus.* þráþ-reipum. Anon. L. G. i. e. *Funibus fili inſtar tenuibus et infirmis*, quo vana et inania mortalium conamina intelligi poſſunt.

b) Sic ſolus O. *þrvmar*, *þrvmir*, in ſingulari. E. G. H. et Plures. unde *þeim*, initio Strophae, etiam foret Singularis, nec ad *Vela* pertineret, ſed ad Hominem neſcio quem. Reddit autem hanc Stropham *Hugenius*: Ab his qui funibus obſtinatis adhaerent. ſenſu mihi non ſatis liquido. *Þvma*, altera lectione habet O. et Stropham reddit: *Quae in funibus contumaciae recipro antur.* Sed ignoro hunc ſenſum Verbi, *at* *Þvma*, quod non aliud notat, quam *Secare*, *inciſionem facere*, adſine Gr. τέμνω, ſenſu hinc prorſus alieno; et tamen *Þvmir*, in Singulari, etiam obtrudit Suec. vertitque Stropham: *Iis qui in deſiderii reſtibus haerent.* Eſt una adhuc Verſio hujus Strophae, Olavianae addita, nempe: *Qui vehementis amoris reſtibus digitos adplicant* ubi non ſolicito ſenſum vocis *þrá*, ſed non video, unde natum ſit illud, *Digitos applicant.*

c) *ek.* O. de quo in Notis. *d*) *Þeir*, abeſt in H. G. Suec.

e) *þat*, incipit Stropham ſequ. in paucis Libris. *Sem*, pro eo ſubſtituit H. Eadem Str. ineunte.

Olavius ita commentatur: Uxor Odini *Frigg* eſt ſive *Laetitia*, *Odinus* ratio, *þrá* Contumacia, interdum Luctus et moeror. Senſus igitur eſt: *Mortales in mundo ratione ſua ad voluptates abruntur* [Explicatio valde contorta], *nec deſiſtunt, licet cum moleſtia et anxietate ſint conjunctae.*

108) Ratio hujus meae Verſionis, quod *Sól-kavtlv* attinet, qualiscunque reddita eſt ad *Hymis-Quidam* XXVII, 10. Per *Sól-kavtlv ſyni* autem intelligo *Angelos*, quibus praeſentibus et opitulantibus ait ſe Carmen hoc compoſuiſſe et attuliſſe filio: ad *Sólus* Str. praeced. ſubaudiendum eſt, *Mortalium*. *Hugenio Sólkatla* eſt Mulier ſigno Solis notata, Minerva, et ejus *Synir*, alii viri docti praeter Auctorem.

109) Forte poëma ſuum ita vocat, quod putet id mederi poſſe vitia morum, ſicuti *Cornu cervi*, ut phyſici tradunt, medetur variis coporis vitiis. *Hugenius* Cornu cervi pro *quocunque cornu* videtur accipere, et obſervat, (quod tamen forte

eguerit

Er or *f*) haugi bar.
Inn *g*) vitri VÍG-DUALINN.

Quod e tumulo attulit
Sapiens ille. BELLORUM SOPITOR.

LXXIX.

h) Her 111) ro *i*) rúnir
Er riſtiþ hafa
NIARÞAR dætvr nív:
i) BAVG-VÖR 112) in ellzta

LXXIX.

111) *Hic ſunt literae*
Quas exaraverunt
JOVIS *filiae novem:*
112) FLECTENDI GNARA *maxima (natu)*,
Ok.

f) Hugi, *Hugo*, ɔ: *Animus*. O. ſolus, quamquam etiam agnoſcit alteram Lectionem. Sed quid tum notabit Verbum *Bar úr?* certo non *porravit* ſimpliciter, quod tamen in *Olavii* Verſione eſt; videtur ergo non legiſſe voculam.

g) *Vitki*. Anon. eodem ſenſu. Vide ſuperius XLVIII. 2.

h) Ita L. *Her erv*. Reliqui. Þetta, pro *Her*. H. þær illae, poſt *ro*, inſerit Anon.

i) Sic L. ſolus. *Baugveig* E. Suec. G. O. quaſi *Flectendi Vigor* vel *Robur*, aut *Carminis Vigor*, ſi illud *Baug* ad *Baga* cantilena, ſtropha, referatur. bauþveig. H. Quod *Hugenio* eſt *Vinum bellicum*, Calliope. *Raþ-veig* vel *Ráþ-veig* Anon. Prius foret *Vigor Domus*, poſterius *Vigor conſilii*.

---

eguerit probatione): in cornua literas ſcribere ſolitos eſſe veteres. Porro per *Dvalinn* Str. ultima *Nanum* intelligit, et per *Vig-dualinn* Belicoſum Mercurium. Tandem ſenſum totius hunc eſſe vult: *Scientiam reconditam, a viris doctis profectam, ego pater tibi trado*. In alia omnia abit *Olavius*, cujus nunc in totum Verſum commentarium adſcribam: "Senſus eſſe videtur: *Solus ego pecuniae meae fui dominus, ſicut et alii viri pecunioſi. Sól katla* ad verbum *Katla ſolaris*, *Katla* autem femininum a *Ketill*, Danice contracte Kield, derivari videtur a Germ. Keßel *Silex* vel lapis lateritius, quo metalla e lapidibus eliciuntur, quae beneficio ſolis et caloris ſubterranei naſcuntur; Ergo hic per *Sólkatle filios* videntur intelligi *Viri pecunioſi*, quia opes, ut plurimum, metallis pretioſis conſtant. *Hiartarhorn or hugi* et *Vig-dualinn* mera eſt appoſitio. Senſus: *Ego ſolus cum Virtute et prudentia opes meas curavi, abſtinui ab homicidiis et tumultibus civilibus, et hoc quidem animo ſemper dogma curavi retinendum.*" Haec parum liquida eſſe fateor, mihi ſaltem. Intelligo autem per *Vig-dualinum*, ipſum Auctorem.

111) I. e. In hoc poëmate, aut in his tabulis, ubi id tibi manu Muſarum exararum relinquo, reſpice Introductionem Meam ad hanc Odam. Et multum commendat Poëta artificium Odae, cum eam ab omnibus novem Muſis ſcriptam eſſe praedicat. *Runir* per Sententias, in parentheſi vertit *Hugenius*, quod hic nihil eſt opus. Idem per *Niördum* intelligit *Apollinem*, parum probe.

112) ab *at, beygia* curvare, flectere, vel quod Carmina facile flectant ingenia, vel ob varios flexus ſententiarum, tropos et figuras, in carminibus. *Krepp-vavr* ab oratione vinculis metricis adſtricta. Paraphraſis *Hugenii* in totum Verſum

haec

Ok *k*) Kreppvavr in ýngſta,
Ok þeirra ſyſtvr ſiö.

Et Constringendi gnara *minima*,
Atque harum ſorores ſeptem.

LXXX.

l) Hveriv *m*) þeir 113)
n) Hafa bellt
o) Suafr ok *p*) Suafr-logi!
Blóþ þeir vöktv,
Ok beniar ſvgv
114) Undir *q*) öllvm eývana

LXXX.

113) *Quantum illi*
Violentiae exercuerunt,
Turbulentus *et* Vaga Flamma!
Sanguinem miſerunt,
Et plagarum ſuxerunt
114) *Undas omnibus, malo more.*

k) Ita Anon. O. *Kripvavr* E. G. L. corrupte, arbitror, utique mihi obſcure. *Krippvavr*, H. quae *Hugenio* eſt *Mulier flexuoſa*, Urania.

l) Hverſv *quomodo*. O. *m*) þær *illae*. E. Qui tamen Str. 4. maſculino utitur.

n) Ita, voces transponendo, emendavi; nam Omnes Libri in Adliterationem impingunt, quorum quidem E. G. L. habent *Bellt hafa*, ſed H. *belt hafa*, et vertit: *Quae conturbarunt*, malim, *averterunt*, *vaſtarunt*, tanquam a verbo *at hæla*. *Bilt*. Anon. O. *dejecerunt*, *proſtraverunt*, aut *turbarunt*, in Olavii Verſione eſt, *Miſcuerunt*.

o) *Suafar*. H. quod *Hugenio* exponitur *Motor*.

p) *Suafarlaugi*. G. H. quod Eidem eſt, *Motionibus lavans*.

q) *illvm*. O. *malo*, in ſenſu conjungendum cum ſequenti voce. Deinde *Ei-vana*. H. *Eylima* O. et Quidam in E. de quibus in Nota vide.

---

haec eſt: *Doctrina hac vix perfectior datur*. Etiam in hoc Verſu diverſam ſententiam fovet *Olavius*, ita commentatus: "*Runae* Literae, vel ſermones literis mandati. *Matis* [*Niördi*] *filiae* videntur eſſe Undae maris, quarum 9. in Edda nomina recenſentur; adeo ut ſenſus ſit, Quod per navigationem eruditionem et experientiam ſibi comparaverit, et mox [forte *primum*] divitias: Nam mox ſequitur, *Baug-veig* ɔ: *Firmiendo annularis*, natu maxima, cum divitiae primum quaerendae, utpote rerum gerendarum nervus. *Krep-vavr*, *Dea cautelae* vel *Canta Adſtricta* vel *adſtringens*, qua voce *Parſimonia* intelligi videtur, — Septem illae ſorores poſſunt eſſe, *Attentio*, *Prudentia*, *Diligentia*, *Frugalitas*, *Obſervatio oportunitatis* vel etiam *Mercatura*, nec non *Juſtitia diſtributiva* et *remunerativa*." Laudo acumen Viri in hac nota, quamquam ſententiam ejus nondum amplecti poſſum.

113) Aut intelligit certos quosdam populares ſuos, ſibi coaetaneos, vel aetate paullo priores, aut fortaſſe eſt Vaticinium de *Sturla Sighvati* et *Kolbeino*, quorum ſuperius memini. *Hugenius* ſenſum Verſus eſſe putat: *Motibus infeſtis bellicis, et vita quieta et ſcientiarum progreſſus perturbantur, non minus in Inſula noſtra*. Hveriv Initio Verſus, Illi eſt Relativum, quo ſenſu vix invenietur apud Antiquos: Sed commode accipi poteſt interrogative, quaſi diçat Poëta: *Quis enumerare poteſt eorum violenta facinora?*, aut *In quo vim* vel *potentiam ſuam exſernerunt Illi?* Reſp. *In caedibus, et ſanguine fundendo.*

114) *Undir* hic non poſſunt eſſe *Vulnera*, cum

Beniar

LXXXI.

Kvæþi þetta
Er *r*) ek þer kent hefi
Skaltv fyri *s*) kuikvm kveþa:
Sólar-lióþ
t) Er fýnaz mvnv
Minſt *u*) at *x*) mavrgv login.

LXXXI.

Carmen hoc,
Quod ego te docui,
Coram vivis cantato (recitato);
Solaris Oda
Videbitur, credo,
Minime in multis ficta.

LXXXII.

r) *ek*, male omitt. H. G. L. O.

s) *Kuikvm*, male abeſt in H. cum damno ſenſus et poëſeos.

t) Voculam *Er* in priore Stropha collocant E. L. at omittunt plane H. Suec. *Olavius* eam pro Relativo accipit, reddens *Quae*, quando *Sólar-lióþ*, praecedens, erit Epexegeſis ad illud, *Kvæþi þetta*, initio; Mihi *Er* hic eſt παρέλκον ut ſaepius.

u) *á.* E. et plures. unde ordo: þau mvnv á mörgv fýnaz minzt login, *è multis putabit Odam eſſe minime fictam.*

x) *Mavrgvm* L. ordo: Mvnv mavrgvm fýnaz minzt login, *aut* Mvnv minzt fýnaz login at mörgvm, i. e. *multis videbitur* etc, aut *Minime videbitur, multis* (in Dativo) *mentita. Mönnvm.* O. eodem fere ſenſu, cum proxime praecedente.

Benjar praeceſſerit, niſi Auctor idem bis dicat ſumſi ergo Benjar in Genitivo ſingulari, et *Und* pro *Liquore manante* accepi, neque dubito Noſtra *Und*, *Unn*, et *Unda* Latinorum cognata eſſe vocabula. conf. *Nials-ſagam* Latinam pag. 448. et 446. cum *Gunnaris Pauli* et *J. Jonſonii* notis, ubi *Und* de *Sagnine* accipitur. *Una dir*, praepoſitio eſt *Olavio*, et ille reddit hanc Stropham, diverſas lectiones ſequutus: *Sub arbore mala inſulari*; nempe *Ey-limi*, *Ey* eſt *Arbor ſemper frondoſa*, quod quidem verum eſſe poteſt, ſed tamen dicere debuerat, quid revera intelligendum eſſet per *Malum arborem Inſularem*; Ego certe nullum inde ſenſum extorquere poſſum: Quodſi *Limi* Ramum vel Virgam ſignificet, ut ſignificat, *Eylimi* forſan erit *Juvenis Inſulana* vel *Progenies Inſulana*, *Und* autem accipietur pro Nomine, ut prius; aut *Eylimi* notabit *Perpetuum flagellum*, et Crudelitatem et ſaevitiam eorum, de quibus hic Verſus agit, dum vixerint nunquam deſinentem. Sed redeo ad Lectionem *Ey-vana* quam in Textu retinui, in qua illud *Ey* mihi valet idem ac *é* negativum, quanquam forte rectius eo ſenſu ſcriberetur *Eivana* cum *Hugenio*, non tamen ita, ut *Ei-vani* ſit Inſulanus, ut ille Interpres ſtatuit; nam *Vani* in Compoſitione, ſi de perſona dicatur, *Carentem* notat non *Adſuetum*. Succo *Eyvani* eſt *Vetuſta conſuetudo*; *Olavio* eſt, aut *Perpetua conſuetudo* quaſi *Ævani*, aut *Conſuetudo Inſularis*. Denique ſuper ſenſu totius Verſus ita commentatur *Olavius*: "*Svaſy* videtur eſſe, qui ſtuporem vel Lethargum inducit, et *Svaſrhogi* Tepor calefaciens, forte hic incuriam

ſocor-

LXXXII.

Her viþ ſkilivmz
Ok hittaz mvnvm
Á y) fegins degi z) fira.
Drottinn minn
(þ) Gefi dauþvm ró
æ) Hinvm 115) líkn er lifa.

LXXXII.

Hic nos ab invicem disjungimur,
Conjungemur autem [iterum]
In laetabili die viventium:
Dominus meus
Det mortuis requiem,
115) *Solatium vero viventibus!*

*) LXXXIII.

Dáſamligt **) fræþi

LXXXIII.

Mirifica doctrina

y) *Feigins.* E. corrupte. *Ferginſ.* L. G. Suec. i. e. *gravi, premente.* Stiernus Stropham vertit: *In die noviſſimo excidii metuendi*, non male forſan illud *excidii*, quaſi dicat, *In conſummatione ſeculi*; at unde ſumſit *Noviſſimo* et *Metuendi? Fergyns.* H. vertitque Stropham: *In die altricis hominum*; obſcure quidem, nam quae eſt illa *altrix?* Addit tamen notam hanc: "Die hoc magno, in quo omnes in hoc mundo nati judicabantur." Videtur *Fergyns* accipere pro *Fiörgyniar*, quod non procedit, quamquam forte cognatae voces eſſe poſſint.

z) *Fyra* ſuſpectum. E. H. *firda.* O. *fina*, *Lepido.* Anon. Vox occurrit etiam in *Stvrlvnga ſaga*, ſed utrobique ſuſpecta eſt, mea ſententia. Forte Exemplar Anonymi habuit *Fvna.* ut *Dagr Fergins funa*, Dies vaſtatricis flammae, ſit *Dies conſummationis ſeculi*, ſive, quod eodem redit, *judicii extremi.* Imo et altera lectio *Fyra* eodem ſenſu poteſt accipi.

(þ) *Gefi*, in priore Stropha habent E. H. O. L. *Minn*, in eadem Str. omitt. L. G.

æ) *Enn* ſed, addit O. *þeim dauþv*, legit Idem, Str. praeced. deterius quidem in poëſi.

*) Verſum hunc omitt. H. G. peſſime quidem, nam is (Strophâ 1. 2.) non parum habet momenti, ad illuſtrandum hoc poëma.

**) *Kvæþi*, legiſſe videtur *Olavius*, nam *Carmen* eſt in Ejus verſione.

ſocordiam et deſidiam intelligit, quae aliis inducta opes eorum inſtar hirundinis incautis exſugat; vel et opes bello partas, quae quaſi ſcarificando et per phlebotomiam viribus agendi alios privant." Poſterior explicatio acuta eſt, et fortaſſe vera, ubi per *Sanguinem* intelliguntur *opes*, per *Sanguiſugas* ii, qui alios opibus vi vel fraude ſpoliant.

115) Ita haec vox accipitur in *Loka-ſenna*, *Sá erumk* líkn etc. Intelligit autem, per *Mortuos*, praecipue ſemet ipſum, per *Vivos* inprimis *filium*, quamquam et ea vox de aliis cognatis et amicis ſuperſtitibus intelligi poſſit. *Líkn* Interpretes reddunt *Miſericordiam*; poteſt et reddi *Lenimentum* vel *Levamentum aerumnarum.*

Var *a*) þer *b*) í draumi *c*) kuadt,
En þú *d*) ſátt 116) iþ ſanna:
e) Ferþa eingi *f*) var
Sua fróþr vm ſkapaþr,
g) Er áþr heyrþi SÓLAR-LIÓÞS ſaygv 117).

Erat tibi in ſomnio praecepta,
Tu autem 116) *vidiſti verum:*
Hominum nemo fuit,
Tam doctus creatus,
Ut prius audierit SOLARIS ODAE *narrationem* 117).

a) þeim, *iſto* in ſomnio. O. *b*) *Draumi í* E. aſperum; melius, draum í.

c) Ita omnes Libri, et notat *Olavius*, *Kuadt* poſitum pro *Kueþit*, cujus ego nullum ſcio exemplum; ſed *Kuadt* foret ab *at Kveþia* jubere, *valedicere*, et rectius quidem ſcriberetur *Kuatt*. *Kent*, *trudita*, alicubi videre memini, ſimplici et plano ſenſu.

d) *ſáſt*. Omnes. ex moderna corruptione. Stropham hanc male omitt. Suec.

e) Ita E. *Fyrþa*. L.

f) *var*, ad Stroph. ſequentem refert L. neque ego improbaverim. Eâdem Stropha intuli voculam *Um*, qua numeri cadunt mollius.

g) *Ar*. O. ſed *Er* eſt elegantius.

116) Quaſi dicat: *Quae tibi hic in ſomnis oblata ſunt, tam ſunt vera et certa, quam ſi ea vigilans vidiſſes.*

117) *Saga Olavio* vertitur *Dictamen*, contra ſenſum vocis uſitatum. *Solarliób* maximam partem e *narrationibus* conſtant.

FINIS PARTIS MYTHOLOGICÆ EDDAE SÆMUNDINAE.

SPECI

SPECIMEN GLOSSARII,

SIVE

INDEX VOCUM,

TERMINATIONUM RARIORUM ET PHRASIUM,

IN

PARTEM MYTHOLOGICAM EDDÆ SÆMUNDINAE.

ODAE IPSAE ABBREVIATE CITANTUR HUNC IN MODUM:

Æg. Ægis-drecka, *quo titulo totam* Loká-ſennam *video in hac Editione inſcribi, cùm tamen* Ægis-drecka *uſitate non extendatur ultra Prologum* Loka-ſennae; *Incipit* Pag. 148.

Alv. Alvis-mál, *Incipit* pag. 253.

Fiöl. Fiölſvinns-mál, *Incipit* pag. 279.

Form. Grim Formáli Grimnis-mála, pag. 36.

Grim. Grimnis-mál, *incipit* pag. 40.

Harb. Harbarz-lióþ, *incipit* pag. 90.

Hrafn, Hrafna-gáldr Odins, pag. 205.

Hym. Hymis-qviþa, pag. 118.

Hynd. Hyndlv-lióþ, pag. 314.

Lok. Loka-ſenna, *ſicubi forte incidat, qnaeratur in* Ægis-drecka.

Skirn. För Skirnis, Skirnis-för, *vel* Skirnis-mál, pag. 68.

Sól. Sólar-lióþ, pag. 349.

Vaf. Vaf-þrúþnis-mál, pag. 3.

Veg. Vegtams-qviþa, pag. 234.

Þrym. Þryms-qviþa *vel* Hamars-heimt, pag. 182.

Numeri Romani Verſum Odae, Arabes Stropham *ſive* Lineam verſus, *ſignificant.*

N. l. n. *adſcripto* numero Arabe, Notam.

Var. *adſcripta* litera Alphabeti, Varietatem Lectionis.

Pros. Proſam, Odis *qvibusdam intermixtam, et ad* Verſum Antecedentem *referendam.*

Proſ. Init. Proſam Initialem, Epil. Epilogum, *indicant.*

Crux, Vocem *vel* Aectionem ſuſpectam,

Aſteriſcus, bonam *quidem, ſed* a conjectura profectam, *deſignant.*

A. Á.

A, *pro* i, *terminat* 1. *pers. ſingul. Subjunctivi, praeſentis et praeteriti, ut* Telia, *pro* Teli, (telie, *hodie*). Æg XXVIII. 2. Vilia, Vilea, *pro* Vili (vilie *hadie*) Alv. VII. 4. Fiöl. VII. 3. Bera *pro* Bæri Æg XIV. 4. Vita, *pro* Viti, Grím. XXIV. 5. Veita, *pro* Veiti, Mvnda, *pro* Mvndi. Hynd. IX. 1. Harb. XXXIII. 1. *Sed hoc frequentius eſt in priſcis monumentis, quam*

A *terminans* 3. *perſ. ſing. Subj.* Mega. *pro* Megi. Hym. II. 3. Var. k. Skilia, *pro* Skili. Sol. LXXV. 4 *vid.* Skilia. *Et ita accipi poteſt* Brotna, Æg LXII. 4 Var. p *ſic*, Fara, *pro* Fari, Egils-S. Impr. *pag.* 423. Mvna, *pro* Mvni, *Eadem, pag.* 475. *utrobique in Proſa.*

A, *pro* i, *claudit Gerundium, quod* Latino *in* dum *reſpondet, ſive Fut. Neutr. participii Paſſivi, ut* Æſtanda *optandum.* Sol XXVIII. 1. *ita* þeſſ er ecki bidianda, *et* ſegianda er hvat ſínvm vin, Egils-s. *pag.* 423. 330.

A, *non, verbis ſuffixum, ut* Skyldira. Æg. XXII. 5. Veizta þú. Æg. XLII. 6. Þóttiſca þú. Harb. XXV. 5. Mvna. Alv. VIII. 2. *conv.* **a** privativum Gr. *niſi quod noſtrum poſtponitur. Praeterquam in* Formulis Legalibus, *rarius obvium eſt in Proſa; ut* Era ſiá draumr minni. Laxdæla Magna. *Veri-a* þerverri vænleikr minni. Non foret *tibi deterior, minor formae pulchritudo.* Hreidars heimſka þáttr. í Hryggiar-ſtycki.

A, *non, Pronomini ſuffixum in* þer-a *te* non, *vel* Tibi non. Æg. XXXVI. 6. *Exemplum oppido rarum, quod eciam de* A Nomini ſuffixo *valet.*

Á, *Praepoſitio cum Ablativo, in, ſuper,* á hiörvi, *ſuper murice.* Æg. L. 4. *Hafa ſik* á *hófi.* Æg. XXXVI. 2. *intra modum ſe continere; conf.* Hóf Sofa á konv armi, Fiöl. XLII. 3. 4. XLIII. 3. 4. beria á konvm. Harb. XXXVI. 2. á á *in amne, ſuper amne.* Vaſ. XVI. 6. þeir gnaga á Grim. XXIII. 2. 3. Var. c; *ubi* á adverbialiter *ponitur, ſuper, ſuperius.* Hæſingar á. Ibid. Str. 2 *Elliptice, pro,* á aſkinvm. Sagþi þat mark á, *jubaud.* honvm, *ſuper eo* ɔ: *de eo.* Form. Grim. *pag.*

38, *conv.* Germ. auf. Gr. ἐπι. Gall. a, au, aux.

Á, *Praep.* c. *Accuſativo ſignificans in locum; ad locum* vel *ſcopum verſus.* Róa á vag Hym. XVII. 2 – á mvnaþ. Sol. LXXVII. 3. Egna *einv* á aungvl. Hým. XXII. 1. 4. 2) *In tempore ſignificat,* á vár. Harb. XXXIV. 2. *ita dicimus,* á daginn, á vetrinn, *pro* Degi, vetri, *in* Ablativo.

Á, *nimium, valde, particula Inſeparabilis praefixa, in* Á-mátkr. Grim. XI. 3. *adludit ad* ἀ Gr. intenſivum, *ſed revera non eſt aliud, quam* á *ſuper.*

Á f. *amnis, fluvius.* Grim. XXVII. 1. var. m. á á, *ſuper amnem* Vaſ. XVI. 6. *cum Articulo definito,* Áin, *Accuſativo* Ána. Harb. XXVII. 2. *ſine articulo Genitivum facit,* Ár Æg. XLI. 2. Celt. *aa,* Gall. *au.* et *aau.* Dan. *aa.*

† **Á** 3. perſ. pl. Ind. praeſ. *manent, morantur.* Grim. XXXIII. 2, *aut á prima perſ.* ek hái agó, adſum, *abjecta adſpiratione: aut ab* ek ái, *reſpiro, interquieſco, ceſſo, ſubſiſto,* Gr. ἀύω ἰαύω.

† **Á** f. Grim. XXXIII. 2. var. b. *cupiditas, adpetitus, ad varia adplicabilis; á verbo* at a l. ægia, *jumenta paſtus cauſa (in itinere) paululum dimittere, iis pabulum permittere: unde et* Á-fangi (Mbbr. Ái-fángi) *et* Áfánga-ſtadr *paſcuum, locus paſcuus* ---; *et haec (ſt. nomina* Á *et* á-giarn, conf. Var. b. *modo citatam, ita formata eſſe poſſunt ab* at ægia), *quemadm. a V.* at geya (geýia, *rectius*) *latrare, venit* gá, *út* god-gá, hvnd-gá: *Sic* bregd (*unde* aúga-brágd) brá f. g. *cilium:* Heý *foenum,* Há *cordum, a foeniſecio enatum, ſive id ſecetur ſeu minus:* ek ligg, lá *etc.* G. Pauli. *vid.* Hæſing, Hæſingr, Heſaíng.

ek **Á**, átti, at eiga, *poſſideo, in dominio l. poteſtate habeo, potior.* Odinn á jarla-, þórr á þrælakyn. Harl. XXXIII. 5. 7. Freýrr átti Gerþi, *Iure nuptiarum poſſedit,* o: *in matrimonio habuit.* Hyndl. XXVIII. 3. *conf.* XII. 1. 2) *pro* hefi, *habeo, praeditus ſum, de adfectionibus animi & corporis, quomodo et* Lat. Poſſideo, *interdum eleganter adhibetur:* þórr á afl Ýrit, en ecki hiarta. Harb. XXV. 1. 2. Ek á fróþan ſefa. Fiöl. IV. 2. þeir ſem eigv hverfan hvg. Sol. XXX. 2. 3. *conf.* Eigv. á Gr. ἔχω, *et primitus videtur fuiſſe* ák *vel* ág, *quod uſus poſt mutaverit ad facilitatem enuntiandi.*

Á-ak. Alv. IV. 2. *aut pro* á ek *variatum, aut per Diaereſin formatum ex* ák, *quod modo notabam.*

Aar, *pete in* Ár.

Adal-þollr, *Arbor primaria, per eminentiam talis, de* Ygg-draſillo. Hrafn. XXV. 4. *de vero ſenſu* Adal *nihil definire poſſum.* þollr *vid. ſeorſim.*

Ádr, *vid.* áþr.

Ædazt

Ædazt, *furiari, in furorem agi, furore corripi.* Þeir æddu̇z fyri einni konv, *de amatoribus* Sol. XI. 4. *Verb. Deponens Inchoativum, a Verb. Neutro Activæ formae*, ek ædi *furo, praeceps ruo, saevio.*

Æer, *forte pro* Æger *Imperfonaliter, terret, terrori eſt* Harb. LIV. 2. var. s.

Æfi f. Hrafn. XI. 7. n. 47. *conf.* Ævi.

Æfri, *pro* Efri Superior. Varþ ek þeim Æfri at ráþvm. Harb. XVII. 9. *et* 10. *ab* of, ὑπερ, *ſuper. conf.* Gr. αἰπὸς, ἀιπὺς, altus.

Æfſtr, ultimus, *pro* Efſtr. Æg LI. 4. Var. o. *a præced.* Æfſtr, *pro* Æfaſtr, Æfr Lat. ſævus, *ab* of *nimium.* G. Pauli, ibid.

Ægia, *terrere, minitari, malum intentare.* Ægdv mer járnlvrki. Harb. XXXVII. 5. var. m. *Ind. Praeſ.* ek Ægi. *ab* Agi *timor, reverentia, in* Spec. Reg. Aſax. Ege *timor, horror.* Gr. ἀγάω ſtupeo, ἀγη, ἄγος, *admiratio, veneratio. conf.* Óga *et* Ovmk.

Ægir, m. *Genitivo* Ægis, *nomen adpellativum, Tyrannus, vel gigas.* Grim. XLIV. *6. et* 7. n. 21 Hym. VI. 8. *ſine ambagibus ſtatui poteſt Nomen Verbale concretum vel activum, a praeced: conf. tamen* Ægir n. pr. Viri *in* Rerum Indice. Hym. XII. 5. 6. *coll. cum* VI. 8. item Sol. XXX. 4. n. 37.

Ægis-heimr m. Sol. XXX. 4. n. 37.

ek Æpi, at Æpa, *clamo, inclamo, exclamo*, item *ululo, ejulo, ploro.* Æpà úlfi hætra. Harb. XLV. 5. 6. *ab* óp *clamor*, Gr. ὄψ ὄπος, *Vox, ſonus.*

Æpir m. *Accuſ.* Æpi, *Venti vocabulum.* Alv. XX. 4. *Verbale concretum, a praeced.*

ek Æſti, at Æſta, *opto, peto, poſco. hinc Gérundium* Æſtanda. Sol. XXVIII. 1. *paululum variatum eſt ab* ek æki Gr. εὔχομαι. *ponitur cum* Accuſativo Perſonae *et* Genitivo Rei: Thormodus Poëta *in* Epicedio Thorgeiri: Gvllz reþ Þorgeirr þolla þuí næzt *griþa æſta.* Jónsbók *in* Erfda-Tali, Mbr. Bartholini: Æſta þíngmenn líþs. Eadem *in* LandzL. Bálki: Han ſkal *æſta bændr* at færa fe hans úr haga ſínvm. Höfvþlauſn *ex* Fragm. Mbr. *Hlióðſ æſti ek hann*, ſilentium (audientiam) poſco illum.

Æti n. frugis vocabulum. Alv. XXXII. 4. *ab* ek et.

Æva-gi, *et* Æva. Hym. XXXII. 7. Var. h. *cum nota.* Hrafn. V. 1. *adfine forſan eſt illud* Eyfit, *quod eſt in* Fóſtbr. S. Mbr. *Eyſit* hefi ek fe, *nihil* habeo facultatum, *unde colligi poſſit* Eyſinn, Æfinn, *nullus, aliquando extitiſſe, unde ea vox habuerit originem.*

Ævi f. *ævum, ſpatium vitae.* Ævi ok aldr, Ævi-aldr, *junguntur, forſan perpetuitatis notandae cauſa.* Fiöl. LI. 6. *cum* Var. n. *ab* Æ *ſemper, in perpetuum,*

ut primario notet Statum perpetuum, *hinc eſt* Dan. Ævig, Noſtrum Æfinnligr, *quod poſterius tamen de perſonis non uſurpatur.* (Ævi, Æfi, *αιων*, aevum *manifeſte.* Eg Vef, *infin.* Vefa, *telam texo:* Vef-vefia, *complico, implico, involvo.* G. Pauli.)

Æztr Summus, primarius, *pro* ædztr hædztr; hærztr. Æztan manna. Ækta kvinnv. æztir kappar. Hynd. XIV, 2. *et* 6. XVII. 4. Ædzta vnaþ. Sol. LXXI. 6.

Æþi, furor, inſania. Hynd. XLIII. 1. n. 75. *ubi de Amore indomito uſurpatur, conf.* at Ædazt, *adde* Skirn. XXXVI. 7. *ubi charactteris magici nomen eſt. Generis ambigui eſt Vox, hodie Neutrum frequentatur, ſed* Thomásſaga Erkibiſkvps Mbr. opt. *praefert Femininum:* meþ diöfvl-ligri æþi. *conf.* Sp. Reg. pag. 634. b. *ab* óþr *furioſus, phreneticus,* Angl. wood. Anglofax woþ. Ulph. woþs Daemoniacus. *Cognata ſunt* Germ. Wuth *et* Wuterich. Alias Öþi, *uſitatius et melius* Æþi, gen. n. *eſt* Ingenium *in* Vafþr.

Æþri, *genitivo* Æþra, *Superior,* praeſtantior, melior, commodior. Sol. LII. 5. *conf* Skirn. XXXVI. 1. *ubi* Öþri dryckia *habetur. Incertum eſt, an ſit Variatum ex* hærri *Comparativo ab* hárr *altus, an vero potius ſit* Comparativus *ſine* Poſitivi *origine, ab* hæþ *altitudo.*

Af, Praepoſ. ab, de, ex. *duplex pro Simplici ponitur, nempe et in verbo compoſito, et ſeparate,* af lækz *af* marsþaki. Grim. XVII. 4. *et* 5. *Ita praepoſitiones ſaepe bis ponuntur ab optimis quibusque priſcorum:* Laxdæla Magna Cap. LXIV: þeir riſv *af* ræfrit *af* ſelinv. Jónsb. Mbr. Barth. í Landzl. bálki Cap. XIX: Leiþa *til* vj ſkynſama menn *til* ſtofns. Snorra Edda Cod. Reg. í Konvngá heitvm: *Frá* Skilldi í Danmörkv erv Skiölldvngar *frákomnir.*

Af, *pro* of, *ſuper, aut ob, circa, per. Ita accipi neceſſe eſt Voculam, ſi* á *ſit* Verbum *in fine* Strophae Grim. XXXIII. 2.

† Afa, *Accuſativo* Afo (Áfo, *ſcriptum eſt* in E.) f. *Offenſio, turba, diſcordia, averſatio, indignatio, odium, moleſtia, importunitas; aut etiam* Vehementia, immanitas, *exceſſus, abſurditas.* Æg. III. 4. *Priori ſenſu foret, vel ab* Af Praepoſitione, ſeparationem *et* privationem *notante, conf.* J. Olavii Gloſſ. Diatrib. *in* Heipt, *add.* Ofvgr *averſus, inverſus, praepoſterus, perverſus; vel ab* Ami *offenſa, incommodum, et forte* Afo *ſit pluralis hujus vocis pro* Amo, *nam* m *et* f *permutari inter ſe notum eſt. Poſteriori ſenſu foret ab* Of *nimium, quaſi* Ofa: *conf.* J. Olavii Ind. *ad* Landn. b. *in* Afar-menni; *in hac quoque ſententia eſt* G. Pauli, *etſi alium lectionem*

vel

vel magis inauditam conjecerit, vid. var. r *loco citato: dico, magis inauditam, nam propius ad noſtram* Aſo *accedit* Ofo *et* Övu, *ſi non eſt eadem vox paullum variata; habent autem,* Ofo, Atlamál in Grenlenzkv I. 1. *et* Övo, Kviþa Sigurþar: Lítt ſezk Atli Övo þína, *parum curat tuam offenſionem* l. *vehementiam. conf.* Gr. ὕβρις *Injuria, contumelia.*

Aſi, *Avus.* Hym. XXVIII. 2. Var. q. *ubi et poteſt* Aſa *eſſe Genitivus ſingularis, et exponi* Viri, Thori *ſc.* Aſi *et Avus ſunt ab* Ebr. Abba *Pater* item *avus, cum* Aſi *vir convenit* Ulph. Aba *vir, maritus.* Iſidorus Avum *dici exiſtimat ab antiquitate* (: *ut opinor, ab* aevo), *et cum eo facit Voſſius.*

Aſi *homo,* hverr ó-ſviþra aſa Grim. XXXIV. 4. Var. h. *proprie cognatus ut* G. Pauli *exiſtimat, ita tamen ut quemlibet alium ſignificare poſſit, ut* mögr, konr. *Haec ille.* conf. Skirn. I. 6. n. 3. Aſi *Cognatus forſan referendum ad* Gr. ἀφὴ *nexus, ut ſit proprie cognationis vinculo junctus; jam vero cognationis vinculum omnes homines intercedit reſpectu primorum parentum, hinc factum, ut* Aſi *hominem quemvis translate notet. Nolim tamen diſſimulare, quod, in loco allegato ex* Skirn: Aſi *exponi poſſit, vel offenſus, averſus,* conf. Aſa *ſupra et* Ofræþi; *vel princeps, dominus quaſi* Oſi, *ab* Of *ſuper; vel denique* filius, *et cognatum ſit* Gr. υἱὸς: Gróv-Galdr V. 6. þikiz ek til úngr Aſi, *ubi filius matri de ſe loquitur.* Ái *filius habetur in* Eddae *Nomenclaturis, is certe τῷ υἱὸς cognatus eſt.*

Aſ-ráþ, *n. ſing.* Veg. V. 6. *conf.* n. 10. et or-ræði *in Gloſſ.* Nialae. "Aſráþ, *conſilium quoddam certum ex pluribus eligendum,* at ráþa þat edr þat aſ, *hoc vel illud prae ceteris conſilii capere. Aliter ſe habet* úr-ræþi, *quod res perplexas qua tales ſpectat, et quomodo quis ſe hinc expediat:* at ráþa úr *vel* fram úr hlvtvnvm." *G. Pauli in Annotatis poſterioribus.*

Aſ-rendi ſ. Hym. XXVIII. 2. n. 42. *forte ab* at renna *tornare,* renndr *tornatus, et* aſ *pro* of *circa, per, ut* aſrendi *proprie ſit rotunditas, teres figura, opificii bene tornatio commendatio; deinde translate, praeſtantia, perfectio cujusque rei in ſuo genere.*

Á-gaghálſir Grim. XXXIII. 3. Var. c. *ab* Á *intenſivo et* Gagháls *qu. vide, quaſi colla valde obliqui.* Á gaghálſvm, *diviſim, etiam eſt in* Getſpeki Heidreks, *loco haud ſane liquidiſſimo. Forte tamen* á *noſtrum ſit negativum ut in* a-vallt, *pro* ó-vallt, *conſtanter, indeſinenter: quando* A-gaghálſir *forent rectis* l. *directis collis, erectis cervicibus, praediti.*

Ál pl. Álar f. *Lorum, funiculus e corio.* Æg. LXIII. 4. Gr. ἱλλας, *vinculum contor-*

contortum, εἰλέω *coarcto*, *contorqueo*, *verſo*. *conf.* Ind. Landn. b.

at Ala, *ab* ek El, praet. ól *gignere*, *procreare*. *Exemplo non vulgari de* patre *uſurpatur*, han elr bavrn vid gýgi. Form. Grim. pag. 37. ól úlf Loki viþ Ángrboþv: Hynd. XXXVI. 1. 2. 2) *Alere*, *nutrire*, *fovere*, *unde translate:* Ala avfvnd vm annars-hagi. Sol. LXI. 2. 3 *conf.* Hrafn. I. 5.

Alaz, *pro* aliz *alatur*, *victitet*. 3. *ſing. ſubj. paſſ.* Grim. XVIII. 6.

Aldin, *Dativo* aldni n. *fructus arborum etc.* Fiöl. XXIII. 1. *ab* at ala, *aut potius ab* aldinn, *annis maturus*, *vetus*, *grandis natu*. Grim. XLIX. 3. inn aldni. Skirn. XXV. 5.

Aldir (alldir) f. pl. *Ætates*, *ſecula*, *tempora*; *nati*, *viventes*, *mortales*, *gentes*. Æg. VIII. 5. Hrafn. I. 6. Alv. X. 5. n. 21. *Sing.* avld, öld, *Gloſſ. Diatrib.*

Alda ſynir, *humani generis*, *et ſpirituum finitorum vocabulum poëticum*. Alv. X. 5. n. 21. *pro* Aldir *ſimpliciter*, *ut* Áſa ſynir, *pro* Áſar *etc. poſſunt tamen exponi Temporum filii* ɔ: *in tempore nati*, *non aeterni*, *et quorum vitae tempus ad certum terminum reſtrictum eſt*.

Ald-rænn adj. *Vetulus*. at þeim envm ald-rænvm, *pro* aldrænv; *nam* m *abjicitur ordinarie cum praecedit Art. definitus*. Harb. XLII. 2. Ald, *vel truncatum eſt ex* aldr, *vel variatum ex* avld; *quid autem* rænn *hic notet*, *fateor mihi parum conſtare*, *forte eſt ab* at reyna, *ut* ald-rænn *ſit Aetatem ſentiens*, *expertus*, *vel aetate expertus*.

Aldr (Alldr) m. *Vita*, *aetas*. ræna einn alldri Veg. XIII. 8. Lifa lángan aldr. Æg. LXIII. 1. *et* 2.

Aldregi, *contractum ex* aldr eigi. Æg. VIII. 3. Fiöl. IV. 5. *ex illo porro decurtatum eſt*, Alldri. Sol. II. 3.

Al-favþr, *Nomen proprium et primarium* Odini. Hrafn. I. 1. Grim. XLVI. 10. *conf.* Edd. Snorr. Fab. III. *ubi* Alfavþr *et* Allda-favþr *unum nomen et idem eſſe perhibetur*.

Álf-ravþvll m. *Solis vocabulum*. Hrafn. XXVI. 2. Skirn. IV. 4. n. 6. *Ab* Alfr, *numen*, *genius* A. S. *Ælf*, *Elf* et raudvll *rubor*, *jubar*, *quod iterum ab* rod *vel* rodi *rubor*, *aurora*. *Eſt igitur* Alf-raudull *jubar divinum*, *de Geniis adeantur* Obſerv. Illuſtriſſ. Dni Joh. *Erici*. Th.

Álfr, *Semo*, *ſemideus*, *genius*, *daemon*, *Faunus*, *hoc nomen tribuitur* Lokio, Fiöl. XXXV. 6. Döckálfar. Hrafn. XXV. 8. *de duplici* Alforum *genere habet* Edda-Fab. XV. vid. Gloſſ. Synt. *Mihi*, *ut patet quâdam tenus ex Verſione*, Álfr *ducitur ab* hálfr dimidius, *tanquam Semideus et Semihomo*. J. Olavius Grunnavicenſis, *Operis ſui* Eddici Mſcr. *pag.* 1597. *ſtatuit* Alfr *vi vocis et proprie idem eſſe*, *quod* Eilífr aeternus; *hoc probabile ſit ex nomine* Olavi *regis*,

regis, qui alias dictus eſt Geirſtada-álfr, *tanquam* Geirſtadenſis Olavus, *contrahendo nempe* Alfr, *ex* O-láfr: *eſt autem* Oláfr (Oleifr) *vi vocis vivax, vitalis, vel aeternus, compoſito nomine ab* á *intenſivo, et* Láfr *pro* Láfr, Leifr, *vivus, ſuperſtes, ut* Lákr *pro* Leikr, Líkr, *in* As-lákr, Þorlákr, *quae eadem ſunt cum* Asleikr, Þorleikr, *vid.* Me *ad* Hrafn. XX. 7. n. 76. A-láfr *etiam videntur dixiſſe antiqui, e. gr.* Sighvatus poeta, *in hiſce apud* Snorrium: *Oláfs* konungs *mála, et Oláf* um tók *málum, quae in haemoniam poëticam turpiter impingunt et tanto poëta indigne. Ita* Ali *et* Oli *ratione ſenſus et originis eadem ſunt nomina,* (*conf.* Hynd. XIII. 1. n. 25) *ex* A-láfr, Oleifr *videlicet detruncata.*

Al-gvllinn, in, adj. Hým. VIII. 2. vid. Gvllinn *et* All-valdr.

Al-heimr m. *Maris vocabulum poëticum.* Alv. XXIV. 4. n. 49.

† Al-heimr, *idem, ſuſpectum.* Ibid. var. Þ. Heelverden *vertit* Sandvigius.

Al-kvnna, *omnia. ſciam.* Veg. XIII. 3. var. Þ. 1 *perſ. Subjunctivi,* 1 *Indicativi foret* Al-kann, *et exemplum ſane quam rarum eſt τὸ* al *Verbis praefigi.*

Allda-favþr m. Odini *dignitatis nomen, quaſi* Viventium pater Vaf. IV. 5. LIII. 2. *conf.* Hynd. III. 1.

Allda-gautr m. *Odini nomen.* Veg. VI. 2. XVIII. 4. Gautr *hic forte parentem notat, ab* at geta *procreare, quaſi* Getir, Getari.

Allda-heimr. Sol. XLI. 7. n. 54.

Alldr-lagi, *ita, pro* aldrzlagi *quod durius, habent* U. *et* E c. Collatione. Vaf. LII. 3. *primo Caſu eſt* alldr-lag; *in* Æg. LI. 5. *vocatur* Fiörlag, *ab* at leggia, *ponere, deponere, dejicere.*

Alldr-tili (aldr-tili) m. Hrafn. XI. 8. Tili, *ſine dubio a* Germ. Ziel, *meta finis, terminus.* G. Pauli *haec adnotavit:* "Alldr-tili (Oddus Gottſchalki *et* Gudbr. Act 9. 1.) *mors, nex: Vox quidem compoſita, forte ex* alldr (*quod manifeſtum*) *et* Tión *damnum, jactura, potius quam ex* Graeco τελος, *ut quidam volunt* (*neque hoc ſine ratione.* G. M.) *vel etiam a* Tal, Tala, *numerus, a completo dierum vel annorum numero: vel a* Tál *fraus, noxa:* Tálar díſir ſtanda þer á tvær hlidar, *ſunt verba* Odini *ad* Sig. Fafn. Otiele (Otili *ap.* Snorr. *malum,* pernicies. G. M.), Ó-túli, *quod de malo genio hodie fere uſurpatur* (*et cum* Alldr-tila (*ni fallor*) *a quibusdam confertur*) *an huc pertineat valde dubito, quamvis ad vocem* Tál *bene poſſit referri, non negative, ſed intens. et in malam partem: nec non forte ad verbum* at tióa *prodeſſe, ut vel infortunium notet, vel mali auctorem.* O-tili *ſine dubio nullam cognationem habet cum* Alldr-tili; *Videtur autem eſſe ab* O *negativo et Angl. Sax.* Teala *bonum, bene.*

Allra, *per Ellipſin et Antiptoſin adhibitum* Hym. XXXI. 3. Var. b. *Genitiv. pl. ab* Allr *omnis.*

All-valdr, Genitiv. valdz, adj. *Multipotens, Valde potens. hinc* All-valdi-valda, *Nomen pr.* gigantis *eſt* Harb. XVIII. 4. Alvaldi-da. Ibid. Var. l. *notat Omnipotentem, item* regem *quandoque, ut* heilir *alvaldar bádir! Arnori poëtae ſalutatio ad reges* Magnum Bonum *et* Haraldum Sigurdi, in Hrýggiar-ſtycki. *De voculis* All *et* Al *in compoſitione hoc tenendum eſt, quod* All *valet multum,* Al *omne.*

Allz fyrſt. Þrym. II. 2. *et ſaepius in ea* Oda. *Videtur igitur* Fyrſt *nudum eſſe Ellipticum, quemadmodum, Primum, Adverbialiter ap.* Latinos. Allr, *omnis,* ὅλος.

Allz, *adverbialiter, omnino, prorſus,* ὅλως. allz for eingar ſakir. Sol. LXXIV. 6.

Allz, Alz, *Quoniam, quandoquidem, ſiquidem, quippe.* Harb. LIII. 2. LVII. 2. Alv. IX 2. *Eſt Elliptica dictio, pro* allz *l.* alla hellzt at, er, *vel* þa; *quod probatur ex* Ectors Saga ok kappa hans, Mbr. Allra hellzt at þú þikiz vera ſtór-látr þá ſkalltu þat vita *etc.* i. e. *Omnium maxime (cum praeſertim, quandoquidem) te facis ſuperbum, ideo id ſcias* etc. *conf.* Magnus Saga. Eyia jarlz Cap. 18. Allerhelſt *arbitror Danos dicere eodem ſenſu. An* Germ. Als *recte cum* Noſtro *conferatur, jure ambigi poteſt.*

Al-matkr, *Dativ.* -kvm, *contr. ex* Almáttvgr. Sol. VII. 6. XVII. 6.

Al-ſkír f. *Solis vocabulum poët.* Alv. XVI. 6. *vid.* All-valdr *ſupra, et* Skír. *Cum haec* Vox *in Subſtantivum ab Adjectivo transierit, fieri poteſt, ut diſcedat quoque ab Adjectivo in flexione ceterorum caſuum, et per hos omnes faciat* Al-ſkírv.

† Am, n. *aut* Amr *m. Dativo* Ami, *Labor, moleſtia, aerumna.* Hynd. XXII. Var. o. Ebr. Amal *laboravit,* Amas *oneravit.*

Á-mátkr, *praevalidus, praepotens.* Thiaſſii *gigantis Epithetum.* Grim. XI. 3. á *intenſiv. ſupra,* et mátkr *pro* máttkr *euphoniae gratia contractum ex* máttvgr *potens. add.* Skirn. X. 6.

Ama, Amma. f. *ſing. vid.* Avmv, Avmmv.

Ambót, Ambot, Amböt, Ambátt, f. *Serva, ancilla, famula, miniſtra.* Þrym. XX. 4. XXVIII. 2. XXVI. 2. Skirn. pag. 75. Var. u. Suec. Ambot, Ambat. *ap.* Ihreum in Æmbete; *qui nomen olim utrique Sexui commune fuiſſe concludit ex* Ulph. N. Teſt. *in quo* Ambahis *pro* Servo *comparet* Marc. IX. 35. *atque ex* Weſtg. L. Ærfda B. cap. 7. *conv. Ambactus ap. Jul. Caeſarem* B. Gall. VI. 15. Teuton. *Ambaht (ambath) Miniſter, quod Juuius adtulit ex* Gloſſ. Keronis. Aſax. *Embeht, Ambiht, Ymbeaht, Servitium, miniſterium. Hinc orta ſunt,* Noſtr. *Embætti,* Dan. *Embede,*

bede. Germ. Dan. *Ampt, Amt, officium, munus. Item* Noſtr. *Ambod Inſtrumentum operis ruſtici, translate* Am-bud (Anbud) í broker, *in* Leg. Cimbr. *membrum virile. Vix dubitem* Ambótr, Ambáttr, Amboti, *in* gen. Maſcul. *etiam olim extitiſſe: origo mihi eſt incerta, interim tamen conferri velim* Aſax. Anbvgan obedire, obſequi, Ebr. Abad *Serviit, coluit, operatus eſt,* Ebed *Servus, per inſertionem literæ* m. *Scio, amicum meum ſummum,* J. Olavium, *aliunde derivare, quod ille, mē plenius et melius, ferente occaſione evoluet.*

Án, n. *Dativo* Áni, *aut* Inopia, indigentia, *conf.* Áni; *aut* Labor, aerumnà moleſtia, *cognatum τῷ* Avnn occupatio, cura. Áni bornir Arngrímſ-ſynir, *vel* ſibi ipſis, *quod eſſent laborioſi, vel aliis, quod eſſent praedones.* Hynd. XXII. 1. *ad* 3. Eýmda án, *dixit* Biarnius Giſſuri *Thing-mulenſis in Eleganti poëmate,* Hrakfalla-bálkr *Calamitatum* Sylva, *vel* moles.

Ben, *f. Genitivo* Beniar, *Vulnus, plaga.* Þeir ſvgv beniar vndir. Sol. LXXX. 5. n. 114. Þeir ſvgv beniar. *Ibid. quando* Undir *foret, Sub, ex, per, parum quidem ad genium linguae in eo loco.* Ulph. Banjos *ſunt plagae, ulcera.* Ben, *videtur eſſe, Labes, macula, aut ſi mavis, nota, indicium l. veſtigium vulneris, in ipſo animali quod inflixit vulnus, in* Jónsb. Mbr. Barth. Landzleigv-bálki, Cap. XXXIX: Ef eitthvert naut *hefir ben á hornvm gor* eda *blód* eda *blód-hár*, þá er þat líkligazt til *at hafa ſtángat.* Ben *in* gen. neutr. *video apud* Snorrium *in Carmine* Jökvlli (Gelonis) *morientis:* Byſſmer blód ur þeſſv *Beni.*

Bera, *ferre, portare*, 3. *ſing. Indicativi*, berr. Veg. XIV. 1. XVI. 1. *Recentiores malunt* Ber, *ut ſc. confundatur cum* 1 perſ Þeir bárv, *þióra* á ſeýdi Hym. XV. 3. 4. Bera í, *pro* láta *edr* leggia í, Dan. Komme i. Fiöl. XXXI. 1. 2. *ſic* Grettisſaga *in* Deſcenſu *ſub tatarractam:* han *bar* beinin *í belginn*, — bulgae intulit l. indidit. Hverr hefer þik baúgvm borit? Alv. V. 6. n. 13. 2) parere, gignere, *et abſolute, et adjecto* barn: Veg. XVI 1. Æg. XXIII. 7. XXXIII. 6. Hynd. XXXIII. 5. XXXIV. 1. 2. 3. 5. *et in his quidem*

locis

locis de matre. *De utroque parente, implicite in hoc:* Svavfv *borin* ok *fæ-konúngi.* Hynd. XVI. 3. *De* patre *ſolo etiam indirecte:* Haralldr — *borinn Hræreki.* Hynd. XXVI. 1. 2. *de auctore ſtemmatis indirecte:* allir *bornir frá Förmvn-reki.* Hynd. XXIII. 5. 6. Bera eo, berac, *pro* bæra ek. Æg. XIV. 4. var. r. Bera *patiuntur, patienter ferunt.* Hrafn. I. 6.

Ber-beinn, adj. Harb. V. 3. berr *nudus, ab* Ebr. Parah. *nudavit*, beinn, *quaſi* pedātus, *pedes habens hoc vel illo modo adfectos.* Bein *pedem notaſſe olim, liquet ex compoſitis, nempe* hoc noſtro, *item* Hvítbeinn, Mióbeinn, Ráng-beinn: *ſed* Bein *ſolitarium hoc ſenſu non memini usquam legiſſe.*

Berendr, m. pl. *Geſtores, exercentes, tractantes, aut Invectores, inductores, auctores, aut etiam* Parentes; *in* Seid-berendr. Hynd. XXXI. 5. *à* 1. *ſing.* berandi, *particip. activ. verbi* at bera.

ek Berg — han bergr, *opitulor, protego, ſervo, conſervo.* Sá er avldvm bergr, [*optime, et talis certe habitus* Þórr, Ol S. Tr. Lib. 2. p. 186. G. Pauli.] Hym. XXII. 2. *Incertum eſt* án þær bearga (biarga) *quod habetur* Fiöl. XL. 2. *ſit pluralis hujus verbi praeſentis, incertum item, quid habeat in Infinitivo, certe* at berga *et* ver bergvm, þer bergit, þeir berga *nuſquam puto me vidiſſe. Eſt ergo fortaſſe hoc Verbum anomalum, ex cujus anomalia Recentiores formaſſe credo novum Verbum* Ek biarga. *Conv. Aſax.* Beorgan, *tueri, munire, ſervare, Dan.* at biærge. *Belg.* Bergen, Borgen, *Germ.* Bergen, *tegere. Lat. Operio. Noſtrum*, at Byrgia.

Berg, bearg (biarg. Harb. XXII. 4) *Rupes, petra, arx, palatium.* Fiöl. L. 2. n. 66. XXXVII. 1. n. 43. XXXVI. 2. *et* 3. n. 42. *ab* ek berg. *conf.* Gr. πύργος. *Hinc* Berg-búi, *gigantis vocabulum.* Hym. II. 1.

Bergandar-da. briótr berganda, Thori *adpellatio, etiam extans in* E. Hym. XVII. 7. var. t. pag. 130. Bergandi *poteſt eſſe ſimplex participium à verbo* ek berg, *auxilior, ſuccurro, ſed ſenſu hoc loco non facile capiendo.* [*Et praeterea ambigi poteſt, num dicatur* bergandi; *vide* Me, *in* ek Berg. G. M.] Ber-ganda, *quaſi nudorum luporum, vel bacillorum* (*magicorum*), *etiam ſenſum fugit.* [*Non fugit penitus, ſi, ex lege* Eddica, *per Climacem ſic exponamus:* Gandr *eſt lupus, Lupus* Fenrer *vocatur*, Fenrer *autem eſt vocabulum gigantis.* ber *adderetur, quoniam Gigantes inter pugnandum non utebantur clypeis aut loricis, unde etiam illi* Berſerkir *appellantur.* G. M.] Berganda, *Spirituum auxiliarium vel rupicolarum, interpretationem admittere poteſt hujusmodi, quod* Andi *dicatur homo ſive gigas per Synecdochen partis, et* berg-andi *gigas antricola,*

antricola, qualium perniciei natus Thorus. G. Pauli. Idem *ad* Vers. XXXII. Hym. *decretoriam tulit ſententiam his verbis: Jam mihi* Bergandar Str. 17. *nihil aliud ſunt, quam* ber-gandar, *h. e. rami nudi, cortice carentes, videl. animalium cornua, quorum fractor* (briótr) Vir fortis. *Haec* Ille. *Unde autem probatur, quod* Gandr *ſit Ramus?*

Berg-danir, -na, m. pl. *Gigantei populi, aut gigantum principes.* briótr þeirra, Thorus. Hym. XVII. 7. *conf.* var. t. *ubi a me dictis addo, quod* Berg-ſaxar, *Rupium Saxones, vocantur Gigantes à Poëta vetere, in* Edda Snorr. *Adpellationibus poëſeos; non enim audiendus eſt* G. Pauli, *qui* Berg-faxa *ibi legendum conjecit. Cum poſteriore ſenſu τῷ* Bergdanir, *conferri volo* Berg-jarl, *Saxeus Comes vel* Dynaſta, *apud veterem poëtam Ibidem.*

Bergia, 1. ek bergi, *praet.* bergdi, *guſtare.* Avlvi bergia. Æg. IX. 4. *Aſax.* Birigan guſtare, Birgincge *guſtatio,* Birgneſſe *guſtus.* Gr. βρόχω, βρύχω, *Sorbeo, mordeo,* βρεχω *irrigo, bibo; literis transpoſitis.* [Avlvi bergia o: biarga; *ſubvenire, ſuccurrere.* At biarga bolla, *phialae ſuccurrere, quo minus ſc. liquor effundatur: pitiſſo, minutim bibo, unde et hoc verbum* (at bergia *et* berging) *ad S. coenae deguſtationem translatum.* G. Pauli.]

at Beria, 1. *praeſ.* ek ber, 3. han berr, *praet.* ek bardi (barda) 3. *pl.* bavrdv; grióti þeir mik *bavrþv.* Harb. XXVIII. 5. Er þú á *konvm barþir.* Harb. XXXVI. 2. Barþac, bardag, *pro* barda ek. Harb. XXXV. 2. XXII. 2. *ferire, verberare, percutere, tundere, caedere. cognatio cum duobus primis eſt aperta.*

Ber-ſerkir, *gigantes appellantur, et* brúþir ber-ſerkia, *Mulieres gigantes.* Harb. XXXV. 1. n. 39. *Vide* Me *ſupra in* Ber-gandar, *et* Commentarium *ad* Kriſtni-ſagam.

Beztr, fem. *et* n. bezt, *ſuperlat. adſcititius τῷ* gódr. Æg. XXXVII. 1. Fleſca bezt (bazt), *de* Sæ-hrimnero. Grim. XVIII. 4. *et* var. *. *Angl. Dan. Belg.* beſt. *Aſax.* betſt. *Alam.* bezzeſt. *Mihi* AS bet, betera, betſt *Melius, melior, optimus, abjecto tantum* λ, *videntur facta ex* βέλτιον, βελτίων, βέλτιϛος. Junius. *conf. Gloſſ. Diatrib. in* bót. *Comparativus* Betri, *in* pl. *occurrit.* Skirn. XIII. 1. *Latt.* Beo, *et Bonus ad eandem familiam pertinere crediderim.*

Biarg, n. *genitivo* biargs. Harb. XX. 4. *vid.* Berg *ſupra. in plurali* facit Biörg Grim. XL. 4.

Biarga, Bearga. Fiöl. XL. 2. *vid. ſupra* ek berg.

Biarn-leitr, adj. Hym. II. 2. var. 9. Biarnteit, adj. Hym. ibid. Biörn, *urſus* leitr

leitr, *in compositione, facie præditus qualicunque*, teitr *alacer, hilaris.*

Bifaz *moveri, concuti.* Fiöl. XXXIII. 3. jörþ bifaz. Skirn. XIV. 4. bifdiz *contr. ex* bifadiz. Þrym. XIII. 4. *est passivum verbi non admodum usitati at* bifa. *Germ.* beben, *moveri. Dan.* bæve. *A Sax* Beofian. *Belg.* beven. *Angl.* biver.

Bif-raust, f. pontis Asiani *nomen proprium, Iris.* Grim. XLIII. 6. *prior pars ab* at bifa *movere, conf.* Bil-raust.

at Bila, v. n. *fatiscere, debilitari, labefieri, convelli, cedere.* Lopt bilar. Hynd. XXXVIII. 4 *á* Bil. *intervallum, lacuna, vacuum, cui convenit fortasse* Gr. πυλὴ.

Bil-ravst, f. *pons* Asorum, *ex lectione utriusque Membranæ* Grim. XLIII. 6. var. m. Bil *hic videtur notionem habere* motus *l.* concussionis. Aer *autem est elementum mobile: conf.* bil *et* Hviki *lunæ satellites in* Edda Snorrii, *ubi verisimile est* bil f. *nihil distare in* significatione a Hviki *qui* mobilem *significat: porro* Bilr (*an* Bylr) *est ventus vehemens, tanquam Quassator, Concussor;* Ravst *quidam accipiunt de aggere in longum extenso. Sunt et qvi* Ravst *per gradum, adscensum, exponant, qvi sensus non male quadrat in hunc pontem, qvo terra coelo jungitur, et foret adeo* bil-ravst *Adscensus vehementi vento obnoxius, aut quod optimum est, adscensus ventorum* ɔ: *aërius, cum materia ventorum non sit aliud nisi aër. Scio* I. Olavium Grunnavicensem, bil *puellam lunæ satellitem per fulgorem, lucem, explicare, sed, unde id habeat, quaero.* Ravst *autem ipsa est vel* ab Rás *cursus, vel ab* reisa, (reysa) *elevare,* rísa *surgere.*

ek Bind, *praet.* batt, *inf.* at binda, *ligo, vincio, involvo, amicio, redimio,* bittú þik brúþar lini Þrym. XII. 5. 6 bindo ver Þor — bruþar lini, *ob euphoniam pro* bindom ver. Þrym. XV. 5. búndo þeir. *plur. praet.* Þrym. XIX. 1, láta bindaz. Þrym XVII. 5. *Lat. barb. in* gloss. Binda *fascia, Germ.* Binde. *Lat. funis et vincio cognata nostro esse crediderim. Angl.* binde, *ligare,* Junius *derivavit á* Gr. πεδᾶν *compedibus adstringere, quasi olim proprie significarit pedicis vincire,* a Gr. πεδὴ *pedica. Rectius tamen* Gr. *illa referuntur ad nostra* fiöturr, fit, *et verbum* at fitia, *quibus et* fetill *adscribi potest. vid.* fiöturr *infra.*

Bing-vör, f. *nomen fictitium furiae infernales.* Sól LXXVI. 1. *var.* s. Bingr. *cumulus, strues, conf.* Gloss. Nialae, *etsi sensus ibi aliquid distet.* Gr. βοῦνος *tumulus.*

Biörg-veig, Biör-veig, f. Hym. VIII. 4. var. l. *possit et reddi,* potio salutaris, *l.* vitalis.

Biórr, n. *cerevisia, potus quilibet praestantior.* Alv. XXXIV. 2. n. 73. Hynd. XLV. 6. 7. *lat. vet.* Biber. *Lat. barb.* Biberis.

Biberis. *Gall.* Biere. *Angl.* Beer *cerealis potus, cerevisia, Zythum. Ital.* Birra. *Cambr. Brit.* Bir. *Asax.* Beor, *quod ultimum saepe etiam notavit mulsum vel hydromeli, observantibus* Somnero *et* Junio.

Biör-reifr, adj. Æg. XVIII. 5 reifr *ab* ek Hreifi, *moveo, cieo, incito.*

Biór-veig, *potionis vocabulum, verbo, potionis vigor vel* alacritas. Hym. VIII. 4. *vid.* veig.

at Bíta 1. ek bít — han bítr; *mordere, arrodere, carpere, pasci, vesci.* Grim. XXXV. 4. *conf.* XXXIII. 3. Grim. XXV. 3. XXVI. 3. bíta *breitt, de homine, magnas buccas facere* (taka stóra bita). Þrym. XXV. 6. bíta *hvast, acutis dentibus mordere*, ibid. str. 4.

Biþr, ek *pro* biþ ek, *prisca et proba terminatione.* Sól. LXXV. 4.

Biþr-at *non precatur, vel optat.* Fiöl. III. 3. *var.* n. o. *ab* ek biþ *et negativa suffixa.*

Blám, *pro* blávm, *Euphoniae gratia contractum.* Sá var í feldi blám Form. Grim. pag. 38. blárr, blá, blátt, *coeruleus, -a, -um.*

Blandinn, -in, -it, *Mixtus, commixtus, contemperatus.* Eitri blandinn *miödr.* Hynd. XLV. 7. straúmar blandnir vid blód. Sól. XLII. 4. 6. Kona meini blandin, *translate.* Æg. XXXII. 3. LVII. 3. *participium passiv. Verbi*, ek blend.

† Blavfgr, *adj. pro* blómgr. Hynd XXXIII. var. b. á blomr, m. *hodie* blóm, n. *flos.*

† Blaufgr, *adj. candens, nitens, micans.* Hynd. Ibid. var. b. *ab* at, blasa, *fulgere, candere. conv.* bleſa *albedo sive alba Virga, mediam animalium faciem distinguens.* Bleſkir, *Lapidis nomen in* Edda, *forte gemmae alicujus splendidae.* Blaufgr *ergo non inepte vocaretur* Heimdallus, hinn hviti Áss, *et* hvitastr Asa, *quicquid statuendum sit de priore parte* Vocis, naþ- *vel* náþ-blaufgr.

Blaúþr, adj. *Mollis, infirmus, ignavus, imbellis, timidus; in* hvg-blaúþr. Harb. XLVII. 3. *hinc* Bleýði f. *Mollities, debilitas etc. in* Hvg-bleýþi. Harb. XXV. 3. *adsine est* Lat. Mollis. *conf.* Gloss. Diatrib. *in* Blídr.

ek blend, 1. *pl. praeteriti i* blendvm, *Misceo, tempero, confundo.* blend ek þeim meini miöþ. Æg. III. 6. Viþ blendvm blóþi saman. Æg. IX. 3. 1. *sing. praeteriti videtur esse* Ek blendi. *Infinitivus autem* at blanda; *ut* Verbum *olim fuerit anomalum, recentiores vero inde effinxerint novum* Ek blanda, *praet.* blandadi, *quomodo factum esse in* ek Berg *et* Biarga *superius monui. Angl.* Blend, *Asax.* Blendan, *est Commiscere, confundere, de origine non liquet.*

Blídr (Blíþr), blíd, blítt, *blandus, -a, -um, suavis, placidus, clemens, mitis, comis, benevolus, gratiosus, propitius, amicus.*

blíd

blíd regin, Blíþregin. Grim. VI. 2. XXXVII. 5. Æg. XXXII. 5. *et* var. y. *ubi* Bliþ *eſſe poteſt* fem. ſing. *conf.* Regin. *Angl.* Blithe, *Aſax.* Bliþe, *Alam.* Blider. *Belg.* Bliide, *laetus, hilaris. Dan* Blid, *Serenae atque exporrectae frontis homo.* — *Aſax* Bliþe *perſaepe denotat hominem Chriſtiana ſimplicitate praeditum, manſuetum, placidum, placatum. in Argenteo Codice* Bleiþs *eſt Miſericors. ex* Junio. *Add.* Gloſſ Diatrib. *in hac* Voce, *ubi* Blídr *et* Blaútr *cognata eſſe ſtatuuntur, quod quidem firmat* Spec Reg. pag. 214. var. q. *conferri tamen volo, Lat.* Placeo, *cujus Verbi origo apud* Etymologos *parum expedita eſt; item Lat.* Placidus: Gr. φιλία *et* φιλότης, *Amicitia, Amor, certe abſtractum* Blída f. *ſaepe valet gratia, benevolentia, favor, ut:* Konúngſins blída til Cancelers. Thomás-ſaga Erki-biſk. Þeir-þóttvz vel komnir ſem þágv hans blídv, ſc. Thomásar Cancelers, *Illi bono in loco res ſuas eſſe cenſebant, qui ejus impetrabant benevolentiam; Ibid.*

Blíþ, *et* Blíþvr, f. *puellarum nomina pr. ficta.* Fiöl. XXXIX. 4. 5. Blíþvr *eadem ratione formata, ac* Fríþvr, n. pr. *mulieris, à* Fríþr *pulcher: ſic et priſci dixerunt* Sigrídvr et Sig-rid, Áſt-rídvr *et* Aſt-rid *mulierum n. propria, quorum priora tantum retinemus hodie.*

Blikvr, f. *Puellae n. pr. fictum.* Fiöl. XXXIX. 5. var. c. *ab* at blikia, *candere, ſplendere, quod eſt* Horn-klofii *ap.* Snorrium, *Dan* Blinke *expoſitum* Olavio. *conv.* Gr. λευκὸς.

Blóta, *Verbum ſacri cultus apud gentiles, obvium tamen etiam in* Uiphilae Evangeliis, *vid.* A. Buſſæi *Indicem ad* Schedas Arii. Er menn *blóta* þar (meýiar) *á ſtall-helgvm ſtaþ.* Fiöl. XLI. 2. 3. Þór man hún *blóta.* Hynd. IV. 1. Blotan (in Ulphila) *Cultui divino vacare, Deo debitum cultum quavis ratione exhibere; proprie* Sacrificare, *à* Blod *Sanguis, ut* αἷμιον, Hesychio *exponitur* σφάγιον *Hoſtia, ab* αἷμα. *Teſtatur* Plutarchus *Gallis et Schytis creditum,* θεὸς εἶναι χαίροντας ἀνθρώπων σφαττομένων αἵματι, καὶ ταύτην τελειοτάτην θυσίαν. *ex* Junii Gloſſ. Ulphilae. *Derivationem ex* blód *firmat* blódt, *pro* blótit *vel* blótat, *neutr. participii paſſ. obſervatum mihi in* Ol. helga ſaga *Thomas-ſkinnae: ita* bloþ-monaþ, *et* blot-monaþ, Menſem Novembrem *dixerunt* Aſaxones, *a ſolenni jugulatione pecudum in victum, inquit* Somnerus. *Forma Verbi eſt Varia, nempe,* 1. *praes.* blót, blæt, *et* blóta; *primum illud* ek blót *probabiliter colligitur ex hoc* Egilli: Blótk ek eigi aſ þuí Bróþvr Vílis. *praeteritum priſcum eſt,* ek blet, *recentius* blótadi; *Infinitivus unicus,* at blóta;

particip.

particip. paſſiv. blótinn, blætinn, blótadr.

Blóþ, n. *Sanguis.* blóþ þeir vavktv. Sol. LXXX. 4. and-lit rýgiar-blóþi roþin. Sol. LIX. 6 raúþ han (havrg) íyviv (nív) nauta blóþi Hynd IX 5. 9. 10. *vel à* Gr. βλύειν *Scaturire, manare, vel à* βλύδιον, *quod* Suidae *exponitur humidum*, Hesychio, *humidum et fervens. ex* Junii Gloſſ. Ulph. *conf. Indic.* Orkney. S.

Bloþvgr (*non* blóþigr) *Sanguinolentus, cruentus.* Heliar hvelpr blóþvgr vm brióſt framan, kiapt — ok kiálka neþan. Veg. VII. 1. ſeqq. Blóþvg hiörtv. Sol. LVIII. 4. blóþgar rúmr, *contractum ex* blóþvgar. Sol LXI. 4.

Blvndr, m. havfvgr blvndr. Veg. II. 2. blvndr, *Somnus, et quidem communiſſime brevior. convenit cum* blindr, blinda, [*nomen* gen. f. *caecitas.* G. M] blindleiki [blind-leikr. G. M] blindni, *ob interceptum oculorum uſum: nec non cum* v. ek blend, blanda *etc. ut flatum mixtum, vitae et mortis, notare queat.* G Pauli.

Bly, n. *plumbum.* havfþv byrþar af bly, *de poena damnatorum.* Sol. LXIII. 6. bly, *et ad* magnum pondus, *et ad fixum quid et immobile, notandum interdum transfertur, ut in;* þúngr ſem bly, bly-faſtr, *et* bly-bvndinn *in dira Cantilena*, Jonae Poetae *à* Berv-neſo, *in Carnificem Alexandrum.* Germ. bley, Belg. plei, *conveniunt, ſed origo aeque eſt incerta ac Latini Plumbum, etſi varia de hoc commenti ſunt* Martinius, Becmannus, Voſſius *Fortaſſe* bly *ſit à* bliúgr, adj. *flexus, inclinatus, nam eſt flexile metallum: ipſum autem* bliúgr *adfine eſt Lat. flecto*, Gr. πλέκω *plico.*

Böiar, *pro* bæiar. Form. Grim. pag. 37. *Genitivus à* bör, *pro* bær, Grim VI. var. q. *ſcriptiones haud temere imitandae.*

Bógr, m. Dativ. pl. bógvm, *armus (animalium)*, ala. Grim. XXXVII. 4. *Dan.* Bov. *Germ.* Bug. Gr. πῆχυς *cubitus. invenitur, at raro, de brachiis hominis, ut in hoc Veteris poëtae, non memini cujus:* Ægiligr vnd *bægi, formidabilis vel ſpectabilis a brachiis.* bægir *enim pro* bógar *in plurali dicuntur, idque etiam hodie ab* Oſtfiördenſibus. *conf.* Alv. V. 6. n. 13. *ſub finem.*

Borinn, -in, -it, *pl. maſc.* bornir. *particip. paſſ. verbi* at bera, *quod inſpice.*

Bótvm, Dativ. pl. *à* bætvr f. pl. *expiatio delicti, piaculum ſceleris, mulcta, poena, luela.* Sætar *ſyndir verda at* fárvm *bótvm.* Sol. LXVIII. 4. *conf. Supra* Bæti *l.* bæta. Bót, *ſingularis hujus vocis, uſualiter hunc ſenſum non admittit. vid.* Gloſſ Diatrib.

Brá, f. pl. brár, *Dativ. pl.* brám, cilium, palpebra. Grim. XL. 7. *fortaſſe ab* ek bregd. *praet.* brá, *verto, cito moveo, ob agilitatem ſuam, prorſus ut* Lat. Palpebra

pebra Iſidoro *et* plurimis *à* palpito, Cilium à cilleo (cillo) *i. e.* moveo, Martinio *ducitur, qui et obſervavit* Cilia *apud* Ebræos *nomen à* motu *habere.* [*Angl.* Brow, *cilium, ſupercilium.* *Aſax.* bre. brew. brewe. brua. Al. brauua *eſt* cilium ofarbrauua, *ſupercilium.* ogebrauu *vel* augbraúua, Palpebra. uuindbrauua, Supercilia. — Belg. Brauwe *vel* brovwe *eſt* cilium. Wiinbrauwe *vel* Windbrauwe ſupercilium. Gr. ὄφρυα. [*et* ὀφρύη *in ſing.* G. M.] *ſunt* ſupercilia, *atque inde liquet reliqua derivata eſſe per aphaereſin primae ſyllabae* Junius]

Brækvr, f. pl. Bracca, Braca, Braccae, Bracae, brachae, Femoralia, ſ. *rectius* femorale *ſc. indumentum.* Harb. V. 5. Aſax. Bræc; *item* brec *Lumbare, tegmen pudendorum.* Cymr. Bryccan Alam. Pruah. Belg. Broeck. Angl. Breches. Gall. Vet. Brayes. Venedis Bruchus, *notante* Eccardo *in* Gloſſ. Venedo, *quod intulit* Hiſtoriae *ſuae* Studii Etymologici Germanorum Dan. Vet. Bröker *in* Leg. Cimbr. *Editis à* P. K. Ancher, Lib. III. cap. 25. *Singularis eſt* Brok, *apud* Veteres *mihi nuſquam obvius, ſed hodie frequens; Ceterum* brók *et* brækvr *non uſurpatur fere nunc niſi de* braccis interioribus, (*utuntur enim viri in* Iſlandia braccis *duplicibus, quod ſecus* Dani *faciunt.*) *De omnium harum* Vocum *origine remotiore non eſt ut ſcrupuloſius quaeramus, cum ipſi* Vett. Grammatici Lat. *fateantur* Brachas *eſſe* Vocem Gallicam; Martinius, *non improbante* Junio, *deducit à* Teut. breken *rumpere, frangere; quod ſit* Veſtis biſida *atque* in duas partes diſciſſa, *pro duobus, quae tegit, femoribus. Cum* Breken (brechen) *conf* Ebr. Parak *rupit, pherek diruptio,* phrak *fruſtum.*

† Bræþa *inſtigare, incitare, irritare.* Æg. XXXII. 4. var. x. *à* bráþr, *quod vide.*

Bræþr, *pro* bróþr, *fratri.* Æg. XXXII. 4. *ſic in* Þoris Há-leggſ Rímvm, *poëmatio haud novae monetae:* her kemr hún *med ſínvm* brædr. Ol. helga saga Thomás-ſkinnae cap. L, *med* Oláfi Tryggvaſyni *bræþr ſínvm.*

Bragnar, m. pl. *Mercatores, naviculatores, negotiatores, et proprio ſenſu adhibitum videtur in hoc:* Byri gefr hann bravgnvm. Hynd. III. 5. *à* bregda *vertere, mutare, ob rationem cuivis obviam. Neque abſurde confertur.* Gr. πρᾶγμα, *et* πράττειν. Edda Snorrii *aliam adfert rationem nominis, mihi quidem non majorem omni exceptione. In ſermone poëtico* Bragnar *extendantur ad* homines in genere, *ut pleriſque notum eſſe ſcio.*

Bragr, m *poëma, poëſis; item* Ars *ſ. Vena poëtica.* Hynd. III. 6. n. 8. *ubi mendoſe excuſum eſt Veniam pro Venam. Conf.* Bragi, n. pr. *in Rerum Indice. aut eſt à* Gr. πράσσω πρώττω, *quaſi* πρᾶγμα, πρᾶξις, *ſicut* ποίημα *a* ποιέω,

 nobis

nobis Verki *opus*, *poëma*, *à* Verk, *et* at gera *simpliciter facere poëma*. Bragr, *mos*, *praxis*, *in phrasi*: þat var *bragr hans*, *apud* G. Andreae *in Lexico*, *vix aliunde erit quam à* πρᾶξις; *ergo nihil causae video*, *cur* Bragr *poëma*, *aliunde sit petendum*.

Bragr, m. *princeps*, *qui*, *quae*, *vel quod excellit in suo genere*, *in* Ása-bragr. Skirn. XXXIII. 2. n. 38. *ita* Bragr kvenna *dicitur* Brynhilda Bvdlias *apud* Nostrum, *et* Halfdanus Niger *junior* Siá-bragr (*forte* Visu excellens) *à* Jorunna *Poëtria ap.* Snorrium *adpellatur*; *ubi tamen nunc observo* Siá bragr (iste *princeps*) *divisim editum esse*. *Forte est à* Gr. πρῶτος, πρᾶτος, *Linguali cum palatina commutata*: *add.* Gr. πρέπω *Excello*. *Nugas Eddicas mitto*.

Brátt, *adverb. repente*, *cito*, *subito*. Hym. XXIX. 3. *revera est Neutrum à* bráþr *qv. vide*.

Brattr, adj. *praeruptus*, *abruptus*, *arduus*, *erectus*. *hinc* Brattsteinn, *Accus.* -stein, *de Columna Saxea*. Hym. XXIX. 4. Gr. πρηνὴς *praeceps*.

Braúkvn, (*vel* Bravkvn) f. *Genitiv.* braukanar, *fremitus*, *strepera grassatio*, *tumultuatio*. braúkvn berserkia, *de filiis* Arngrimi Hynd. XXII. 5. n 43. brauk n. *turbulentus strepitus*, *ab* at braka *crepare*. *adde* Lat Fragor, Gr. βρύχω, frendo, strideo.

Braút, f. *Via*, *Nominativo pl.* braútir. Harb. LIV. 10. Fiöl. I. 5. 2) *pro* Ferd, *iter*, *profectio*; unde Fregnar braúta. Hrafn. XVI. 2. *conf. tamen* Braúti m. *Quasi* brot *vel* briót, *ab* at brióta *frangere*, *eruere*, *evertere*, *unde proprie est terra sylvis et saxis vacuefacta*; *conf. Cognomen magni regis*, Braut-Önvndr *ap.* Snorr. *et Lemma Capitis* CLXXXIX *in* Ol. h. Saga *ap. Eundem*: Frá Urþar-brióti. *hinc et* Egillus Islandiam *vocavit* Isa-brot, *in sua* Hofvþlaúsn, I. 6. *cum Mea annotatione*.

Braút, *adverb. à*, *de*, *vel ex loco*, *procul*, *remotionem l. distantiam notans*. Hrafn. X. 7. n. 44. Form. Æg *pag.* 150. *à* braut *Nomine*, *per* Ellipsin Praepos. á; *conf.* at vegi *superius in* praepos. at.

Brauta-sinni, m. *Genitivo pl* braúta-sinna, *itineris socius*, *comes*. Hrafn. XI. 4. *et* var. u. *vide* Sinni *l.* Sinn.

† Brauti, m. Viator, *aut Comes*, *socius itineris*. Hrafn. XI. 4. var. u *ex mente* G. Pauli, *eodem modo formatum est*, *ut* Sessi, rúni, Spialli. *ultimum exemplum claudicat*, *nam* Spialli *orator*, *fabulator*, *nuncius*, *est Verbale concretum*, *ab* ek spialla; *atqui Verbum* ek brauta *nusquam lectum est*, *ut opinor*. Fregnarbraúta, *Genitiv. pl. Viatorum sciscitandi causa*, *accipi potest*. Hrafn. XVI. 2.

Braút-

Braútingr, *Genitivo ſing.* braútingſ, *Genitiv. pl.* braútínga, m. *et* Braútíngi, *Genitiv. ſing. et pl.* braútingia, *Erro, circulator, vagus, vagulus.* Harb. V. 4. *et* var. s. Braútíngi, Viator, *hic, ut videtur, mendicus, ſicuti* gaungv-maþr, gaungv-kona, *ut* braútíngia gervi *ſit mendici habitus.* G. Pauli. *conf.* Sol. II. 5. *et* 6. *atque ibi* Me *in* n. 3. *Eadem eſt nominis ratio, in* Favrv-madr, Favrv-kona, *Mendicabulorum vocabulis.*

Bráþir, ſ. pl. *a* 1 *ſing.* bráþ, *Dapes, epulae, in* Vengbráþir, Vegn-bráþir. Fiöl. XIX. 1. var. b. *conv.* Gr. βορὰ, βρῶσις cibus, βρωτὸς *Eſculentus. Lat.* Prandium, *eliſo medio* n.

Bráþr, *adj praeceps, promtus, citus, incitatus.* Æg. XLVI. 2. Lat. *Pronus.* Gr. πρηνὴς.

ek Bregþ, *praet.* brâ, *Verto, muto. Bregþa* heiti. Alv. III 6. *Origo eſt incerta; conferri tamen poſſunt Lat.* Varius *et* Verto.

ek Breiþi, *pando, extendo.* 2) *ſterno, obduco, velo;* becki breiþa. Alv. I. 1. Breiþiz *expanditur, pandit ſe, forma paſſiva vel Deponentis Intranſitivi indidem.* Fiöl. XX. 3. *à ſequ.*

Breiþr, adj. *latus, extenſus, patulus, ſpatioſus, amplus, Breiþir* ſteinar. Þrym. XVI. 6. Breiþara, *Neutr. Comparativi,* bíta breiþara. Þrym. XXV. 6. *Goth.* Braiþs. *Aſax.* Brad. *Alam.* Breider, breit. *Dan.* Bred [Breed] *Belg.* Breed *Angl.* Broad *ex* Junio. *Ebr.* paras *pandit, extendit.* Gr. εὐρὺς. *Lat.* Apertus.

Breka, *Accuſativ. ſing., aut Genitiv. pl. in* Sús breka, Súſ-breka. Skirn. XXIX. 5. var. é. Breki m. *fluctus, mare.* Eg braka, *crepo, forte per metatheſin.* [*Conf.* Gr. βράχω *et* βρύχω. Bárvr, brekar, boþar, *Undae, undae ſonorae* l. *ſtreperae, undae ſyrtium indices, junguntur in* Ger-ſpeki Heiþ-reks. *conf.* Sús *l.* Súſſ *G. M.*] Brek, *plur. neutr. Infantum petitiunculae* [*querimoniae moroſae et moleſtae.* G. M.] *et fletus leviores, et hinc de illis adjectivum ſ. abjective dictum* brekóttr, *petax.* G. Pauli. *In Verſione autem ſua* Súsbreka *expoſuit per* Acerbitatem. *Manifeſtum vero eſt, ſi* Breka *hic ſit à* Brek pl. Sús breka *diviſim cum Membranis legendum eſſe, utcunque ſit de* Verſione.

Brenna *flagrare, ardere.* Þikki mer or augvm [eldr of] brenna. Þrym. XXVII 7. 8. brenn, *pro* brennr, 3. *ſing. Indicat. praeſentis, ut,* Sá eldr-er brenn fyr alda ſonvm. Alv. XXV. 3. Ás-brú brennloga. Grim. XXIX. 6. *conf.* renn, *pro* rennr; *in* Gloſſ. Nialae; *ita* Stell, Tell, ſkill, *pro* Stelr, telr, ſkilr, *frequentat* Jóns-b. Mbr. Barthol. Brennnomk, *pro* brennr mer, *ardet* l. *uritur mihi.* Grim. I. 6. *conf.* omk, *vel* vmk. Gr. πρήθω.

Breſta, *verb. neutr. frangi, rumpi, crepare, cum fragore (crepitu) diſſilire.* Hym. XXIX. 3. *conv. Dan.* briſte. *Angl.* bruſt. burſt. *Aſax.* berſtan. byrſtan. *Alam.* burſtan. *Germ.* Belg. Berſten, Barſten. *omnia ſine dubio ab* at brióta.

ek Breyti, *praet.* breytti, *muto, verto, vario.* lyndi breýtti. Hrafn. VIII. 6. *cogn.* Lat. verto, *utrumque incerte originis.*

Brím, n. *aeſtus maris, tropice ipſum mare.* Grim. XXXVIII. 4. *ab* at brenna. *Dan.* Brænding *eadem ratione: ita* brenna *flamma, incendium,* pro mari *poſuit* Grimkillus *curio in* Hardar-Saga, *ubi* beidir brennu-lióſſ *eſt viri appellatio.*

Brímir, (Brímr) *coctus, aut ſplendens, in compoſita voce* Leir-Brimir. Fiöl. XIII. 3. (var. h.) *quae poſteriori ſenſu exponi poteſt per aurum, collata paroemia,* ſkinn á gull þó i ſkarni liggi, *coruſcat aurum etiamſi in ſordibus jaceat. cogn. praecedenti.* Brimi *eſt* ignis *et fulgor in* Edda.

Brim-ſvín, *ſus marinus, navis vocábulum poëticum.* Hym. XXVII. 8. n. 40. *aut balaena vel balaenae, ut in verſione eſt ex auctoritate* G. Pauli. *Ita etiam* ítr vnn-ſvín, *apud* Eivindum *poëtam in* Snorrio, *rectius per balaenas quam naves exponi cenſet* J. Olavius. Brim-gavlr *tamen de navi uſurpavit* Sturla Theodori *in* Rafnsmálvm.

Bríóſt, *dativo* Bríóſti, n. *pectus.* Þrym. XVI. 5. Alv. XXXV. 1. Veg. VII. 2. Sól. LVIII. 5. *et var.* g. LXI. 5. *ASax.* Breoſt. *Ulph.* Bruſts. *Alam.* Bruſt, Burſt, Pruſt. *Belg.* Borſt. *Angl.* Breaſt. *Dan.* Bryſt. Junius *ducit* omnia *à* Gr. *πρόσθιος anterior, adverſus.*

Briótr (Berg-Dana) Thori *appellatio á gigante ei adtributa.* Hym. XVII. 7. *verbo, fractor, comſumtor, oppreſſor, vexator domitor. Nomen verbale concretum, ab at* brióta.

Bríſingr, m. *Genitivo pl.* bríſinga; *hinc Monile* Freýiae *dictum* Men bríſinga. Þrym. XIII. 6. n. 17. *nempe ab colore ſuo rutilo: nonnullam tamen difficultatem hic facit numerus pluralis; ſed aut poſitus eſt Euphoniae cauſa, aut copiae ſignificandae.* Gall. Braize *pruna.* Norveg. Briſing ignis *vehemens.* Gr. *πρῆσαι incendiſſe, à πρήθω, πρήσω, adde βράζω ferveo.*

Briſti, *pro* bríóſti. Sol. LXI. 5. var. t. briſti *etiam dixit Proavus meus* Steph. Olavius, *in* Poemate, *quod incipit:* Vínit held eg bezt brent, Vers. I. 4. *ſic et* hliþ *pro* hlióþ *invenitur ap Veteres.*

Broddr, broddz *in Genitivo, aculeus, ſpiculum, Lancea, aut Lingula terrae i. rupes in mare porrecta.* Fiöl. XXXIII. 3. *Interdum apud Veteres eſt rei pars prior, anterior; ut,* í ſvmars broddi, *in fronte (ut ita dicam) aeſtatis,* Marcus poeta *in* Knytl. ſaga. *At vera* í broddi lífs ſins, *eſſe in flore aetatis s. adoleſcentia i. juventa* (Gr. *ἀχμὴ*) *dicimus*

cimus haud ineleganter. Þar *var konq* í ferÞar broddi, — *in fronte catervae muliebris*, Niála Mbr. Reg. Broddr *n. pr. Viri.* Hynd. XIX. 8. *alias* Broddi, *quaſi primipilus, anteſignanus.* Á πρὸ *pro, prae, ante, aut* ἀ πρῶτος.

BróÞvr, *pro* bróÞrs, *fratris, Euphoniae gratia reſecto* s. Hynd. XXVII. 7. *ſic* FavÞvr *pro* FavÞvrs *patris, quod noto infra.*

Brvgginn, *particip. paſſ. rarius et elegantius quam* brvggaÞr, *coctus, aut factus, temperatus.* her ſtendr Balldri-brvgginn miödr. Veg. XII. 1. 2. *ubi incertum eſt an,* brvgginn Balldri, *in ſenſu ſunt connectenda, quò in mea Verſione ſpectavi; an potius ordo ſit:* brvgginn miödr ſtendr Balldri her ɔ: *ſtendr her til hans, ſtat illi, illum adſtans exſpectat.* ek brvgga *potulenta* coqvo, *Lat. barb.* braxo, *quod à* Gr. βράζω *derivat* Martinius; *alias hoc verbum nobis ſignificat machinor, ſtruo, paro, ut in phraſi* at brvgga Svik etc. *mihi non certum eſt uter ſenſus ſit prior.* Conf. Gr. φύρω, φυράω, Miſceo.

Brún-hvítr, adj. *candidis ſupercilliis praeditus, fem.* brun-hvit *de puella.* Hym. VIII. 3. *conf. ſupr.* brá. Gr. πρών *eſt ſupercilium montis forſan etiam ſupercilium propriè olim fuerit, Germ.* brun *tegmen adſert* Wachter *in voce* Augenbrun.

Brvnnr, m. *fons, puteus.* Sol. LVI. 6. *ubi forſan Lethe intelligitur.* ASax Byrna; Burn. *Angl.* Born *torrens. et* Burn *fons, latex Angl. vet. Goth.* brunno *Alam.* brunno, prunno. *Belg.* Born, Burn, Bronn, Brunn, *Dan* Brynd. Junius *fidenter derivavit* à Gr. βρύειν *ſcaturire. addo* Gr. φρέαρ - ατος *puteus item* βόθρος *fovea, per transpoſitionem;* Þeir brytiuÞu lík hans i brunn niÞr. Sól. XXIII. 1. 3.

Brúſi *in compoſita voce* Flot-brúſi (*quam vide ſuo loco*) *caper Eddice.* Hym. XXVI. 5. *Mihi ignota eſt proprietas et origo hujus vocis, conferri tamen volo vocem* bruſkr m. *quæ pilorum l. ſetarum collectionem denſam et criſpam notat* [Brúſi *gigas notiſſimus, eſt hominum barbatiſſimus.* Skegg-brúſi *homo probe barbatus.* brúſi *appellative, urceus, ſenis barbati effigie inſignitus: et talem fuiſſe navigii proram pro vario veterum inſigniendi modo, vix dubitaverim.* G. Pauli].

Brúðvr, f. *ſponſa, nova nupta,* Alv. I. 2. Þrym XXX. 4. *ubi eſt phraſis* bruÞi at vigia. *Genitivus eſt* brúðar Alv. II. 6. *et* IV. 2. 2) *poëtice ex legibus* Eddae *mulier quaevis, virgo, puella, uxor; Sic* Fiöl. XLIII. 5. Jötuns bruÞir *in pl.* Hynd. IV. 6. *conf.* Hynd. XLVI. 3. bruÞir Berſerkia. Harb. XXXV. 1. Brúðvr himins, *ob ſplendorem ſuum ad inſtar ſponſae, ſuaviter vocatur* Sol.

Grim. XXXIX. 6. *A* Gr. πρίαμαι emo, *quod* uxor olim *emeretur pecunia. conf* Man, *puellae vocabulum.* priod *vel* priot *in lingua* Celtica, *eſt proprius, item* maritus, *ut* J. Olavius *me docuit; conf. Lat.* Privus, *quatenus eſt idem ac Proprius, add.* Gloſſ Diatrib. *A* Brúþvr *ſponſa ſunt compoſita:*

Brúþar-lín n. ſing. Þrym XV. 5 6. n. 21. *et* Brúþ-fe n. *Genitivo* Brúþ-fiár. Þrym. XXIX. 3. n. 45. 46.

Brynia, f. *Lorica. Accuſativ.* bryniv. Hynd. II. 6. Brynium [er] vm bekki ſtráþ. Grim. IX. 6. *Lat. Barb.* Bronia. *Asax.* Byrn *Thorax Germ. Vet.* Brun *munimentum pectoris, thorax, lorica, apud* Wachterum. *Forte à* Gr. φράττω *ſepio, munio,* φράγμα *Septum; unde et Lat. Cataphracta originem ducit.*

ek Brýt, *praet.* braút. Hym. XIX 1. *Infin.* at bríóta, frango. 3. *ſing. praet. Subjunct.* bryti Hym. XXVIII. 8. 3. *pl. praet.* Þeir brvtv, *naufragium fecerunt, elliptica dictione.* Form. Grim, pag. 36 *Ebr.* paratz *rupit, effregit.*

at Brytia, *fruſtatim diſſecare, contruncare, minutim concidere, partiri,* 3 *pl. praet.* brytivÞv. (*conf. ſupra* Brvnnr *ſub fini*) Sol. XXIII. 3 n. 30. *ab* ek Brýt.

at Búa, (*prima* ek bý, Alv. III. 2.) *manere, habitare: item active ſive tranſitive, colere, incolere, inhabitare, inſidere, conſtruitur cum Accuſativo rei, ut in hoc:* Þegar mvno Jötnar Ás-garÞ búa. Þrym. XVIII. 5. 6. *Asax.* Bugan. *colere, inhabitare.* At búa, *etiam de manſione tranſitoria,* e. gr. *unius noctis, invenitur apud* Veteres, *uti bis numero in* Ol. h. Saga Snorrii, Cap. CLXXXIX. *Asax.* Beon *eſt* Eſſe, *unde Germ.* ich bin, *et Angl.* to bee, eſſe; *omnia haec ad* Gr. φύω *ſum, aut* βιόω *vivo, poſſunt referri; Verbum autem noſtrum* at búa *retulerim lubens ad Asax.* Beon, *eadem ratione atque noſtrum,* at *Vera* (Veſa) *eſſe, ſaepe notat Manere, commorari, unde* Viſt f. *manſio, domicilium, hoſpitium. Niſi quis malit ducere à* Gr. παύω πάυομαι, *ceſſare facio, ceſſo, quieſco, certe in Compoſitis; ut illa prius obſervata ſignificatio brevis manſionis ſit noſtri Verbi,* at búa, *prima et propria.*

Bvgr, m. *Flexus, curvamen, ſinus, anfractus, ancon.* hús meÞ bvgvm Grim. XXIV. 3. *Asax.* Bugan, bygan, *flectere, curvare. conf. Lat.* Vieo.

Búi, m. *incola, colonus, oeconomus; vicinus, extraneus* (*conf.* Ind. Húngrvkvae) n. pr. *unius filiorum* Arngrimi. Hynd. XXI. 5. *item* Viri celebris Bornholmenſis *in* Jómsvikinga-Saga. *Eſt nomen Verbale concretum, a* Verbo at Búa. Dani *malunt hodie* N. pr. Bugge, *quod et commode referri poteſt ad Verbum* ek byggi (byggvi) *infra viſendum.*

Bvndinn, *particip. paſſ.* Verbi Ek bind, *Vinctus, copulatus, nexus,* ráþ viti bvndin. Sol. XXXII. 2. *prudenter concinnata.*

Bvrr,

Bvrr, m. *Genitivo* bvrar, Grim. XLIX. 5, *item* Burs *in nomine* propr. *patris* Odini, Hynd. XXVIII. 2. *Dativo et Accuſ.* bvr, *uno* r, Grim. XLII. 6. Æg. XXVII. 3. *Partus, foetus, puer, filius. Abſolute ponitur*, Hynd. XXXIV. 9. XXXIX. 3. *ſed ordinarie additur nomini parentis* ut jarþar bvrr, Þrym. I. 7. *et* Inn-ſteins bvr, Hynd. VI. 8. var. f. *ubi notare libet τὸ* bvr, (*adoptata* var. Lect. e. Ottar, *ex* Cod. Flat.) *accipi poſſe pro Accuſativo, hoc ordine verborum in loco intricato:* Er þú hefir í valſinni ver þinn Óttar únga Innſteins *bvr*, Cum tú *adhibeas in peregrinatione* (*votiva, religioſa, Germ.* Wall-fahrt) *Virum* (*aut Verrem*) *tuum Ottarem* — Innſt. *filium. Non eſt merè poëtica vox, quod liquet ex illo trito verbo, de homine alieno:* han er hvarki *bvrr* minn ne bródir, *ille neque eſt filius meus nec frater. Ab* at Bera, *quò reſpice; Conf.* Barn, *in* Gloſſ. Diatrib. *Aut forſan eſt à* Sequenti *truncatum.*

Bvrþr, m. *Genitiv. pl.* bvrþa, *partus, generatio; progenies, ſuboles, natio, genus.* Hrafn. XI. 3. Bvrþr *proles.* ad bera. *ſc.* í liós *l.* fram, *parere* 3æ *Conj. l.* hafa borit, *per Temporum enallagen. Convenit Lat. Pario.* G. Pauli. *Vox tamen* Bvrþr *perrara eſt hoc ſenſu; at illo altero, quo Partionem, genituram, nativitatem ſignificat, tritiſſima. Aſax.* Byrþor *eſt Foetus. Alias* Bvrþr *prima ſua notione eſt portatio, geſtamen, probabiliter etiam onus per Metonymiam Adjuncti, unde hoc loco accipi poteſt τὸ* Banda bvrþa etc. *de Laboribus et aerumnis, quibus Dii et eorum Socii* (*homines*, Dvergi, Álfi) *ſive inſtantibus premuntur, ſive imminentibus terrentur, in obſcura hac Oda. Denique* Bvrþir m. pl. *ſunt vires, vigor, valentia: unde 3tius hic exiſtit ſenſus: Conſuluit — de Valetudine*, l. *Salute Deorum*, an, *et quo pacto, Dii ſalvi et incolumes ex hac calamitate forent evaſuri.* Bvrþir *autem hoc ſenſu inde dicuntur, quod quis ſibi ipſi et aliis rebus portandis idoneus ſit. Quodſi tertia illa interpretatio admittatur*, Ef, Str. 6. *ſimpliciter pro* ſi *accipiendum exiſtimo.*

Bygg, n. *hordeum; latius Segetis* l. *frugis vocabulum.* Alv. XXXII. 1. n. 67. *conf.* XXXI. 2.

ek Byggi, *et elegantius* Byggvi, *maneo, habito; item active cum Accuſativo rei, Colo, incolo, inhabito.* Grim. XV. 4. XI. 4. Byggia ſaman, *dicitur de conjugibus*, Skirn. XX. 6. Dan. Vet. boe hos nogen, *Eodem ſenſu poſitum invenio in lepida oda*, Det tvungne ſamtykke, *quae eſt tertia in Collectione* Sandvigii. *Vide* at Búa *ſuperius.*

Byggvir (Beyggvir), n. pr. *Viri.* Æg XLVII. 1. XLVI. 1. *Vel eſt nomen Verbale ab* ek Byggvi, *et ſonat incola, villicus; vel idem eſt ac* Böggvir *auctor moleſti-*

moleſtiarum, quod cognomen geſſit Klövius *ille celebris, Samſon Iſlandorum. Vid. Ind.* Landn. b.

Byrla, *potum miſcere* l. *infundere*, item *potum offerre, proqinare cui.* Æg. LIII. *in Proſa. Asax.* Byrle, *pincerna.* à Biórr.

Byrr, m. *Ventus ferens, Accuſativo* byr, *uno* r, Form. Grim. *pag.* 37. *Accuſatiuo pl.* byri. Hynd. III. 5. *ab* at Bera *ferre. Dan.* Bör.

Byrþyr, *f. in pl.* Byrþar, *Geſtamen, onus, faſcis, ſarcina, φόρτος.* Sol. LXIII. 6. *alias* Byrþi, *pl.* Byrþir, *idem, eadem formae variatione ac in* Heiþi *et* Heiþyr *Teſqua,* Veiþi *et* Veiþyr *Venatio. Ab* ek Ber.

Býþr-at, *uon offert.* Fiöl. III. 3. Ek býþ, han býþr, *Praet.* baúþ. *Infin.* at bióþa, *offero, defero, polliceor, exhibeo, praebeo. Dan.* at byde, Germ. bieten. *Lat.* Vito *in Compoſito. Invito.*

C.

Voces notatu dignae ab hac Litera incipientes quaerantur in K, *cujus ea vicem ſaepe fungitur in* Mbr. Reg. *quàm rectè interdum, non diſputo; uti ante* e, i, *in* ſcefr, Harb. XXI. 2. ſciálfa, Æg. LVI 1. Sciöldr ſcinanda, Grim. XXXVIII. 3. Aſci, Grim. XXXII. 3. drycci, Æg. X. *in Proſa, pag.* 155. becciom, Æg. XI. 6. *in quibus etiam enuntiotur ut* K.

D.

Dægr, n. *à* Dagr. Dægr ok daga. Fiöl. L. 3. n. 67. *forte exponendum: diem ex die.*

at Dæma, *poëtica, Loqui, colloqui, confabulari; ſermocinari;* viþ þór knáttv her *dæma.* Harb. VIII. 8. viþ einhveria dæmdag, *de ſermone amatorio,* Harb. XXIX. 2. *dæma* vm jofra ættir. Hynd. VIII. Dæma, *jus dicere, conventum habere.* Grim. XXIX. 4. XXX 7. *Ebr.* thaam *judicium, ſententia,* Dabar *Locutus* eſt, Dabyr *dictum,* dobe *ſermo.*

Dæmi, n *Exemplum, in* Fá-dæmi pl. Sol XIV. 1. J Olavius *optimè ducit a* Gr. *δείγμα idem notante.*

Dæſtr, *feſſus,* ad *languorem redactus.* Sol. III. 2. at daſazt, *eſt defatigari, elangueſcere ab nimio labore, quod participium facit* Daſadr, *unde hoc* dæſtr *forte eſt contractum.* ó-dæſinn *Indefeſſus, impiger, alacer, eſt. Vocabulum poëticum, ex quo colligi poteſt, quod Verbum* at dæſa *aliquando extiterit; ſi ita eſt,* Dæſtr *foret hujus particip. paſſiv. Con. Danicum Verbum Vulgare,* at deiſe, *an* dejſe, *Collabi, corruere, item* döſig *Languidus, defeſſus, ſomnolentus. Omnia ſunt ab* Dá *diliquium animi, defectus vigoris, ſtupor, torpor; Ebr.* Daveh *Languidus.*

Dagaþr vppi, *à die oriente, ſupra tellurem deprehenſus.* Alv. XXXIV. 5. *conf.* XVI. 3. n. 37. *Particip. paſſ. ab Impersonali*

perſonali activo, mik dagar vppi. *Aliud eſt Imperſon: neutrum*, þat dagar *dieſcit.*

Dagr, m. *Dies; latius, tempus. vide* Alv. XXII. n. 46. Á mörgvm degi. Sol. LXXIII. 5. Fleſtan dag. Grim. XV. 5. gerſtan dag. Skirn. XXX. 2. hverian dag. Ibid. 5. Grim. XX. 2. Dag hvern. Grim. XXIX. 4. XXX. 7. *Gloſſ.* Synt. *et* Niâlae.

Dag-ſævi, m. *in Accuſativo* -ſæva, *Aëris tranquilli ſ. malaciae Vocabulum.* Alv. XXII. 5. *et* n. 46. Dagſvera *idem*, Ibid. 6. *Vide* Sæfi, Sefi, *ſeorſum.* At Vera *interdum notat manere in uno loco, unde* Vera *Manſio, mora, quies.*

Dag-ſtiarna, f. *Accuſativo* -ſtiörnv; *proprie Lucifer, phosphorus, Venus; translate Solis adpellatio.* Sol. XXXIX. 2.

Dáinn, m. *Cervi* n. pr. Grim. XXXIII. 4. *vel à* θοὸς *celer, vel* δέος timor, δείδω *timeo, ſicut Dama* (Daa l. Daa-dyr) *quibusdam apud* Becmannum *in* Origg. pag. 1107 *ducitur* à Gr. δεῖμα, δειμὸς, *timor. conf.* Hiörtr. Dáinn, *etiam dicitur Vulpes in* Edda; *conf. noſtr.* tóa *vulpes, Thous canis* n. pr. *ap.* Ovidium, et Gr. θῶς θωὸς, *Lat.* Thos, Thois, Plinio, *Lupus cervarius.*

Dáinn, m. n. pr. *nani.* Hrafn. III. 5. Hynd. VI. 10. *vel ejusd. originis cum praeced. vel à* Gr. δύνω *ſubeo, ſub terra enim habitabant* Dvergi; *vid.* Alv. III. 2.

Dáinn, m. n. pr. Hrimthurſi *ſoporem immittentis, aut Somni, tanquam Perſonae vocabulum.* Hrafn. XIII. 3. 4. 6. n. 56. Dáin, f. *Noctis vocabulum, eadem ex ratione.* Ibid. var. d. *à* Dá n. *ſupra adlato ſub* Dæſtr.

Dala, *Accuſativ. pl. pro* Dali. Vaf. XIV. 6. Dali, *Dativ. ſing. pro* Dal. Harb. XVII. 7. *à Dalr Vallis, Angl.* Dale, *Goth.* Dalei, *Alam.* dal, tal. *Dan. Belg.* Dal. *Cymr.* dól *et* doldir *eſt locus humilis*, planus. — *ASax. apud* Caedmonem dal *uſurpatur de Barathro infernali;* Afdæl, *exponitur deſcenſus, in Ead. Lingua. ex* Junio. *Add.* Ind. Landn. b. *Antiqua origo horum omnium ignoratur.* Dalr *eſt arcus in* Edda, *quod nomen probabiliter habet à curvitate ſua.*

Dapr, adj. *triſtis. Dapr dagr, de die emortuali.* Sol. XLV. 3. Daprar-nætvr. Sol. XIII. 1. Davpvr heim-kynni. Harb. III. 4. *Hinc Adverb.* Daprliga, *maeſte, aut etiam aegre, languide.* Sol. LVIII. 3. *Ebr.* Daab *doluit, maeſtus fuit.*

Dáſamligr, adj. *Mirificus, admirandus, praeclarus, illuſtris.* Dáſamligt Fræþi. Sol. LXXXIII. 1. *ab* at Dáſama *admirari, collaudare*, dáſamandi, *admirandus.* Gudmvndar biſk. S. *et* Hryggiar-Stycki. *an* Dá, *quod excellentiae notionem habet in quibusdam Compoſitis, ut* Dá-fríþr, Dá-góþr, *et in ſimplici* Dáendi, *ſit à* Dáþ *virtus, an potius aliunde,*

unde, quod magis crediderim, non vacat inquirere; conf. Gr. τίω *aestimo, honoro, et* δα *particulam intensivam.*

Daúfr, *adj. surdus.* 2) *insipidus, fatuus.* 3) *subtristis, languidus.* Dauft í ranni. Harb. III. var. x., *conv. Dan.* Döv. *Germ.* taub. *Belg.* doof. *Angl.* Deaf. *Asax.* deaf. *Alam.* toúb. *Videri possunt abscissa ex* Gr. τυφλὸς, *quod licet ut plurimum usurpetur pro Coeco, aliquando tamen etiam Surdum significat:* τυφλὸς τίτεται καὶ ἀντὶ τοῦ κωφός. Hesych. *Etiam* Suidas *adducit illud* Sophoclis, τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τὰ τ' ὄμματ' εἶ. *Non tantum* captus es *auribus, sed et mente atque oculis. Ex* Junii *Etymolog. Angl. Forte est, à* Gr. κωφὸς, *mutata palatina in* Lingualem, *ut* κεῖνος (ἐκεῖνος) Dorice τῆνος.

Davgg, f. *Accusat. pl.* davggvar, Vaf. XLV. 4. *Ros, pluvia.* Vaf. XIV. 6. *Dat.* davggv. Veg. X. 7. Gr. δεύω rigo.

Davkkr, *adj. ater, obscurus, fuscus.* þær hinar davkkvu konvr. Sol. LVIII 2. n. 82. Enar davkvu nætvr. Sol XIII. 2. var. b. *Origo est obscura; conferri tamen possunt, Angl.* Darke, *Asax.* Deorc, *obscurus, tenebricosus. Hibern.* dorcha *idem, adferente* Edwardo Lye *apud* Junium. *Germ.* Dunckel. *Cambro-Brit. vel Armor.* Du *l.* Dy *est Caliginosus, ater niger, teste modo laudato* Edw. Lye *ap.* Junium *in Voce* Dimm.

Dáþ, *pl.* Dáþir, *vigor animi et corporis, vis activa, virtus.* Dofna Dáþir. Hrafn. XIV. 1. *conv. Dan.* Daad, *Germ.* that, *Angl.* Deed, Actio, factum, *Belg.* Daed, *Alam.* dat, tat, *Asax.* dæd. *Angl.* Doe *agere, facere. Asax.* Don, *Alm.* Duon, Tuon, Tuan. *Belg.* Doen (*Germ.* Thun) *Ulph.* Taujan, quae M. Casaubonus *derivata censet ex illo* θεῖναι, *recte quod olim significabat* facere, operari — *ipsum vero* Taujan *planissime refert.* Gr. τεύχειν *facere, parare. ex* Junio. *Hebr.* Dai *l.* da, *sufficiens, addi potest.*

Dáþ-rakkr, *adj. virtute promtus, vegetus, impiger,* Thori *epithetum.* Hym. XXIII. 2. *sic* Dáþum rakkr *dixit* Gunnarr Hámundi *mortuus in carmine de se ipso, vide* Rakkr *in* Gloss. Nialæ.

Deigia, f. *mulieris vocabulum sive convicium, ambiguae notionis.* Æg. LVII. 6. *conv. Dan.* Deje, *de quo vide* Wadskiæri poetiske Skueplads, *pag.* 193, 194. *Videtur omnino vox esse á* Deigr udus, *humidus; sive* Deigia *sonet proma conda, rei cibariae* procuratrix, *qualis Danice rure vocatur* Boe-Deje, *nempe ab rebus humidis quas tractat, ut* lacticinia *et alia id genus; sive potius sonet concubina, aut etiam latius* scortum, *itidem á* Deigr *esse potest, quod* ejus *arvum genitale saepe madeat. Alias* Deigia *exponi posset* lotrix, *et tum arguta foret oppositio inter* Deigia *et* dritin. *Denique, si retinere libeat versionem meam*

meam in ipſo Libri Contextu, Deigia *referri quiuerit ad* Þy ſerva. Dækia Iſl. *eſt convicium muliebre, notionis incertae, et cum* hoc noſtro vocabulo *conferri poteſt. Sed quod ad* Deigia *proma, conda, diſpenſatrix, pertinet, conſulenda eſt Conſtitutio* Pauli *Archiepiſcopi apud* Dr. F. Johanneum. Hiſt. Eccl. Tom. I. pag. 510: *et* Ea vox, *ſi ita magis lubet, non male duceretur a* Gr. δαίω *partior, ſicut* Bryti *diſpenſator ab* at brytia partiri; *et ſane haud improbabile eſt,* Beylam *fuiſſe promam condam, ſicut, ſuum maritum fuiſſe promum condum, ex* Lokil *in eum convicia probabile ſit.* Æg. XLVII. 1, 2, 3. *Interim tamen omni dubio non caret, an* múnka Deigiuſ, *in loco* Hiſt. Eccl. *praedicto, recte exponantur per diſpenſatrices, cum non minori ratione queant exponi per* concubinas *uti* Wadſkiærus *fecit* loco ſupra citato. [Deigia, f. mador, humor; *hic adjunctum pro ſubjecto.* G. Pauli].

Deigr *eſt á* Gr. δεύω *rigo, humecto.*

ek Deili, -di, at deila, *divido, partior, diſpertio, diſtribuo, Separo.* Iſing — *deilir meÞ* alda (jötna) ſonvm Grvnd *ok meÞ* goÞvm, — *eorum regiones disjungit.* Vaſ. XVI. 1. 3. Deila med, mönnvm. mat. Æg. XLVII. 3. -víg meÞ vervm. Æg. XXII. 3. n. 23. at deila ſe FavÞvr. Skirn. XXII. 6. *ubi,* at deila, *quanquam inſolenter, reddi etiam poteſt, particìpare, participem vel conſortem eſſe.* 2) *Certo, contendo, ſimpliciter.* Harb. XIV. 2. *hinc:* Ek deildaç viÞ Óþinn mína orÞſpeki. Vaſ. LV. 7. 8. ↄ: *certavi cum eo de eloquentia, aut* (*cum ignota ſit conſtructio,* at deila eitt, *pro* deila vm eitt). *Impertivi meam eloquentiam Odino, communicavi eam cum Odino,* ↄ: *feci, ut ſciret quam ſim eloquens. Mihi Verbum hoc eſt* à Gr. δαΐω *divido, partior, inſerto* l, *aut* à δαΐζω *idem, permutatis inter ſe lingualibus.*

Dellingr, m. n. pr. *patris Diei, qui ex Aſorum erat gente, teſte* Edda. Vaſ. XX. 1. 2. Hrafn. XXIV. 2. 2) Nani n. pr. *in* Edda, *et probabiliter quoque in* Fiöl. XXXV. 5. à Gr. δῆλος *clarus, perſpicuus. vide* G. Pauli, *infrà in Nomine* Heim-dallr.

ek Dett, at detta, *Cado, labor, procido, decido.* Detta hendvr. Hrafn. XIV. 2. à Gr. πέτω, *pro* πίπτω cado, *quaſi* πτέτω *Attica dialecto. Ita, ni fallor,* Digvrr, craſſus à Gr. παχὺς.

Díar, *m. pl. accuſ.* Dia, *Dii, Divi; principes.* Hrafn. XVIII. 6. *Simpliciſſimum videtur, ſi nomen Latinum Deus Aeolicum* δεὺς *dicamus eſſe: hoc autem ab Hebr.* Dai, *quod eſt* ſufficiens, et perfectus. δεύς, ζεὺς, σδεὺς. *Simile eſt, quod alii faciunt à* δῖς, διὸς: *quod eſt nomen* Jovis, *et communiter etiam* dei *ap.* Graecos: *ſed ap. Cretenſes* θῖος (θιὸς): *qui*

qui et θιὸς *Aeolice. Ex* Becmanni *Originibus Lat. in pag.* 405.

Dimmr, *Angl.* Dim. Enar dimmv nætvr. Sœl. XIII. 2. *var.* b. *vid.* Dymmr *infra, nam hanc ſcriptionem, in re incerta, praeferendam credo. Conferri poſſunt: Lat.* Tenebrae, *quam vocem* Angel. Caninius, *aliis, ſi quid video, rectius, duxit à* Gr. δνοφερὸς obſcurus; *item* Germ. Demmericht *ſublucanus (forte et* ſubluſtris, ſubobſcurus), *Demmerung crepuſculum.*

Díſir, *Deae, divae, ſingul.* Dís, *conv.* Gall. Deeſſe. Díſir drottins mála. Sol. XXV. 1. *fortaſſe ibi intelligantur virtutes, tanquam perſonae per phantaſiam poëticam ſpectatae;* — drottins mála, *quas Verbum Dei colere praecipit;* — hollar í hugum, *favorabiles, nempe in te commendando apud Deum, ut ob earum cultum praemium referas; et praeterea* hollar etc. *ob tranquillitatem mentis tuae recti ſibi conſciae.* Dýs, *nympha, vid. ſuo loco.*

Diupr, *adj. altus, profundus.* ketil raſtar diupan. Hym. v. 6. *et* 8. diúpr mar *pro* diúp, haf, *maris appellatio: vel* diúpr *maris epithetum.* Alv. XXIV. 6. n. 51. *Dan.* Dyb. *Germ.* Tief. *Angl.* Deep. *Belg.* Diep. *Asax.* Deop. *Alam.* Tiuf. *Cym.* Dwfn. *Goth.* Diups. *origo Omnium eſt incerta.*

at Dofna *langveſcere, torpeſcere, hebeſcere, ſtupeſcere, deficere:* dofna dáþir. Hrafn. XIV. 1. a dofi m. *torpor, abſentia ſenſus, ſtupor, quae ultima vox non differt à dofi niſi ſibilo praefixo. vid. ſupra* Dæſtr *et* Daufr.

Dögri *Dativ ſing.* á Dögr *pro* dægr *q. v. ſupra.* Eino dögri *ſemel.* Skirn. XIII. 4. n. 14.

Dökk-Álfar (Döck-álfar), *genii ſubterranei, lucifugae; cacodaemones.* Hrafn. XXV. 8. *vid.* Davckr *ſupra, et* Alfr. *conf.* Eddam *de duplici* Alforum *genere.*

Dólgr, m. *nominativ. pl.* dólgar, *in compoſita voce* Savkv-dólgar. Sol. XXIV. 4. *vi vocis Bellator, hoſtis, adverſarius.* Dólg, f. *praelium, in* Eddae *Nomenclaturis. conv.* Lat. *Duellum, quatenus Bellum notat; Duellio, Certator, gladiator, item Rebellis; Duellis adverſarius.* Feſtus: *Duellum bellum, videlicet quod duabus partibus de Victoria* contendentibus *dimicatur.*

Döma *pro* Dæma. Harb. VIII. 8. *var.* e. Dömi, *pro* dæmi, *judico, cenſeo.* Harb. XLIV. *var.* 1. Dömþac, Harb. XXIX. 2. var. h *plane abſurde per* þ *in medio poſt* m. *teterum ſcriptio* at döma *pro* dæma *judicare haud abſurda eſt, ſi* verbum *derivetur à* Dómr; *Uſus tamen ei refragatur, olim rarus, hodie nullus, ſi á Danico* at dömme *diſceſſeris.*

Dóm-valdr, Dómf-valdr, m. *in genitivo* -valds, *judcii gubernator, praeſes, moderator, ſummus judex; aut etiam poë-*

tice

tice judex ſimpliciter. Per eminentiam ita adpellatur Deus Opt. Max. Sol. XXIX. 3. *et* var. r. Dómr, m. *judicium, ſententia, item judex ipſe, et judicum collegium l. conſeſſus, ſaepe in* Grá-gás; Sp. Reg. *in Hiſtoria* Stephani, pag. 656. *var.* h. Þá *kvad dómr* ſva at ordi. *Conf.* at dæma *ſupra, et ibi dictis adde* Ebr. Dun *judicavit, diſceptavit, cauſam ègit, jus dixit.* Valdr m. *ab* at valda, *potens, Dominus, arbiter, auctor.*

Dorg, f. *in pl.* Dorgar, *arundo piſcatoria, lineola cum hamulo ſubtus adnexo.* Form. Grim. *pag.* 36. Ovidius *in* Arte Amatoria, Lib. II. 77. . . . *tremula* dum captat *arundine piſces. Forte ab* at draga, *quaſi* dróg *tractitia, ſc.* linea, *ob tractum ſaepe repetitum literis transpoſitis. conferri interim poſſunt:* Gr. ταργάνη *pedica, nexus;* Lat. *Tragula, quatenus inſtrumentum piſcatorium notat;* Gr. τόρος, Lat. *Torus, funiculus. prior pars vocis* Dor-díngvll, *filum pendulum aranei, fortaſſe huc referenda ſit. Verbum* Færeyenſium, at dyrgia, *vide ap.* N. Mohrum *in* Scriptis Societ. Lit. Iſl. Tom. III. *pag.* 194. 195. Dragg, Anglis *eſt harpago.* At vera ſ dorgvm, *metaphorice ſumi, de deſiderio captandi, monuit* G. Andreae *in* Lex. *hac* voce.

Dorri, (Dori) *n. pr. viri.* Fiöl. XXXV. 4. Dorri, *et* Dvri, *in* Nanorum *nominibus* Eddicis *occurrunt; quorum prius* J. Olavius Grvnnavicenſis *timide retulit ad* Dorri *aries, aut ad* Dorra f. *oratio prolixa (item latius Series prolixa, agmen prolixum, Gall.* une tirade, *a verbo* Tirer, ducere, trahere); *fortè cogn.* Lat. Tardus, *ut* Dorri *ſit* Cunctator, *atque* Aries *dictus* Dorri *ob* tardam naturam. *Alterum* Dvri Olavio *eſt* Oſtiarius, *ſi autem ſcribatur* Dúri, *valebit* Dormitator, *ab* Dúrr, m. Somnus, *abſciſſa vox à* Gr. δαρθάνω, Dorri, *Cognomentum fuit* viro nobili Cimbro *in* Knytl. Saga, *quod ei contigiſſe credibile eſt, vel ob* Lentitudinem in negotiis exſequendis, *vel ob* ingenii in puero tarditatem; *conf.* Me *ad* Hynd. XV. 9. n. 30.

Draga, *prim. praef.* ek Dreg. Trahere, ducere, ductare. Þeir ſkolv ſól draga, *de* Equis ſolis. Grim. XXXVII. 3. *conf.* Hrafn. XXIV. 7. 8. *ubi* dró *eſt* 3. praet. ſing. Þær drógv-ſteina, *de* feminis molentibus. Sol LVIII. 1. 3. *Dan.* Drage, trække. *Germ.* Tragen. *Aſax.* Dragan. *Angl.* Draw. *Lat.* Traho *ſine dubio à* Noſtro *eſt, cum de ejus origine nihil probabile invenire quiverint* Etymologi. *conf. tamen* Gr. δράσσω, δράττω, prehendo.

Draſill, *in* Ygg-draſill, *vid.* Dröſvll.

Draúmr, m. Somnium, *Dativo* Draúmi, Draúm, Sol. LXXXIII. 3. *cum* Var. Draumſ ætlig Þer, *pro* ek ætla Þú fert í draumi-

á draumi, *vel* Ek ætla þik dreými, *translate hoc loco, pro*, cenſeo te ineptire *vel* delirare. Hynd. VI. 2. Gloſſ. Synt, *hinc compoſita:*

Draum-niórvnn, f. Noctis *adpellatio poëtica; quaſi* Somniorum contextrix, *aut* quae ſopore devincit *vel* adſtringit, *ſi* Draúm *pro* Somno *capiendum ſit.* Alv. XXX. 6. n. 66. *conf.* Niórvnn *ſeparatim*, Narvi, et Niarþ-láſſ. Sandvigius *vertit* Drömklarhed, *ratione mihi ignota.*

Draupnir, m. Sol. LI. 6. *in Compoſito* Ský-draupnir, *qv. vide. revera* Verbale concretum, *ab* ek drýp, at drupa, *vel* Drúpi, at drúpa, *quae inferius addúcam.* Dravpnir, Annuli n. pr. Skirn. XXI. 1. 5. n. 21.

Drecka (Drecca), f. Compotatio, convivium; *in nomine* Prologi Loka-Sennae, *pag.* 148. *Et* Grim. XLIV. 6. *ab* at drecka *bibere.*

Dreki, *m. Accuſativo ſing. et pl.* Dreka, Draco, Anguis alatus l. volatilis, *in Complexa voce* Vonardreka. Sol. LIV. 2. Dracones *dicti ἀπὸ τῦ δρακεῖν, quod eſt*, videre: *clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex cauſa incubantes eos theſauris cuſtodiae cauſſa finxerunt antiqui, ideoque* Aeſculapio *attribuuntur, quod vigilantiſſimi generis putantur, quae res maxime medicinae neceſſaria eſt.* Feſtus, Edit. Gothofredi. *Eſt autem* Gr. *δρακεῖν variatum per transpoſitionem à δέρκειν. Cum* Dreki *conv. Aiax;* draca, *Alam.* drache, *Dan.* drage, *Cymr.* draig, *Hiſpan.* drágo, *Belg.* draeck. Gr. *δράκων*, *Gall. Angl.* dragon, *Ital.* dragone.

Drengr, m. *vir fortis, in rebus gerendis ſtrenuus, juvenis; Genitivo pl.* Dreńgia, *in* Cognomento *feminae illuſtris*, Drengia-móþir. Hynd. XVII. 2. Mihi *vox eſt à* Gr. *δράω*, *δραίνω*, *facio: Conſule* Eddam *in* Manna heitvm, *quae propriam ejus notionem tradit.*

Drepa, 1. *praeſ.* ek drep, *Praet.* drap, *pulſo, fectio, percutio, tundo, caedo.* Drepa *einn* -vendi. Skirn. XXVI. 1. -þorni. Hrafn. XIII. 3. *et* 5. -hamri. Æg. LXI. 4. *et* 6. Drep viþ haús Hýmis -kalki hveriom. Hym. XXX. 5. 8. Drepa *einum haufuþ* af halſi. Æg. LVIII. 4. *et* 5. Drepa *einn* í hel. Harb. XXVI. 2. *vid.* Sol. VI. 3. n. 8. Draptv á vett (vætt) ſem völvr, *pro*, þú drapt *etc.* Æg. XXIV. 3. *ita dictum, aut* at drepa á dyr; *conf.* Avnn *antica, aedes, ſupra, et* Vætt *infra, in hac enim voce tubat praecipua obſcuritas hujus loci.* [Draptv á vett (vætt) *Intinxiſti in madidum* ſ. *madefactum, partic. à verbo* ek væti, *humecto, madefacio Vel forte* Væt, ɔ: vætv *liquorem.* Ad drepa á, leniter *attingere* (*digito*) *item Metaphorice de Sermone. Sed et idem quod* drepa í, *et* vpp úr, *unde* Adrepa, *embamma, intinctus. Quemadmodum*

modum vero foediſſimae actionis [Seidicae *ſc. vide* var. c. *ad* Verſum Citatum. G. M.] *modus bene nos latet, ita doctiſſ.* Hypnoneſio *libens aſſentior, derivationem vocis* Seidr à *coctione minus probanti, quanquam hic de herbarum (Sagarum more) liquoribus excoctis haut abſurdum fuerit cogitare: ut enim* Seýdr à V. ek ſyd *per ypſilon* recte *ſcribitur, ita et per* i Seidr *pro* Sædr, à Sæd, Sædi, *eadem rectitudine. Hic (ſi uſum malignum et pudendas caerimonias cogitemus) quamvis turpitudinis plus ſatis eſſe poterat, tamen nec altera adhuc foedior atque immanior impoſſibilis, ab eadem radice ducta, nec propius vel demonſtranda vel aſpectanda, conſentientibus facile Lokonis verbis.* G. Pauli. *In ceteris quidem, quae ad* Seidr *pertinent, dixit haud aſpernanda; Sed, quod* Vætt participium *pro* Nomine ſubſt. *capi poſſit, hoc ſenſu ut Liquorem notet, id nego eſſe ex* Linguae *genio, interea dum exemplo aliquo, ſaltem analogia, probetur: nam alterum* Væt, *pro* Vætv, *non eſt Auctoris, ſed ipſius* Interpretis: *Et praeterea velim ſcire, quid ex mente Interpretis* Odinus *in madidum dicatur* intinxiſſe, *et cui uſui fuerit* intinctus iſte. *Ego, ne tantummodo alios culpem, ipſe nihil adferens ad* loci hujus obſcuri *expoſitionem, cum* Interprete *accipio Verbum* at drepa à, *pro attingere, et ſubaudio* Túngv *Lingua, deinde per* Vætt *intelligo Umbram* ſ. *larvam mortui evocati; ſic verto: Et lingua attingebas larvam* ɔ: *eam adlambebas; Et puto hic tangi necromantiam* Odini: *nam fama eſt, Evocatores mortuorum conſueviſſe, tabum hiſce ex ore et naribus profluens lingua lingendo demere* ſ. *purgare, quod foedum officii genus appellatum eſt*, at taka vitin à draúgnvm, *verba*, occupare ſenſus larvae. *G. M.*] At drepa Fæti, *offenſo pede lapſare.* Epilog. Grim. pag. 66. *hinc* Fót-dræpr heſtr *dicitur equus ſternax, alias* hnotgiarn. *De origine* Verbi *parum liquet: conferri tamen poſſunt*, Gr. θραύω *frango, Ferio*, θρύπτω frango, frio, τρίβω, *tero, tundo.* Ulph Draiban *eſt Tundendo excavare, quocum confer*, at drepa á gat, *Foramen incutere, apud* G. Andreae; *qui cum verbo hoc confert* Gr. τρύπα *foramen*, τρύπαω *terebro, ita enim in Eo legendum eſt pro corruptis* δρέπα *et* τρέφω. In Ulph. *ſæpius occurrit verbum* Traiban *vexare, adfligere, ſenſu phyſico in moralem commutato inquit* Ihreus: is *etiam credit fore, qui* Gr. δαίρω, δέρω, *percutio praetereundum noluerint: Arab.* darah *percutere adtulit idem pag.* 342.

Dreyri, m. *vi originis, humor ſtillans, uſitate ſanguis emiſſus, cruor. Mækir* i dreyra drifinn. Grim. LI. 4, 6, járna dreyri. Sól. LXXVI. 5. Gr. δρόσος *ros*, ſ *in* r *converſo.* A dreyrr *ſunt derivata,*

Dreyrgr

Dreyrgr *adj. contr. à* Dreyrugr Sól. LVIII. 1. et dreyr-ſtafir *m. pl.* Sól. ſett dreyr-ſtöfvm Sól. XL. 2.

ek Drif. drif þu at vegi, *apage te*, Fiöl. IV. 6. *hinc particip. paſſ.* drifinn-in, *mækir* i dreyra drifinn. Grim. LI. 6. ek var drifin davggv Veg. X. 7. *An* verbum hoc *in activo ſenſu* (pello, impello) *apud nos olim exſtiterit, dubitari poteſt; nec memini exemplum in Libris idoneis.* Drifwa Svecis, *in primario ſignificatu eſt pellere, cognatum ut* Ihreus *putat Lat.* trudo; *ubi eadem opera monſtrat literas* f *et* d *alternatim poni, ut à Gladius factum ſit* Glaf, *à laudo* Lofwa: *confert porrò ut propius* Gr. τρέπω, *unde* εἰς φυγὴν τρέπειν *in fugam pellere.*

Dritinn *ſtercoreus, ſordibus inquinatus.* Æg. LVII. 6. *aut eſt particip. ſine verbi origine, a* drítr m. *ſtercus, ſordes ventris, quae vox honeſta eſt in ſermone* Iſlandico *prae altera* ſkítr, *nam haec etſi idem notat, obſcoena tamen in uſu cenſetur. aut eſt particip. à* verbo neutro drít, *praet.* dreit, *quod eſt in* Laxdæla *magna. conv. Angl.* dirt, durt, *coenum, ſordes. Aſax.* Tord, *ſtercus: pro quo Angli* Turd, *Belgae* Torde, *vel* Tort *dicunt. Asax.* gedritan *eſt cacare. ex* Junio *et* Edw. Lye. *addo Lat.* ſordes.

Driugum, *adv.* ampliter, *multum*, fóro driugum. Hym. VI. 5. *revera eſt Dativus, incertum, ſingularis an pluralis, nominis adj.* driugr, *quod* G. Andreae *exponit denſus, refertus, continuus, frequens etc. ſed origo hujus nominis mihi eſt incerta, niſi ſit ab* at draga, *et valeat productus, extenſus, prolixus,* Svecis dryg *eſt ingens, gravis, apud* Ihreum. *Idem etiam adtulit* Ulph. dryg, *prolixus. Danis* dröj *eſt, ut arbitror, copioſus, prolixus, durabilis, qui diu ad uſum perſeverat, neque facile conſumitur. Anglis Borealibus* dree *eſt longus, taedium adferens, quae omnia ſuſpicionem poſſint movere,* driúgr *et Lat.* duro, *eſſe cognata.* Dru *uſurparunt Aſax. de ſegete denſa, teſte* Benſono *apud* Ihreum *in v.* droſſe *acervus. cum* driugr *denſus conf.* Gr. τραφὺς *denſus, creber, frequens.*

Driúpr ſalr, *Coeli vocabulum poëticum.* Alv. XII. 6. *ab* ek dryp, at driúpa, *qu. Vide. conf. et* Ský-draupnir.

Dröſvll, m. Equi *vocabulum poëticum.* Hrafn. XXIV. 8. *alias* Draſill. *Sunt autem vel ab* Rás *curſus; vel ab* at draga *trahere. vid.* Str. 7. *quando proprie* Jumentum *vehicularium notarent.* Dræſa, *pendulum quoddam, quod trahitur, Jyrma.* Ygg-draſill, *celebris illa arbor, quaſi* Yggi *jumentum, quod forte Odinus ex ea ſuſpenſus fuerit, cum runas diſceret,* Rúna-tals þáttr Odins, Vers. I. 11. *Aliam tamen* hujus *nominis explicationem pete ſub* Ygg-draſill.

Dropi,

Dropi, m. *in* pl. Dropar, *ſtilla, gutta, in vocibus compoſitis* Mel-dropar *et* Eitr-dropar, Vaſ. XIV. 4. XXXI. 2. *Aſax:* dropa, *Alam.* tropf. *Belg.* droppe, droppel, druppel. *Dan.* draabe, *quae videntur, extrito* μ, *facta ex* θρόμβος. *Ita legimus.* Luc. XXII. 44; ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν γῆν, *Et factus eſt ſudor ejus ſicut* guttae *ſanguinis decurrentis in terram. Ex* Junio. *cui et* Wachter de hoc etymo *aſſentitur. vid* ek dryp.

Drótt, f. *ab* at draga *trahere, ducere,* drättr *ductus, tractus; proprie agmen, cohors, comitatus; et eodem ſenſu venit Compoſitum,* Fólk-drott, Hym. XXXV. 7. 2) *laxe et poëtice,* humanum genus. Vaſ. XXIV. 5. *hinc* Drótt-megir m. pl. *in Accuſativo* Drótt-mavgv, *poëtice, hominum nati, populi, gentes.* Vaſ. XI. 6. XII. 3.

Drottinn, m. *Dominus, poſſeſſor, herus, tam in relatione ad rem, quam ad perſonam, ſervum,* ſc. l. *famulum:* Hafra drottinn, Thori *appellatio.* Hym. XXXI. 2. minn drottinn, *compellatio famuli ad herum,* Skirn. III. 6. 2) *Regis vocabulum antiquiſſimum in Septentrione, ut:* Þrymr þvrſa drottinn. Þrym. V. 2. *et alias ſaepius in ea* oda. 3) *Eſt nomen* Dei Opt. Max. Sol. XXV. 2. XXIII. 5. XXXV. 5. LXXXII. 4. *et extra compoſitionem in hoc ſolum ſenſu hodiedum à nobis frequentatur; dico extra compoſitionem, nam in voce* Landz-drottinn, fundi dominus, *adhuc ſuper eſt, primario ſuo ſenſu. Eſt à verbo* ek dreg, *et Ducem (itineris l. agminis) proprie notat,* G. Pauli. *alicubi in ſuis commentariis contulit* Gr. τύραννος, *Lat.* Tyrannus; *de qua voce, ad Verſum* 266 VIImæ Æneidos: *Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe* tyranni, *ſic ſcribit* Servius: Tyranni, *Graece dixit, id eſt, regis. nam apud* eos tyranni *et regis nulla diſcretio eſt: illudque nomen initio honeſtum erat; poſtea* principum *improbitate odio eſſe coepit.*

Drúpa, *à prima* ek drúpi, *inclinare (incurvare, demittere)* ſe, *tergere, propendere, imminere;* drúpir avrn yfir (dyrvm) Grim. X. 4. n. 7. Ná-reidr á neſi drúpir, *de patibulo* Gudlögi *regis, dixit magnus poëta* Thiodolvus *à* Hvino, *apud* Snorr. *in* Yngl. S. cap XXVI. *item* Ibid. cap. XLIX: Skæreid — of bryniálfs beinvm drúpir, *de loco ſepulturae* Halfdani Hvitbeini. Drúpandakviſtir, *in* Sp. R. pag. 49. var. s. *ſunt, tredo, penduli l. inclinati nitium pondere. Etiam conf.* Sol. XXXIX. 3. n. 51. pag. 374. *adde* Indic. Húngrvakae: *Angl* Droope *eſt Vergere deorſum, item dejecto et demiſſo animo eſſe; à* Gr. ῥέπω, *ut cenſet* Mer. Caſaubonus. *hinc eſt:*

Drúpr, adj. *inclinatus, demiſſus, aut occiduus, caducus, nutans, ad caſum pronus; item triſtis, moeſtus, animo (et vultu) demiſſo praeditus.* Sól ek ſá-drúpa dyn-heimvm í. Sol. XXXIX. 1. 3. * Drúpr ſalr Alv. XII. 6. n. 30. *Conf.* Voc. *praeced. ſub finem, quo addas Dan.* Drövet, bedrövet, Germ. Betrúbt.

Dryckia, f. *potus, potio, potulentum quid.* Mat ok dryckiv *at veita einvm.* Sol. IV. 1. 2. Þáttr Þorleifs jarla-ſkálds *in* Ol. S. Tr. f. cap. CLXIX. T. I: Allir erv meÞ Þuí edli ſkapadir, at bædi Þvrfa *át ok dryckiv, pro,* mat ok dryck. *Hoc ideo attuli, quod* Dryckia *communiter hodie notat* potationem, potandi actum, *ſicut et antiquitus Comiſſationem, convivium. ab* ek dreck, bibo, *quod jam dudum, ab* ek dreg *traho, recte derivarunt alii.*

Dryckr, m. *genitivo ſing.* dryckiar *et* drycks Grim. III. 4. Sól. III. 1. *Genitivo pl.* dryckia. Skirn. XXXVI. 1. *potus, potio; hauſtus, quantum uno potu hauritur, ut in loco* Grim. *citato. Ejusd. originis.*

ek Drýgi, *facio, agito, exerceo.* drýgia ofmetnaÞ. Sol. XV. 1. Þaú drýgÞv mvnaÞlíſi (mvnaÞ). Sol. XVIII 1. var. 1. Aſkr Yggdr. drýgir erviÞi. Grim. XXXV. 1. 2. *ubi in patiendi notione ponitur, quomodo Aſax.* dreogan, *Angl. Vet.* Drie, Drien, *tolerare, pati, apud* Edw. Lye *ad* Junium. Drygia verk edr hlvt, *ut:* hvat iÞ drýgÞvt. Æg. XXV. 4. 5. Drýgia Þrek Harb. XLVI. 3. *ſic* Drýgia dáÞ, *Virtutem exercere, fortiter facere, in* Stvrlúnga-Saga *dicitur. Hinc orta ſunt. Germ.* Treiben *facere, exercere, Dan.* Drive *idem.* Noſtri *vero thema eſt* Gr. δράω facio.

ek Drýp, *verb. neutr. 3. pl.* driúpa, *praeterito* draúp. *Stillo, guttatim cado.* Grim. XXVI. 5. Skirn. XXI. 5 Epilog. Æg. pag. 140. *Angl.* Dropp, *Stillare. Aſax.* dropan, dropian. *Alam.* tropfen. *Dan.* Dryppe. *Belg.* droppen, druppen, druypen. *Vel referenda ſunt ad* Dropi, *vel ad* ek Drúpi.

Drypnir, m. *in conpoſito* Coeli *vocabulo,* Sky-Drypnir. *maſcul. Verbale, ab* ek drýp, *vel* drúpi. Sol. LI. 6. var. e, *quaſi Stillator, pluens, vel Devexus, pendulus; conf.* Alv. XII. 6. n. 30.

Dvalar-heimr, m. Sol. XXXV. 4. Dvöl, f. *mora, brevis manſio. vid.* ek Dvel. Dvala-heimr *Mundus ſoporis.* Ibid. var. o. *forte quod Vita humana Sopori ſit ſimilis, ut eam Somno ſimilem ſtatuit* Boiſſy-Gallus *in* Fabula *Theatrali, cui Titulus:* La vie eſt un ſonge, *Vita eſt Somnus.* Dvali m. *Genitivo* Dvala, *Suec.* Dwala, *eſt Stupor ſ. ſopor gravis, medius inter vitam et mortem, exponente* Stiern-hielmio *ap.* Ihreum; *ab* ek Dvel, *ceſſo, quod in eo ceſſent actiones corporis.*

Dvalinn,

Dvalinn, m. *Cervi n. pr.* Grim. XXXIII. 4. Gr. δειλὸς *timidus*, *Asax.* Dwelian, dwolian, *Errare, vagari, ap.* Junium *in* Gloſſ. Ulph. 2) Dvalinn m. *Nani n. pr. in* Völv-ſpá *et* Edda Snorr. *unde* Dvalins-leika -leik, *Solis vocabulum poët.* Alv. XVI. 3. n. 37. Hrafn. XXIV. 7. Dvalinn *hoc ſenſu, ſ. de perſona dictum, ſonat Cunctator, aut Stupidus. Sed alias in voce* Dvalinſ-leika *accipi poteſt* Dvalinn *pro adpellativo, ut ſit vel Sopiens, et intelligatur Somnus ipſe, vel Soporatus, dormiens: atque* Sol *dicatur* Dvalinſ-leika, *quod Somno quaſi illudat, nempe ſuo ſplendore illum diſcutiendo.*

ek Dvel, *praet.* dvaldi, *infinitivo* at dvelia, *ceſſo, moror, cunctor;* Ef dvelr, *pro,* ef dvalit er, *Impersonaliter.* Hrafn. III. 4. *conf. tamen* var. o. *ad eundem Verſum, nam hac admiſſa ſenſus foret:* ef han (*ſc.* hvgr *vel* hvginn) dvelr. 2) *Commoror, diverſor, degо* Hrafn. VI. 1. Theotiſce, tuuala, dvala, mora, Keroni *et* Otfrido. Germ. weile, otium, mora. Gr. παῦλα *eſt quies, unde ego quidem* Dvöl, dvali, *et* ek Dvel, *arceſſendum crediderim; conf. ſupra* ek Dett.

Dvergr; *vide* Dvrgr.

ek Dugi *valeo, ſufficio, Infinitivo* at dvga. Ef þitt æþi. (öþi) dvgir. Vaf. XX. 2. XXII. 2. *praet.* dvgþi, *effecit, profecit.* Hrafn. XV. 8. 2) at dvga *einum, auxilium praeſtare cui, i. e. optime interpretante* Ihreo, *vires ſuas ejus uſui et auxilio impendere.* Hynd. XLVI. 7. 8. *vide ſupra* Dáþ, *et adde* Gr. δύναμαι.

Dvgr, m. *in pl.* Dvgir, *vis, vires, robur, pollentia, virtus.* Hrafn. IV. 1. 2) *de arte, l. ſcientia, translate uſurpatur.* Alv. IX. 3. *ab* at dvga.

Dvína, *Deficio, ceſſo, deſino, intereo,* Dvgir dvína, *vel* † dvína heimar (heinar). Hrafn. IV. 1. 2. n. 17. var. *. n. 18. *forte à* Gr. δύνω *ſubeo, occido: Sed et optime* Ihreus *contulit* Gr. φθίνω, *pereo, deficio.*

Dvl, f. *genitivo* dvlar, *occultatio, diſſimulatio; item forte, Ignorantia, inſipientia, falſa perſuaſio l. praeſumtio, temeritas, ſtulta confidentia, vanitas, ſuperbia:* Vil ok dvl tælir viþa ſonv. Sol. XXXIV. 1. 2. Egillus Skallagrimi: Ne ek fága dvl driúga, *in* Egils-Saga, *pag.* 224. *cum mea Verſione et annotatione.* Skálda *in* Homonymis: Þeſſ vættir *dvl* ok *vil*, at linna mvni ervidi ok víl, *i. id exſpectat falſa perſuaſio et lubido etc. Hinc* Dvlar heimr, *forte mvndus vanitatis.* Sol. XXXV. 4. var. o. Ab ek dyl.

Dvla, *f. Genitivo* dvlv, *Velum, Tegmen, involucrum.* dvlo-draumr, *obſcuritatibus involutum ſomnium.* Hrafn. III. 7 8. *ita ſimplicius eſt, quam τὸ* dvlo *accipere pro Genitivo anomalo praecedentis* Dvl, *uti* Snótv *pro* Snótar *dixit* Einarr

arr Skúlaſonus *in* Jubare: Grióti Danſkrar ſnótv; Sálv *pro* Sálar, *à* Sál, *huc ut analogum trahi non poteſt, cum* is *genitivus formatus ſit ex diverſo nominativo* Sála.

Dvlda ek, *praet. verbi* ek dyl. Grim. XLIX. 3. *ubi verti poteſt, diſſimulando fefelli.*

Dvlinn, -in, -it *celatus, (i. e. cui l. coram quo aliquid celatur) ignarus, ignorans, inſcius.* Hyndl. VI. 1. *particip. paſſ. verbi* ek dyl; *poteſt tamen ibi formatum eſſe à Nomine* Dvl, *et tum erit ſenſus, Vana perſuaſione l. opinione decepta es: alias* Dvlinn *eſt Diſſimulans, diſſimulationi deditus, diſſimulandi peritus, ſed is ſenſus vix convenit huic loco. Pro* Dvlinn, *primo ſenſu, alias dicitur* Dvldr, *ut in* Skálda: Dvldr fer ek hins Er drengr þegir, *Ignarus incedo (i. e.* ſum) *iſtius etc. Et in* Lilia Vers. 39. Dvldr em ek þeſſ, þat ferr at hvldv.

Dvndi, *praet. verbi* ek Dyn, at Dynia. Fiaþr-hamr dvndi. Þrym. V. 6. IX. 2. Fold-vegr dvndi. Veg. VIII. 2. *Sonitabat vel concutiebatur. vid.* ek dyn.

Duna-þrór, þrórr *pro* þrárr, *in ſtrepitu l. adverſus ſtrepitum pertinax, aut ſtrepitum amans, n. pr. Cervi.* Grim. XXXIII. 6. var. d.

Dvn-eyrr, m. *n. pr. Cervi*, Ygg-draſilli *incolae.* Grim. XXXIII. 6. *quaſi tinnula l. trenula aure praeditus; à* Dynr m. dvna f. *ſonitus*, tremor, *et* Eyrr *auritus.*

Þvra, *pro* Dyrà, Þvrvm *pro* Dyrvm, *oſtiorum, oſtiis.* Grim. XXIII. 2. *et* 5. † Dvr Fenris valla. Hrafn. XXIII. 3. var. b. *pag.* 229.

Dvra-þror, m. *Cervi n. pr. ſtabulantis in* Yggdraſillo. Grim. XXXIII. 6. *quaſi ferarum adpetens, ſi* dvra *pro* dýra *accipimus; huic opinioni favet* Varietas d; *nam* Dvra-þrórr, *in oſtio haerens l. permanens, ab at* þreyia *exſpectare, durare, permanere, locum hic habere non poteſt, niſi ponamus* Arborem Yggdraſilli *ſitam fuiſſe ad fores* Dicaſterii Aſorum. *Poteſt et., ſi* dvra *pro* dýra *retinemus,* þrórr *autem ducimus à* V. at þróa *augere, amplificare, reddi Feras augens, o: earum progeniem amplificans: quod autem* dvr *pro* dýr *accipere liceat, concludo ex* Klo-dvri *in* Kriſtin-R. Árna biſk. *ab* Ampliſſ. Gr. Thorkelino *edito. Si vero ſcribatur* Dúra-þror, *à* Dúr *Somnus levis, erit adverſus ſomnum obſtinatus, Vigilans.*

Dvrgr, Dvrgſ *in genitivo, (unde proxime forte formata* Dyrgia *femina* nani). Alv. IX. 3. *pro magis uſitato;* Dvergr, *nanus*, pumilio, pygmæus, *inter cujus vocis plures malas derivationes, minime mala eſt* G. Andreae *in notis ad* Völuſpá, *cui* Dvergr *videtur dictus eſſe, quaſi* Δαίδαλος *divinus artifex, ob decantatam pygmeorum fabricandi dexteritatem. Huc pertinet locus ex* Sörlaþætti *in* Ol. S. Tr. Cap. 1. þeir *voro menn ſva hagir,*

at

at þeir lavgþv alt á geörva hönd (*forte leg.* á alt geörva hönd) þeſſháttar menn ſem þeir voro kölluþv menn Dverga-ɔ: *illi tanti erant artifices ut manum artificioſam omni opificio (materiae) imponerent, (adhiberent): ejusmodi homines, atque illi erant, appellarunt* Dvergos. *Non ignoro tamen hunc locum aliter accipi poſſe, ſed de ea acceptione hic non diſputo.* Ihreus *non dubitat,* Odinum Dvergorum *nomen, cum mythologia Borealium ex* Schyticis *Regionibus ad nos transtuliſſe; quod facilius dicitur, quam probatur. Cum vero* θεσγος *non inveniatur in eo ſenſu, quem* G. Andreae *poſuit, ſed notet in ſacris operantem, veni in ſuſpicionem* Dvergr *ex* δαεργὸς *aut* ζαεργὸς *eſſe formatuum, et notare potentem artificem; δα et ζα in compoſitione ſenſum intendunt et* ἔργος *eſt operans in pluribus compoſitis. Addo* Gr. παῦρος *brevis, parvus, ob brevem* Dvergorum *ſtaturam; conf.* Dvel *et* Dett *ſupra. Dan. eſt* Dverg. *Belg.* Dwerg. *Asax.* Dweorg. *Alam.* Dwerch. *Germ.* Zwerg. *Angl.* Dwarf.

at Dýia, (*ex* G. Pauli *interpretatione*) *ferire, manu terere;* Skavr *nam* at dyia *frontem et tapitis anteriora* — Þrym. I. 6. eg dy, dudi, dyá, *verbum non admodum frequens, cum quo conveniunt* Gr. πλαίω *et Lat.* pavio. *Liceat ex tantilena ſatis vili praeteritum verbi adferre:* Rúdi fidrit (Jardarinnar) beitſla blakkr, búinn til þúngra nauda, dúdi raſſinn hardr hnakkr, hann var kominn at dauda. *G. Pauli. Addo* Ebr. daca, *attrivit. Sed mea quidem ſententia* at dýia *in hoc loco, non minus probabiliter exponi poteſt, commovere, quatere, agitare; et eo quidem ſenſu verbum uſurpavit* Hornklofius poeta *de* Berſerkis, *apud* Snorrium, Tom. I. *pag.* 95. lect. var. 18: íſarn dúdu, ɔ: tela quaſſaverunt *ma interprete.* Hrappr dúdi ſpiótſprikuna — *quaſſavit* haſtam, Laxdæla magna Cap. 64; *quicquid ibi de τῷ* ſprikuna *ſtatuendum ſit, quod hujus loci non eſt inquirere.* J. Olavio Grunna. vicenſi at dúa *eſt* motu tremulo quatere. *Sed unde* at dýia *hoc ſenſu veniat, non dixerim, conferri tamen volo* Gr. πλύω *quod olim fuiſſe* Ventilo, *credibile eſt ob* πλύον ventilabrum.

ek Dyl, *praet.* dvlda, *infinitivo* at dylia, *abſolute ponitur.* Sol. XXIII. 4. *ſed ſubauditur forſan ibi,* Verkit, *aut* Lík hans, *ex* Str. 1. Tego, velo, occulto, celo, diſſimulo. *Hinc* Paſſivum, *aut* Deponens Dylſt, *tegitur,* latitat, occultat ſe, *quaſi* Dylr ſik. Hrafn. V. 5. *et* 7. *Dan.* Dölger. *Origo eſt incerta; ſed conferri poteſt tamen* Ebr. thillel, Tegere, abſcondere.

Dymmr, *adj. obſcurus, opacus, tenebroſus.* Sol. XIII. 2. Dvmba f. *caligo, ut opinor, à quibusdam Noſtratium vocatur, et* Dymbv-litr, *color fuſcus. Angl.* Dunn colour

colour *eſt Fuſcus, ſubniger, ſubaquilus color. Asax.* dunn, *Alam.* dun: *quae* Junio *ſunt à Camb. Brit.* Dwnn *ſubfuſcus, aquilus color. Omnia fortaſſe cognata Latino* Fumus. *conf. et* Dimmr *ſupra.*

ek Dyn, dvndi, at dynia, *tono*, intono, tinnio, reſono, ſonum tremulum edo. Þrym. V. 6. IX. 2. Veg. VIII, 2. *vide* Dvndi *ſupra. Poteſt tamen omnibus hiſce locis exponi per* Tremo, concutior, agitor, *eodem modo, atque* Sighvatus *ap.* Snorrium *in* Ol. h. S. cap. CCXXVIII *dixit.* Vítt var (vard, *rectius, ut vidi in uno* Apographo Mbr.) *fold* vnd fótvm *at dynia*, 2: *Late oportebat tellurem ſub pedibus tremere. Angl.* Þinn Jûnio *exponitur ſonitus, crepitus, ſtrepitus, fragor, Asax:* dyn, *Belg.* Done, Denne, *Nobis* Dynr, Dýnkr, m. Dvna *f. in pl* Dynvr, *Verbum Impersonale.* Þat dúnkar, *ſubtus trepidat, ſuccutitur. conf.* δονέω δονέομαι, *Agito, concutior, unde ego quidem crediderim noſtrum* at dynia, *cum ſuis derivatis et cognatis eſſe, ortum, eique* tremendi *notionem eſſe primariam, alteram vero* Sonitus *notionem ſecundariam per* Metonymiam Adjuncti. Edwardo Lye *omnia ſunt ab Lat.* Tinnio, *quod Verbum à ſono fictum ſtatuit. Ab* at dynia *et* dynr *Compoſita ſunt.*

Dyn-fari, m. Venti *vocabulum poët.* Alv. XX. 5. Fari, *nomen verbale concretum, ab* ek Fer *l.* ferr.

Dyn-heimar, m. *pl.* Coeli, *aut* oceani *adpellatio.* Sol. XXXIX. 3. n. 5 t.

Dyra-þrór *aut* Dýra-þrór. Grim. XXXIII. 6. var. d. *vide* Dvra-þrór.

Dyr-heimar, m. *pl.* Coelorum *vocabulum.* Sol. XXXIX. 3. var. e. † Dyr-heimar *per ſpeciem* Hypallages, *pro* heim-dyr, *i. e. puncta ortus et occaſus ſolaris. vid.* Hrafn. XXV. 2.

Dyrr, n. *pl. pro* Dyr *uno* r. *oſtium, fores.* Veg. VIII, 5.

Dýrr, adj. *Carus, pretioſus, egregius eximius, mirificus, divinus.* Dýrar veigar, *diae potiones.* Hynd. XLVI. 7 *Jórr, ſettr* dýrvm jarkna-ſteinvm, — *eximiis viridibus gemmis.* Hrafn. XXIV. 1. 3. *et* 4. Til dómſ valdſ dýra, *ad auguſtum illum judicem* Sol. XXIX. 3. var. s. *ita enim ibi, per ý grave* ſc. *eſt legendum, nam alioquin tota ea* varietas *futilis eſt. Dan.* Dyr. *Belg.* dier, *Germ.* theuer. *Angl.* Dear. Ihreus *tenui cum veriſimilitudine derivavit à noſtro* Digr craſſus. *Ego potius retulerim, vel ad* Gr. δῖος *Lat.* Dius, Divinus, *praeſtantiſſimus: vel ad* Gr. τίω *aeſtimo, ſicut* Mætr, *ejusdem fere notionis vox, eſt ab* at meta *aeſtimare, honorare, vel denique ad* Gr. δέω *indigeo, cum indigentia caritatem addat rei, et omne rarum ſit carum, ut vulgo dici ſolet. Addo Lat.* Decor *et* Decorus. Martinius, *apud* Junium *in* Dear, *ducit ab Lat.* Duro, Gr. δηρὸς diuturnus, *non ſine ſpecie aliqua.*

Dys-

Dýs, f. nympha. Hrafn. VI. 2. *Accuſativo* dýſi, *ſuſpecta flexione.* Sol. XXXV. 1. var. z. *Video etiam per* y *ſcribi in* Carmine Eivindi Poetae *apud* Snorrium Tom. I. *pag.* 14. *Alias* Dís *eſt* Soror *poëtice; et* Jód-dís, *incertum an diviſim legendum* jód dís, *pro duobus nominibus, eſt in vocabulis mulierum* Eddicis, *quocum conferri poſſe opinor* Gr. θῆσσα ancilla, *ſicut* Man *et* Servam; *et puellam liberae conditionis, olim denotavit. Hinc forte* Dýs, *de Idunna, loco citato* Hrafn. *nihil amplus eſt, quam ſimplex mulieris vocabulum.*

Dys, f. *genitivo* dyſiar, *Dativ. pl.* dyſivm (Dyſſivm *per duplum* s, *ſuſpectum*) Tumulus. Harb. XLIII. 2. *et* var. h. Gr. θὶς θινὸς acervus, cumulus, τάσσω colloco. *Scribitur et* Des, *in Voce compoſita* Hey-des, ſtrues l. cumulus foeni, *in* Stvrlúnga-Saga Part. II. Cap. XXVIII. *Conf.* Indic. Landn. b. *in* Dis. Des *etiam pulvinum hortenſem* (*Dan.* Haugebed) Succis *et* Iſl. *dici, narravit mihi* Th. Thorotti.

E.

E *ponitur pro* æ *interdum, ut:* Verak, berak, *pro* værak *et* bærak. Æg. XIV. 1. *et* 4. Letr, *pro* lætr. Skirn. XV. 3. Ettak, *pro* ættak. Æg. XXVII. 1. melomk *pro* mælomk. Vaf. XXIX. 3. Veri, *pro* væri. Þrym. IV. 2. 4. Feþi *pro* Fæþi. Harb. II. 2. etlik, *pro* æt-lig. Hynd. VII. var. g. Vetvr, *pro* Vætvr. Fiöl. XLIII. 1. *Et paſſim alias.*

Ecki, *nihil,* Hym. XXV. 4. *revera eſt neutrum* τῦ Engi, einngi qv. vide. Skútv Saga: Glúmr hafdi ecki í hendinni, nihil in manu habuit (telum *ſc.*) Finnboga-Saga Ramma, Cap. Antepenult: man þá *eigi* þikia *ecki* vort erendi, tum *non* videbitur, *nullum* eſſe noſtrum negotium, i: *non cenſebitur eſſe irritum.*

Ef, *ſi,* dummodo, *cum Subjunctivo poſitum, haud vulgari conſtructione.* Grim. LII. 6. Æg. XV. 5. 2) *an, num.* Vaf. VI. 5. Hym. VI. 1. n. 15. Veg. II. 7. Fiöl. XLIV. 5. *Angl.* if, *ſi, Goth.* jabai, *Aſax.* gif, gyf, *Alam.* job, ob, obá, ibu, (*Dan.* om). Graecis εἰ *vel* εἴπερ, *vel* εἴπου *eſt* Si, *vel* Sicubi. *Junius.*

ek Efliz, *praet.* Efldiz, *Infin.* at eflaz, *corroborari, invaleſcere, viribus et potentia creſcere.* Efldiz han við Eymvnd. Hynd. XIV. 1. n. 28. *ubi* Elfdiz, *vitioſe eſt excuſum. ab* afl (abl) Robur, vires, *quod mihi a* Gr. ὀφέλλω, augeo, adjuvo.

Egg, f. *genitiv.* Eggiar, *Dativ.* Eggiv, *Dativ. pl.* Eggivm, *acies ferri. han* vá Sigtrygg með ſvavlvm eggivm. Hynd. XIV. 3. 4. hníga fyri eggiom. Skirn. XXV. 4. Gr. ἀκὴ mucro, ἀκὶς acumen, ἀκωκὴ acies.

Egg-

Egg-móþr, *adj. ferro confectus l. oppreſſus, de homine caeſo.* Grim. LII. 1. *vide* Móþr *ſibi.*

Egna, *praet.* egndi, *laqueum*, f. *technam venatoriam tendere, intendere, diſponere* (egna ſnavrv, gildrv). 2) Han egndi á aúngvl (aúngli) vxa-höfþi. Hym XXII. 1. *conf.* Avgn.

Eí, *ſemper.* Hynd. IV. 3. IX. 11. var. z. æ Gr αἰὶ.

Eidr, m jusjurandum. Vinna eid. Veg. IV. 5. G. Andreae *confert* Ebr. ed, *teſtis, teſtimonium. add* Gr. ἔτος, ἑτερος.

Eiga, habeam, *Subjunctiv. verbi* ek Á. þótt ek ſakar eiga. Harb. XI. 1. *conf.* X. 2. *ita ar* eiga ſavkótt vid *einn, criminibus obſtrictum eſſe cui, injuriarum cauſa illi multum debere, dicitur in* Grettis-ſaga; *conf.* Me *in* Gloſſ. Nialae, *Voce* Saka-ſtadr, *et Indicem Terentii mei, in Debeo.* Eigv, *pro* Eiga, *poſſident, habent*, 3. *pl. Indicativi praeſ.* Fiol. XXIX. 5. Grim. XXVI. 6. *vid.* Ek Á.

Eiga, f *poſſeſſio, habentia, ſubſtantia, Facultates, res.* Æg. LXIV. 4. Eign f. *idem*, ráda eign ok aúdſöfvm. Fiol. VIII. 6. IX. 6. *ab* at Eiga.

Eikia, f. *Lembus*, linter; *Dativ. ſing. cum Artic. ſuffixo* Eikionni. Harb. VI. 1. *ab* Eik, 1) arbor, *de qua proverbium*, Harb. XXI. 1. 2. *vide* Skef. 2) Qvercus, robur, ilex, *Dan.* Eeg, *Alam.* Eich, Eih. *Asax.* Ac, *Angl.* Oak, oke. Origo *omnium eſt incerta.*

Eikin, f. *genitivo* Eikiniar, *vel* Eiknar, Amnis *n. pr.* Grim. XXVII. 2. *forſan* Achelous, *aut* Acheron. *vi vocis ſonat*, Proterva, petulca, pugnax, *vide ſequ.*

Eikinn, *adj pugnax, petulans, infeſtus, moleſtus; Epithetum* τῦ Vafr-loga, *in* Eikin fvr. Skirn. XVII. 5. XVIII. 5. Gr. ἀγὼν certamen, ἄχος dolor.

Eikinn, Skirn. Ibid. *in* Eikin fvr, Arboreus, lignis nutritus, *exponitur à* G. Pauli, *tanquam ſit participium ſine Verbi origine ab* Eik Arbor. *Et ſimul ille obſervat Taurum cornupetam dici* Eikinn, *ſine dubio inde, quod Cornua dicantur* Biúg viþir haúſa (*curvae arbores capitum*) e g. *in* Ragnars-Qviþv Lodbrókar. *Prius* Ego *in medio relinquo; ſed huc, de* Tauri epitheto, *Ille mihi nondum perſuaſit.*

Einart, *adverb. Simpliciter, integre, candide, ſincere, fideliter.* Láta einart viþ einn, *ſincere cum eo verſari.* Hynd. IV. 3. 4. *revera eſt neutrum nominis adj.* Einardr, *quod* 1) *proprie eſt Simplex, ab* Einn *unus, et* ardr *formativa productione novi vocabuli.* Laxdæla Magna Cap LXIV. Einart þak var á húſinv ok ecki gróit, i. e. *Simplex tectum in aedificio erat, et nondum coalitum, ſive Tectum aedificii exterius conſtabat é ſimplici tegularum ceſpititiarum ſtrato, quod nondum coaluerat. Hinc translate notat.* 2) *Intrepidum, conſtantem, ſerium, ſeverum, non dubitantem l. haeſitantem:*

tantem: 3) *Integrum, integra voluntate erga aliquem praeditum, ut in hoc noſtro loco.* 4) *notat Continuum, jugem, non interruptum, ut in* Víga-ſkútv Saga: hvndrinn gó einart vpp í fiallit, *canis jugiter latrabat ſurſum verſus ad montem.* Marcus poeta *in* Knytl-Saga *de* Vandaliae regno: Einart la þat fyrr vnd Sveini, *Solidum (totum, integrum, aut conſtanter, jugiter) id prius* Sveini *erat ſubjectum. Denique* ardr, *in* Einardr, J. Olavio *videtur formatum à* verdr, *exiſtens, manens, in compoſitis obvio,* e. gr. *in* önd-verdr, *ut* Einardr *ſit proprie idem manens, deindè conſtans, continuus, integer: ipſum autem* verdr *ducit ab* at vera eſſe.

Ein-bani, m. *Solus, unicus, ſolitarius, ſingularis, percuſſor,* μόνοφονεύς. Grim. XLIX. 6. Orms einbani, Thori titulus. Hym. XXII. 3.

Ein-heri, m. *ſic* Thorus *appellatur.* Æg. LXI. 5. *quaſi* Solitarius belligerator, *ut* Thorus *ſaepe fuit, adverſus gigantes; aut* unicus, s: *ſingularis, eximius,* athleta. heri, *ab* herr m. bellum, heria *bellare.*

Ein-heria f. *accuſativo* Einheriv, *vocabulum mulieris, ambigui ſignificatus.* Harb. XXIX. 2. var. g. 1) *notare poteſt Singularem* s: *excellentem* bellatricem, *vide* Ein-heri. 2) *Si* heria f. *ſit ab* herr cohors (*quae forte cognatae voces ſint,* herr *et* cohors *puta*) *claſſis, coetus, populus, ut in Genitivo* Allz-heriar, *totius populi, in* Landn. b. *et* Niála; *ſi ergo* heria *inde ſit, et* Einn, *quod omnes ſcimus, valeat Idem, notabit* Einheria *feminam ejusdem claſſis, coetus vel populi, eritque* Socia, amica, civis. 3) *Eſſe poteſt talis femina, quae ipſa ſibi ſola pro coetu et ſodalitio eſt, quae ſolitaria degit, ab hominum commercio ſecreta, qualis* Gunnlöda *fuit* Hvitbiargis *incluſa.* 4) *per* Einheriv *intelligere licebit Mulierem levi et inconſtanti ingenio praeditam, quae ipſa ſecum perpetuum quaſi bellum gerit, uti illa Lucretia in* Comoedia Holbergii, *et aliae id genus heroinae.* 5*tum ſenſum adtigi in citata* Lect. var. g. *Alias* Heria *eſt* Valkyriae *et* giganteae mulieris *vocabulum in* Edda.

Ein-heriar, *m. pl. à Singul.* Ein-heri, Civium Odinianorum *vocabulum.* Vaſ. XLI. 1. *ubi ad totum* verſum *attendas, velim. Genitivo* Einheria, Grim. XVIII. 6. *ubi* n. 11. *inſpicienda. Dativo* Einherium. Grim. L. 6. Einheriar, *ſoli inter ſe pugnantes, inteſtinum bellum gerentes.* G. Pauli. *Ad locum* Vaſ. *citatum addo neglectam varietatem lectionis ex* Mbr. U. Einsheriar, *ejusdem gregis bellatores, aut ſocii, vide* Einheria f. *membro* 2. *aut ſibi invicem belligerantes, ut loco in* Háva-mális *non liquidiſſimo:* tveir ero einsheriar i. e. *vel duo inter ſe belligerant, ſubaudito, nedum*

dum l. multo magis plures. conf. cum hoc ſenſu not. 11. *ad* Grim. *et Verba* G. Pauli *modo adducta, meaque ſub* Einheria, membr. 4. Ein-heriv, *accuſativ. pl. pro* Einheria, Harb. XXIX. 2. var. g. *ut* Áſo *pro* Áſa, *quod reſpice.*

Eingan, *nullum* Sol. XIII. 3. *accuſativus ab* Eingr, öngr. Gloſſ. Diatrib.

Eingi, *pro* einn-gi, *nullus, nemo.* Sol. VIII. 6. XV. 1. XXX. 4. Eingi *neminem, vid.* Engi. *ab* Einn, *et negatione ſuffixa* gi. *mire declinatâ ſola negatione, facit genitivum* Eingis, *unde* Enkis, *qu. vide; et, declinata utraque parte compoſita,* Einſgis, *unde vulgatum* Einskis, *etiam in* Membranis *occurrens.* Gloſſ. Diatrib. *in* Eingi.

Ein-hendr, *adj. unimanus. Form. Æg. pag.* 148, hendr, *in compoſitis, manu praeditus qualicunque.*

Einhverr, ſ. -hver, *aliquis, quidam, unus è multis; Gall.* un tel, *Dan.* Een viſſ, Gr. δεῖνα. Harb. XXIX. 2. n. 35. *invenitur et de vili et contemto.*

Einkvm, *adverb. unice, ſingulariter, eximie.* Einkvm vandliga, *aut* Einkvm æſtanda. Sol. XXVIII. 1. 2. *revera videtur eſſe. Dativ. pl. à nominativ. ſing. inuſitato* Eink, *unitas, ſingulare quid;* Einkar, *ejusdem notionis et uſus, atque* einkvm, *hujus genitivus ſingularis eſt, ut arbitror.*

Einn, *unus.* Eino dægri. Skirn. XIII. 4. n. 14. 2) *ſolus, quo ſenſu et dicitur* Einn ſaman. Fiöl. XXV. 4. var. i. 3) *idem. vide* Einheria, ſ. *membro* 2. *et ita poteſt accipi.* Grim. XLVI. 12.

Einna, *in* Einna þeckaztr. Veg. III. 4. *Adverbii ſpeciem habet, ſed reapſe eſt Genitiv. pl. ab* Einn, *et deeſt Subſtantivum,* hlvta, *quod plene effertur apud* Snorr. Tom. II. Cap. LXXXVI: Fátt er ſva einna hlvta, at örvænt ſe at hitti annat ſlíkt, i. e. *Paucum eſt adeo unicum (ſingulare), ut incredibile ſit, aliud tale [poſſe] inveniri; aut, Pauca rerum ſingularium exiſtunt talia, ut etc. Valet ergo* Einna, *in noſtro loco, ſingulariter, eximie.* [Einna þeckaſtr, *omnium cariſſimus.* Einna, *genitiv. pl. ab* Einn *unus, ſolus,* Gr. εἷς. *Hic conſiderantur* Einir, *ſoli, qui claſſem aliquam conſtituunt, ab aliis hactenus ſejuncti; et* Einna *cum ſuperlativo poſitum (quem adm. ſemper potitur) talium ſummum ac primum proprie notat, et hinc latius inter primos. Merito autem* Ballderus, *optimus et pulcherrimus, gratorum gratiſſimus praedicatur. Genitivus Singularis eſt* Eins, *quo ut adverbio ſimilitudinis utimur, idque per* Ellipſin, *ut ſubintelligatur* Kynſ, háttar, *ſequente conjunctione* og, *item* ſem, konar. *Habent et* Dani *ſuum* eens; *et Germanorum* als *videtur interdum idem eſſe, interdum vero noſtrum* enn *quam. Nec forte negligendum* einſ, þeſſ, annars ſlags, *ubi nos genitivo utimur,* Dani *in priore*

voce

voce l. vocis parte nominativo, translato s genitivi finali (et nos imprudenter ſequendo) ad initium ſequentis lags, *ubi et Germani habent* ley. G Pauli].

Ein-nættr, *adj.* Veg. XVI. 4. nættr, *participium ſine verbi origine, ab* nótt.

Eins, Eins ok, *adverb. ſimiliter, itidem, eodem modo ac, haud ſecus atque.* Hrafn. XIII. 1. n. 53 *vid.* G. Pauli. *ſub voce* Einna; *poteſt et ſubaudiri* Vegar, *quatenus* Vegr, *via, modum notat.* [† Einſ, *ſimul* (undir einſ) *Ibid.* G. Pauli].

Einv-gi, *nullo.* Æg I. 1. 2. 3. *eſt Dativus gen. neutr. ab* Eingi (engi). *conf.* Gloſſ. Diatrib.

Eir, f. *conſervatio, ſalus, ſecuritas, item clementia, indulgentia, gratia, venia, pax. N. pr. Virginis in* Fiöl. XXXIX. 6. Gr. ἐρύω, εἰρύω, *ſervo, cuſtodio.* εἰρήνη *pax.*

ek Eiri, *adquieſco, aequo animo fero, contentus ſum;* Eirdi *illa* ofankomv. Hrafn. VII. 1. *adſciſcit Dativum rei.*

Eitr, n. *virus, venenum. Epilog.* Æg *pag.* 180 *cum artic. definito ſuffixo* Eitriþ. *Ibid. hinc* Eitr-ormr, *Ibid.* Eitr drekar. Sol. LXIV. 6. Eitr dropar, *rectius junctim* Eitr-dropar. Vaf. XXXI. 2. Eitr-fáinn, *de Angue, in accuſativo* Eitr-fán *contracte.* Hym. XXIII 3. n. 33. *vide* Fáinn. Gr. ἰτρὺς, *vel, ut quidam volunt,* ἴτυς *eſt venenum, Alam.* Eiter, *Dan. Vet.* Edder. *Angl. Belg.* Adder *eſt Anguis, vipera, Dan.* otter *in Compoſito* otter-ſlange, *Asax.* æter, ætter.

Ei-vani, m. Sol. LXXX. 6. *forte, perpetua conſuetudo, ab* eí *ſemper, et* Vani *mos. conf.* Eý-vani.

Ek (ec) ego; *interdum duplex ponitur pro ſimplici, nempe et ſeparatum et Verbo ſuffixum, ut:* ek berak. Grim. I. 5. ek ſiac. Harb. VIII. 2. ek vilnac. Hym. VIII. 6. Vilcat ek. Æg. XVIII. 6. Sáca ek. Þrym XXV. 5. ek ſák. Alv. XXXII. 2. *Dan.* ieg. *Al.* ich, ih. *Belg.* ick. *Gall.* je. *Angl.* i. *Ital.* io. *Hiſp.* yo. *Goth.* ik. *Asax.* ic. Gr. ἐγώ. *Ex* Junio.

ec Ek, Þrym. XIII. 9. *praet.* ók, *non* ok *ut excuſum eſt.* Þrym. XXI. 8. *Infin.* at aka. Þrym. XII. 7. XX. 5. *Ago currum l. rhedam, vehiculo porto; vehiculo l. curru feror, vehor, aurigo, aurigor. Dan.* jeg ager. Gr. ὀχέω *veho, porto. Gr. et Lat.* ἄγω, *Ago, duco, impello, moveo.*

Ekki, Ecki, m. *Luctus, moeror, calamitas.* Fiöl. XXV. 4. var. g. *et* i. Gloſſ. Diatrib.

ek El, 3. *ſing.* elr *gignit, fovet, nutrit, educat.* Hrafn. I. 5. *vide* at Ala. Gr. ἀλδέω, ἄλδω, *augeo.*

Eld-bera, *igni inferre, imponere; aut adolere, ſuffire.* Fiöl. XXIII. 2. var. z. *ab* Eldr, *et* at bera.

Eldi, n. *aut* Eldir, m. *accuſativo* Eldi. *Sylvae l.* Ligni *vocabulum poëticum.* Alv.

XXVIII. n. 60. Eldi, *n. etiam obvium in proſa in* Fóſtbrædra-Saga, *quaſi Foculum, fomes, ignis nutrimentum, ab* Eldr, *et* ek Eldi; *aut, ſi ducitur ab* ek El, *ſuboles, germen, arbor propullulans (alias* Ung-vidi, *arbor adoleſcens) conf.* Gr. ἄλδω, *Lat. adoleo, adoleſco.* Eldir *ignem faciens, l. nutriens, ab* Ek eldi *ignem accendo l. nutrio, adoleo, unde et* Elder, Eldir, *n. pr. famuli.* Form. Æg. *pag.* 149. 150. Æg. I. 1. *verbo, Focarius, Foculator, focariae provinciae praefectus. Aut* Eldir, *de Arbore, ab* aldr *eſt dictus, et ſonat, Vivax, annoſus.*

Eldi, n. *alitura, alitus, nutritio; item vita, aetas:* Her mvnda ek eldi vna. Fiöl. V. 6. var. c. *ſic. dicimus* at alla manninn, *pro vivere, degere,* hvar ætli han alli manninn *ubi credam eum aetatem agere?*

Eldr, m. *Ignis (elementum).* Alv. XXV. 2. n. 52. XXVI. 1. 2) *Ignis ſuccenſus, flamma, focus, Dativo ſing. cum artic. ſuffixo,* Eldinum. Epilog. Grim. *pag.* 66. *Genitiv. pl.* Elda, í milli elda tveggia. Form. Grim. *pag.* 39. *conf.* Grim. II. 2. *add.* Sol. XVI. 6. n. 19. *Hinc* Eld-hrimnir, *Cacabi divini n. pr. ad Verbum, ab igne fuligineus.* Grim. XVIII 2. Eldr-liós *lumen igneum, pro nudo* Liós. Form. Æg. *pag.* 148. *ad diſtinctionem ab Lumine diurno ſive ſolari. Dan.* Ild. Gr ἀλέα, ἀλέη, *calor, ab ſole,* ἕλη *idem,* ἀλεεινὸς *calidus. Perſis* ala *eſt ignis, auctore* Hadr. Relando *apud* Ihreum.

Elian, f. *genitivo* Elivnar, *Dativo* Elivn, *Labor, opera, conatus, ſtudium, induſtria.* tár elivn faldin. Hrafn. XII. 7. *Aliàs* 2) *vis, robur, vigor,* Gr. ἀλκή: *ut in his:* Han hafdi ecki elivn til at halda, *non habuit vires ad tenendum.* Sigurdar Saga Þavgla. Nú lezt Halli Þat Þikia um fram elivn oc ſtyrk annarra manna (*ſc.* hverſu Sigvrdr bar ſik í pínzlvnvm) i. e. *jam vero* Hallus *praedicabat, id ſibi viſum fuiſſe ſupra (praeter) fortitudinem ac robur aliorum hominum (quod* Sigurdus *ita fortiter ſe geſſit in cruciatibus).* Hryggiar-ſtycki *in* Sigurdi Slemberi *ſupplicio.* 3) *Animus, ingenium, indoles, in* Edda, *Animi appellationibus. hinc locus noſter praeſens haud abſurde poteſt parenthetice accipi ſine connexione cum verbis antecedentibus et ſequentibus, hoc modo:* Elivn Faldin, *mens tecta (ſc. erat mulieri). Asax.* Ellen *vis, vigor, virtus, robur,* elnian *aemulari, contendere.* Elnung *Zelus, aemulatio.* Elivr *feminae rivales, dicuntur quae unum virum habent ſive uxor et concubina. Unde autem* Elian 1 *et* 3 *ſignificatu derivanda ſit nihil dicere habeo, cum* 1 *tamen conferri poteſt* Gr. Ζῆλος.

Ellifo, *undecim.* Skirn. XIX. 1. XX. 1. Fiöl. XV. 3. *Alam.* Einlif, *qua voce ſigni-*

ſignificatur, unum ſupereſſe ſuper primum denarium, ab ein - *unus et* liban, [Iſl. lifa, leifa] *remanere.* Junius. *ſic* Tólf *contractum eſt ex* Ulphilano Tvalib, *quaſi duo reſtant vel ſuperſunt decadi. Hinc ordinale eſt* ellepti *neutr. plur.* elleptu. Grim. XVI. 1. *alias* ellefti *per* f.

Ellri *pro* elldri, *major natu; etiam* ellri *in genitiv. plur.*, ellri barna yngſta. Hrafn. VI. 8. n. 28. *Comparativus ſine poſitivi origine, ab* aldr *aetas.*

at Elta, *pellere, in fugam agere, perſequi.* Harb. XXVII. 5. Gr. ἐλαύνω, ἔλαω, *agito.*

Em ec, *ſum.* Fiöl. IV. 3. ek Em. Alv. III. 4. Emkat ec *non ſum.* Harb. XXXIV. 1.

End-lángr, Endilángr, Enn-lángr, *adj. de domo,* Endlángan ſal. Þrym. XXVII. Skirn. III. 5. var. n. *Continuus, perpetuus, totus, quantum in longitudinem porrectus l. extenſus eſt; vel etiam prolixus, quaſi inter extremitates longus: prior tamen ſenſus magis eſt uſitatus.* Endilangr *in Hiſtoriis, ut et in hodierno ſermone frequentius eſt. Ab* Endi *et* lángr, *longus.* Endi m. *eſt finis, terminus, extremum, mihi quidem, cum* Junio, *à* Gr. ἀνύττω, *perficio, conſummo, vid.* Gloſſ. Niálae *in* V. Raſſ, *potius quam ab* ἀντὶ, ἄντα, ἀντία, *contra, coram, ex adverſo. Dan. Asax. Belg. Germ.* Ende. *Alam.* Enti. *Ulph.* Andei. [Enn lánga, *totos, ſc.* daga *dies. Unam eſſe puto vocem compoſitam, pro* Endlánga, — *qualia ſunt* Mvnn-laúg, hannyrdir, fvnninn, *pro* Mvndlaúg, handyrdir, fvndinn. G. Pauli, *ad locum è* Skirn. *citatum, ubi conf.* n. 5.]

Endr, *ſive potius* endvr, *pro* hendvr *manus in pl.* Hrafn. XII. 8. n. 52. *Sic:* Travllendvr, *pro* travlla hendvr, *in* Ol. h. Saga, Thomas-ſkinnae, cap. CLVII. *et* at afenda, *pro* afhenda, *tradere, commendare, in ipſâ* Thomasſaga *ejusdem Codicis. item* annfetlvm, *pro* hann-fetlvm, handfetlvm, *apud* Hornklofium poetam, *in* Panegyrico Haraldi, *ex* Mbr. Fagr-ſkinna: *nam quicquid ibi per* ann-fetlar *intelligendum ſit, prior certe vocis pars ab* havnd, *manus, brachium, eſt variata.*

Endr, *adverb. iterum, rurſum.* Sva kom han endr at hamri. Þrym. XXXII. 9 *et* 10. *add.* Hrafn. XII. 8. n. 52. *Asax.* Eþ. Gr. αὖτις, αὖθις, αὖτε, *et* ἀνὰ *in compoſitis.*

Engi, *nemo, nullus.* Skirn. VII. 5. *ab* einn-gi, *pro* Einn eigi, *verbo, unus non, ne unus quidem.* Engi, *neminem, in accuſativo.* Vaf. II. 4. *quae flexio etiam invenitur in Proſa,* Edda Snorr. *in Fabula de* Thoro *et* Scrýmere: han gat engi álar endan hreypt, i. e. *nullam lori extremitatem quivit movere. Nam altera flexio accuſativi,* Engan, eingan, *eſt ab altero nominativo,* Engr,

Eingr; *et* aungvan, öngvan, aúngan, *eſt ab* Aungr, öngr; Eyngan *in* Thomas-ſaga *ab* Eyngr, *mutato* au *l.* ö *in* ey.

Enkis, *nullius.* Sol. XXVIII 5. *Genitivus ab* Engi, k *pro* g *ſubſtituto. vid.* Eingi *et* Engi.

Enn, *pro* hinn, *pronomen, interdum, adjectivis praemiſſum, articuli definiti vicem obtinens*, ille, iſte. Sá enn baldni jötvnn. Vaf. XXXII 3 4. Harbarþr enn ragi. Harb XLIX. 1. *genitivum maſcul. et Neutr. facit* Enſ Skirn. XI. 5. *Genitiv. Fem.* Ennar. Æg. XXXVII. 4. *ubi* ennar *et* hinnar *mire junguntur. Accuſativ. fem.* Ena. Harb. XXIX. 5. *Dativ pl.* envm, þeim envm aldrænnvm. Harb. XLII. 2. *Subſtantivis junctum ſuffigitur, unde eſt noſtrum* madrinn, konan, barnit, *Dan.* Manden, Qvinden, Barnet. *Ab* Han (hann). Gr. ἐκεῖνος, ὅτος, αὐτὸς.

Enn, *etiam, adhuc, amplius, inſuper, porro.* Æg XXVIII. 1. Hynd. XXIX. 4. Veg. XIII. 4. Hym. XXVIII. 1. *ubi duo* Enn *juxta ſe ponuntur, ſenſu diverſo, nam prius eſt at, ſed, verum: Sic in* Sp. R. *pag.* 304. Enn enn heldr ſkaltv þat varaz. Gr. ἔτι.

Enn, en, *at, ſed, autem, in plurium enumeratione ſaepius repetitum.* Grim. XLIII. 3 5. 7. 9. XL 3. 6. 7. 10. Enn, *ſervit tranſitioni ad aliam materiam.* Hym. IX. 5. *Ejusd. familiae cum* Gr. ἀτὰρ, αὐτάρ, *uti et cum Latinis à me adſcriptis: Niſi malimus ducere ab* And *contra.*

Epli, n. *pomum, malum.* Skirn. XX. 1. *Angl.* Apple. *Asax.* Æppel, Æppyl. *Dan.* Abel (Æble). *Belg.* Appel. [*Germ.* Apfel]. *Cymr.* Afal. *Ex Jünio. De omnium origine nihil conſtat.*

Ept, poſt. Skirn. XXXIX. 4. *per Apocopen ab* Eptir.

Eptir, *Conj. poſt, ſecundum, hafa* Favþvrleifd eptir frændvr ſína. Hynd. IX. 3. 4. Sá er eptir teinn ferr. Fiöl. XXVIII. 3. Gr. ὄπιθεν *pro* ὄπισθεν. Eptir, *adverbialiter poſitum.* Sol. XXII. 1. 2.

Er, *indeclinabile et omnis generis, qui, quae, quod, ſaepe expreſſo ante Pronom: Demonſtrativo* ſá, *ſed alias ſubintellecto.* Grim. XXII. 2. Skirn. XXI. 5. XXIII. 3. XXXIX. 2. Harb. IV. 2. XIV. 4. Fiöl. X. 5. XII. 4. Gr. ὅς. *hinc eſt:*

Er, *particula relativa, Adverb. quod, eo quod, quoniam, quippe, quum, quando, ubi. Saepe expreſſum ante habet* þá *l.* þar, *ſaepe omiſſum at ſubaudiendum.* Grim. XI. 2. XLI. 6. Skirn. XI. 2. Harb. XIV. 2. XXXVI. 2. XXVII. 2. Hynd. VI. 2. 5. VII. 3. Hym. XXIX. 2. XXXII. 3. Æg XXVIII. 5.

Er, *Conj. pro* at, *ut; cum Indicativo.* Æg. XLVIII. 4. 6. *cum Subjunctivo, praecedente* Sva. Sol. LXXXIII. 4. 6. *ab* Er *qui, ſicut* Gr. ὅτι *ab* ὅς.

Er,

Er, *quod, quia, particula vacans, ſeu expletiva, quemadmodum* Gr. ὅτι *ſaepe in* N. T. Harb. XXIV. 2. Fiöl. XV. 5. XLI. 2. var. h. LI. 2. Sol. XLIX. 5. L. 5. Alv. VII. 2. *ita quoque accipi poteſt,* Grim. XII. 5. XLIX. 2.

Er, *pro* þer, *vos* Hym. XXXVIII. 1. Æg. VII. 1. þá er er, *cum vos.* Æg LII. 3. *Germ.* ihr.

Er, *pro* ert, es. þú er avrviti. Æg. XLVIII. 2.

Era, *non eſt.* Æg. XXX. 3. Skirn. XXII. 4. *vide* a *negativum ſuffixum.*

Erat, *quae non.* Veg. XVII. 3. var. m. *conf.* a *negativum pronomini ſuffixum.*

Erendi, n. *Negotium, legatio, itineris l. legationis exitus, ſeu Scopus: ſcribitur* Örindi, Skirn. XXXVIII. 1. hefer þú erendi ſem erviþi? Þrym. X. 1. 2. *conf.* XI. 1. 2. *Angl.* Errand, Chaucero, Erandi, *Nuntium, Negotium* [*Iſl.* Erendi] *Asax.* Ærend *Negotium, mandatum, nuntium, legatio;* Ærend-raca [*non* Erend-draca, *ut vult optimus* Junius, *nam eſt idem cum Noſtro* Erendreki. G. M.] *inter alia, Legatum ſignificat. Dan.* Ærende, *negotium, Theotiſc. Arunti. Videntur ortum traxiſſe ex* ἔρειν *dicere, loqui.* eerend, eerenden, *nuntium, nuntiare, Teuton.* Junius. *Deſcendunt ſine dubio à Gotth.* Airus, *nuntius. unde fit Asax.* Ar *ejusdem ſignificationis.* Edw. Lye *ad* Junium. *Vide ſupra* Ar. Ár.

Ergi, f. *Nefaria libido, nequitia.* Skirn. XXXVI. 7. n. 45. Ergi f. (*nec male quoque Neutr.*) *ut in* Hiſt. Egils Einhendta; Argr *et* ragr *idem ſunt per Metatheſin.* Argr er ſá ſem öngvu verſt, Argr *eſt qui nulli injuriae reſiſtit* [*aut, qui nulla ſui defenſione utitur.* G. M.] Eg ergiz, fio argr, ɔ: *puſilli animi.* Svo ergiz hver [hverr] ſem han eldiz, ɔ: ſvo bilar hvgr ſem dvgr *et in* cant. Eccl. ydr ſkal kvöl ei ergia, *non terrebit, ne tereat. Ex* ira, *quae ex Zelotypia* * *et foeta* ſ. *ob foetum* [* *ſenſum horum non ſatis capio* G. M.] *ſaepe acerrima oritur, ſaepe quoque vana et ſine viribus, Danica videntur orta,* Arrig, Arrighed, Ærgelſe, Ærgerſig. *G. Pauli Conf.* Ergi *apud* Snorr. *in* Yngl. ſaga, Edit. Hafn. Cap. VII. *ubi an Vox recte ſit expoſita, dubitari merito poſſit. Forte* Ergi, *Libido, in nulla eſt cognatione cum* Argr, *neque hujus derivatis,* at Ergiaz *et* Ergia, *ſed referenda potius ad* Gr. ὀρέγω *et* ὄρεξις, *aut ad* ὀργὴ, *quatenus haec Animi inclinationem notat. Nam de Lat.* Ira, *et Vocibus Danicis, quas* G Pauli *adtulit, dubium vix eſt, quin* Eæ *ab* ὀργὴ *ortae ſint.*

Eromc, *eſt mihi.* Æg. XXXV. 1. *vide* vmk, omk, vmz, *terminationes.*

Ertv, *tu es, ab* er *et* þú. Alv. II. 2. Ertattv, *non es tu. Ibid. Stroph.* 6. Veg. XVIII. 1. 5.

Erviþi,

Erviþi, (Erfiþi) n. *Opera, opus, negotium, Labor, moleſtia, aerumna.* Aſkr Ygg-draſils drýgir erviþi. Grim. XXXV. 1. 2. Haſa erendi ſem erviþi (erfiþi ok erendi). Þrym. X. 1. 2. XI. 1. 2. *Aſax.* Earbeþe *negotium*, Earfoþ *difficilis*, *Nobis* Erviþr. Arbeyd, *moleſtia, difficultas*, Willeram. *Germ.* arbeit. *Belg.* Arbeydt, *Dan.* Arbeid. *Forte Noſtrum eſt ab* Ar, Ár, *ſuperius viſendis, et* at Viþa (*pro* vinna) *operari; Reliqua ab Noſtro, permutatis inter ſe literis cognatis* v. f. b.

Eſir, *pro* Æſir, *Aſi l. Aſiani.* Form. Æg. *pag.* 150. var. k. *Cogitata Gunnaris Pauli ſuper Aſorum et Aſiae nomine, ſuo loco ſupra male mihi omiſſa, hac occaſione inferre lubet:* "Áſum [*Dativ. pl. ab* Áſar *l.* Æſir]. *Nomen nuſquam non occurrens. Ab* Aſia *duci ſolet, vel quod inde revera eſſent, nomine terrae late ſumto, vel ſpecialius, quod pro Trojanorum poſteris haberentur.* Aſiae *nomen derivari poteſt ab* Ás, *quod tum axem notat, tum collem. Priori modo Terram ſuppolarem ſignificare poterit, qualis haberi poterat eo uſque boream verſus profectis: poſteriore terram clivoſam, ab uno aliquo inſigni (forte monte* Taúro) *vel pluribus dictam.* Alpurgum [*non invenio hoc nomen in meo Hederici Lexico, ſed Aſpropolis, Aeſchecher, urbs minoris* Aſiae, *ſine auctore*, Aſſos, Aſſus, *urbs in* Troade, *ex* Strabone, *et* Aeſacus, *Fluvii nomen in* Troade, *ibi adlata video.* G. M.] *pro* Asgardo *merito habent doctiſſimi noſtri Antiquarii, quod tamen ab* Aſis *nomen accepiſſe non aeque certo aſſeruerim: poterat n. urbs in colle (oblongo) ſita ab eo nomen ducere, et ſic forte* Æſir *nihil aliud quam* Ásbúar, Áſa-menn, Aſenſes, *l.* Asburgenſes. *G. Pauli. Snetonius in Auguſto* Cap. 97: Aeſar Etruſca *lingua Deus vocatur. Ad quae* Caſaubonus: Heſychius: Αισοὶ θεοὶ ὑπὸ τυρρηνῶν. *Eſt vero Graeca vox* Aeſar *Hetruſca terminatione formata. nam* αἶσα *eſt Fatum, Deus, qui fatorum auctor.* „ *Haec ad* Áſi *et* Æſir *haud inepte poſſunt applicari.*

Eſkis-meý, Eſki-mey, f. *ciſtellatrix, puella l. famula capſaria, quae feminae illuſtri eſt a ciſtella l. pyxide cosmetica, ɔ: ejus curam habet.* Form. Grim. *pag.* 38. *Fundus hujus explicationis eſt* Edda *in Dearum recenſu; adeo erravit Sandvigius, dum Danice vertit* önſkemöe, *quod et alioquin obſcuritate non vacat.* Eſki n. *theca l. pyxis fraxinea, ab* Aſkr, *aut forte generalius capſa, theca, conceptaculum, armariolum, ab* ἴσχω *pro* ἔχω, *capio, contineo.* Meý, *pro* Meýg, *eſt femina τῆ* Mögr, *vide* Gloſſ. Nialae: *ubi autem Famulam notat, ut hoc loco, ad* Gr. δμωὴ, *famula, adludit.*

ek

ęk Etla, *pro* Ætla, *decerno, ſtatuo, conſtituo, cogito, puto, credo. neutr. participii paſſ.* etlad. Skirn. XXXVII. 4. *Scot.* Etle, Ettle, *conari, parare, animum ad hoc vel illud tendere, cum noſtro* at Ætla *confert* Junius, *et derivat à* Gr. ἐθέλω, *volo.*

Eva, Evagi, *Adverb.* Skirn. XXVI. 6. Hym. XXXII 7. n. *. *Reſpice* Æva, Ævagi. *Lapp.* heivege, *notat* Det aller mindſte, *apud* Cn. Leem *in Nomenclatore.*

Eý, *f. Inſula.* Harb. XV. 3. Gloſſ. Niálae. Ebr. ai, *l.* i, *eſt Inſula, regio.*

Eý, *pro* Eýg, *f. ab* Eýgr *in Compoſitis, oculis praeditus quomodocunque, in n. pr. mulieris factitio,* Rád-eý. Sol. XVI. 2. n. 18. Eý *nude, vocabatur filia* Geirmundi Heliarſkinni, *in* Landn. b. *Ab* Auga *oculus.*

Eý-fvra, *f. n. pr. uxoris* Arngrimi berdſerki. Hynd. XXII. 4. *verbo: jugis l. perpetua abies, vel ſemper ignea f. flagrans, ab* ey, *pro* æ *ſemper, jugiter. conf.* var. r. *et* Fvrą *abies,* Fvrr, fýrr, *ignis. Cum vero hoc ſenſu Veteres magis ament* Ei, Ey-fvra *eſſe poteſt oculis ignea, ab* Ey *praeced.* Ey-vör *dicitur recentioribus, quaſi oculis circumſpecta vel perſpicax. Si denique vocem eſſe putemus ſimplicem, formatam ab* Ævi, Ævum, *notabit Aeternam, et erit cognata* Ivarr *Viri nomini proprio.*

Eý-gló, *f. Solis vocabulum poëticum.* Alv. XVI. 4. *ab* ey, *et* at glóa. *Licet quoque vertere, Oculis coruſca l. micans aſpectu.* Eý-glóa, *praeferunt quaedam Exemplaria* Eddae Snorrii, *quod neque improbaverim. conf.* Fagr-glóa.

Eýlimi, Eý-límí, m. Sol LXXX. 6. var. *et* n. *Formidabile flagellum vertere licet, ſi* Ey *ſit derivata ab* at Ægia, óga, *terrere, et vel terrorem notet, ut id in Compoſitis ſaepe notare credit* J. Olavius Grvnnavicenſis, *vel terribilem, à maſcul.* Ægr, eýgr. *conf.* Limar.

Eý-límí, *l.* Eý-límí, *n. pr. viri.* Hynd. XXIV. 6. n. 48. 49. *verbo, Ramus perpetuus, aut ſemper protegens, conf.* Lím, *pro* Líf ɔ: hlíf. *Aut eſt Aeternus, variatum ab* Eilífr.

Eý-mvndr, m. *n. pr. viri.* Hynd. XIV. 1. *verbo: perpetuum munus, aut oculos certo dirigens, ab* auga, *et* at mvnda, mynda; *quae vide in* Gloſſ. Nialae, *neque aliud puto ſonare n. pr.* Avgmvndr; *aut denique terribilis jaculator, ab* Eý *ſupra ſub priori* Eylimi. At mvndaz til, *ap.* Snorr. Tom. II. *in* Jarla-Sögv, *eſt proprie ictum l. jactum in ſe invicem intendere:* Mvndr, *utroque iſto nominis proprii ſenſu, contractum ex nomine verbali concreto* Mvndvdr; *alias* Mvnd f. *et* n. *Scopus, meta, nec dubia mihi*

mihi eſt inter Meta, metor, mvnd, *et* ek mvnda, *cognatio.*

Eyra, n. *Auris. Vera* æ at eýrvm *eins.* Æg. XLV. 4. 5. han liggr í eýrvnvm á honvm, *cubat illi in auribus, eſt phraſis, de aliorum calumniatore apud quem. Angl.* Ear, *Alam.* Ora, oora. *Gall.* oreille. *Ital.* orecchia. *Dan.* öre. *Belg.* oor. *ex* Junio. *Cetera pete in* Gloſſ. Synt.

Eýrendis-leýſa f. *Negotium l. iter irritum, effectu caſſum, fruſtraneus legationis exitus.* Hrafn. XXI. 5. Eýrendi, *pro* Örendi, Erendi *ſupra*, leýſa *in Compoſitis, carentia, abſentia, defectus, ab* Laúſſ, *in Compoſitione, carens, expers, vacuus.*

Eýri, *f. ora, lacinia ſoli arenoſa fluvio l. mari adjacens: hinc* Eýri Aur-glaſis, *mulieris adpellatio.* Fiöl. XXIX. 6. var. a. *forte ab* Aur *limus, aut* Aur *aqua; conferri poteſt et Lat.* Ora, *quam à* Gr. ὄρος *terminus, extremitas, formavit* Voſſius.

ek Eýſſ, *in ſingul. per omnes perſonas, haurio, item fundo, effundo.* at auſa hrópi ok rogi á einn. Æg. IV. 4. 5. Gloſſ. Synt.

Eý-vani m. Sol LXXX. 6. var. *et* n *forte eſt Cacoëthes*, eý *ſumto pro* ó *negativo; forte et horrenda conſvetudo, ſumto* eý *pro terrore, de quo ſuperius in* Eýlimi.

Eýxn, *m. pl. boves jugales, et inde boves ſimpliciter.* Hym. XV. 8. *ab* Eýkr *jumentum*, Gloſſ. Synt. *conf.* var. n. *et* Öxn.

Eþ, Ed, *pro* Eþa, Eda. Skirn. XXXI. Ed, *communiter* eda, edr, Gr. ἢ (εἴτε, εἰθ'. G. M) *Lat.* aut, ve, *Germ.* oder. [*ASax.* aþor, ouþer, oþer, oþþe. *Ulph.* aiþþau, Uþþau. *Angl.* or. G. M. *ex* Edw. Lye, *ad* Junium] *Hinc* Ella, *pro* edla, ɔ: edliga [*aliter, alioquin, ſin minus.* G. M.]; *item* Ellegar (ella vegar *l.* ell-vegar, *ut* Norvegr, Noregr) *Dan.* Eller, *Lat.* vel. *G. Pauli. Cum* Ella *conferri poteſt* Gr. ἄλλος, *Lat.* Alius, *item* Alis *et* alid *obſoleta.* Eþ, eda, edr, *cognata ſunt forte noſtro* annarr, Gr. ἕτερος.

Eþa, Eda, *aut, vel, ſive.* Veg. XV. 5. Æg. VII. 6. *in percunctando iteratur.* Fiöl. II. 5. 6.

Eþli, n. *animus, mens; aut ſors, conditio.* her mvnda ek eþli vna. Fiöl. V. 6. *vide* Avþli, Öþli.

Eþl-vina, *f.* Hyndl. XLIII. 5. XLII. 5. var. n. 74. *aut genuina, germaniſſima, ingenua amica, per ironiam, aut aperto convicio, Viperina amica, viperarum ſocia, aut venefica, conf.* Eitr *ſub finem. Cum* Eþla *Vipera conferri poteſt* Gr. ἔχιδνα.

Eþr, *aut, vel*, Skirn. X. 5. hvart — eþr, *utrum — an.* Skirn. XII. 1. 2. *ſervit tranſi-*

tranſitioni ad quaeſtionem. Harb. VI. 3. Eþer, *pro* Eþr, *ſcribitur in* Vaſ. IX. 6. X. 3. *et ſaepius in* Ea Oda, *quod ejusdem eſt farinae ac* Áþer *pro* Áþr, *de quo dicta non repeto.*

Omiſſa in Lit. E.

Einmæli, *n. colloquium ſingulare, privatum, ſecretum, ſine arbitris;* mælti karl einmæli viþ Geir-ravd. Form. Grim. *pag.* 37. *ab* Einn *ſolus, et* Mæli, *vox, loquendi facultas, in Compoſitis Verbum, ſermo, quod à* Mál *vox, ſermo.*

Ein-mana, *omnis generis et indeclinabile, ſolus, ſolitarius.* Sol. XLVIII. 4. *unde ſit, et quid proprie notet, illud* Mana *in hac voce, non liquido dixerim. forſan eſt ab* at Mæna *prominere, eminere, ſuſpicere (in coelum), ut* Ein-maña *ſit,* ſá ſem ſtendr einn vpp, *qui ſolus exiſtit, l. exſtat. conf. Lat.* Minor *ap.* Virgil. *notum illud: Germinique minantur In coelum ſcopuli. Item de arbore* Lib. II. Aen. vers. 628. — *illa uſque minatur, i. e. aut eminet: ut Murorumque minæ (conf.* Aen. IV. 88) *aut, movetur, inquit Servius. Adde Lat. Mineo, quod apud Lucretium exponunt, propendeo tanquam caſurus. Poteſt et conferri* Mavn *infra.*

Eir, *f. n. pr. Deae Aſianae, quae arte ſalutari excelluit, in* Eddae Snorr. *Deorum recenſu. conf.* Eir *ſupra. hinc* Eir aúr-glaſis, *Dativo* Eiri, *Mulieris adpellatio poëtica.* Fiöl. XXIX. 6.

Eld-vina, *f.* Hynd. XLII. 5. n. 74. *poteſt et verti, antiqua l. vetus amica, quaſi* Alda-vina, *ab* Aldr *aetas, ſenectus, et forſan* Eldi *idem, unde,* her mvnda ek eldi vna. Fiöl. V. 6. var. *c forte rectius redderetur: hic conſeneſcere adprobarem, l. conſeneſcendo contentus forem.* 2) Eldvina *eſſe poſſet Coqua i. e. atra colore coquae inſtar, vel Venefica; conf. ſupra* Eþlvina, *et* G. Pauli *ſub verbo* at Drepa, *item ſi quid obſervamus infra ad* Seiþr. 3) *Poſſet eſſe Caprae nomen, et ſynonymum τῆς* Kolmúla, *quod Capellae eſt vocabulum in* Eddae *nomenclaturis, et ſonat: carbone os atrata, aut ore (roſtro) carbonis inſtar atra. Huic acceptioni favet, ſubjecta in iisdem Verſibb. comparatio* Hyndlae *cum* Capra, *item ipſum* Hyndlae *nomen, quod videtur ratione originis notare Hinnula, ɔ: Capreola.*

Ellífv, *etiam habetur,* Hynd. XXVII. 1.

Erfit (Ærvit), *pro* Ervitt *n. ſing. aut* Ervid, *n. pl. a Nominativo* Erviþr, *Laborioſus, moleſtus, incommodus, inquietus, ſollicitus;* Er mer hefir a ukit ærfit ſinni. Veg. X. 3. 4. *vide* at Aúka, Sinni, *et* Erviþi *ſupra.* Erfitt (ervidt) ſinni. Ervidr, *difficilis, Laborioſus: de quo videatur, doctiſſ.* Joh. Olav. Hypn: *qui in voce* ervidi, ár, árni, árnadr, ármadr, *pro ſolita ſua dexteritate ac diligentia, in utroque*

utroque ſuo Gloſſario, quae huc pertineant egregie ac feliciter ſuggerit. Ad quae addi merentur, ardr, (at veria) ördvgr, ar-mæda, *quorum primum* aratrum *ſignificat* (*Aratrum* plógr, ardr, Sr. Jón Þórðarson í Lióda-glóſvm, *de quo* Sciagr. Hiſt. Lit. Iſl. *pag.* 35) *ſed frequentiſſime hodie Lucrum. Ad quorum utrumque reſpicit locutio vulgata:* Þad dregr mer litin ard. *Et quemadmodum* Ardr *proprie Aratri proventum notat* (*Synecdochice autem Lucrum*) *ita* Ardruxi *hinc dicitur bos praepinguis, frugibus ſaginatus, potius quam qui aratrum trahit, quem labor graviſſimus pingueſcere vix ſinit. Alterum ſ. Secundum,* ördvgr, *activae, erectum* (*quaſi ſtivam tenentem*) *item ſtrenuum ſignificat;* at ríſa vpp ördvgr, *ſe ſtrenue erigere: Paſſive vero Acclivem, et hinc Laboriosum* (*paſſive*) *ac difficilem. Et priori quidem modo de* Jove Ovidius Met. 2. *Summam petit arduus arcem. Cum tertio,* Armæda, *mire conveniunt* Gr. μερ-μνα, *et Lat.* Ærumna. *Ad primum addatur, quod inter ſcribendum memoriae ſe ſubduxit, et vel unicum adducendum erat, Landn. partis* Iæ *Caput* 6. [*vid. Libri Indicem*] *ubi vocabulum* ardr *habetur pag.* 15. *edit. Haſn. olim quotidianum, hodie deſuetum. Neſcio an non huc pertineat* Armr *infelix, fortuna ac felicitate deſtitutus, quaſi infeliciter ſemper arans, vel etiam ſerviliter ipſe aratrum trahens, ut ſervi* Hiörleifi *in* Landn. *loco cit. Poteſt et* Arfr *huc referri, ut ſignet reliquias aratri proventus. G. Pauli*].

Eýra, *huc adde phraſin:* at mæla (ſegia) nockvt í eýra einvm, *Loqui* (*dicere*) *aliquid in aurem alicui,* o: hvísla þui at honvm, *inſuſurrare id ei in vel ad aurem.* Vaſ. LIV. 2. 4. LV. 3. *hinc,* Eýra-rúna *mariti ſui, vocatur uxor in* Völv-ſpá, *verbo: Auricularis confabulatrix; re: arcanorum ſocia l. conſcia.*

F.

at Fá; 1. *praeſ.* ek Fæ, *praet.* Feck, 1) *comprehendere,* 2) *capere, accipere, nanciſci, adipiſci. Han* feck á þremi, Hým. XXXIV. 2. n. 50, *ſic in* Hryggiarſtycki, þeir fengv jarl höndvm. *hinc participium paſſ.* Fánginn, feinginn, fínginn, feginn, *captus* (*in ſpecie, bello*) Fáng, Feingi, *captura, venatio,* herfáng, *quaſi bellica captura, praeda.* Feigr, *ad capiendum oportunus, capturae obnoxius, morti videlicet. Conſtruitur cum Genitivo rei; in* 2do *ſenſu etiam,* Skirn. XXXVI. 1. 2. *ubi* G. Pauli *haec adnotavit:* "Eg fæ þeſſ edr þeſſ, *hoc* "*vel illud nanciſcor, acquiro, impetro,* "*frequentiſſime de proco voti compote.* "*Eadem eſt conſtructio verborum ſimi-*"*lium, ad* orka, afla; *Sic* bidia, leita, "*ut merito hic* Æþri dryckia *in geni-*"*tivo plurali accipiatur.* 3) *Adfero,*

pario,

pario, concilio, arceſſo: Fekk þat ángrs Frigg ok Syafni. Veg. III. 4. *Cogn. Angl.* Fetch *Repetere, adducere, adferre, pro quo Asax. paſſim habent,* Feccan, Feccean, Fettan, Fetigean. *Germ.* Fahen *in* Empfahen *capere, accipere*; Fahig *capax, compos. Dan.* at faae, jeg faaer. *Lat. paro et pario.* Gr. πάω *acquiro. Ulph.* Fahan, *quod* Junio *eſt à* Gr. πιάω, *pro* πιέζω, πιάζω, *injecta manu premo, capio, comprehendo.*

Fæddr, *particip. paſſ. à verbo* ek Fædi. Sol. XLVI. 2. n. 61. *ubi forſan Sacrae coenae compos debet intelligi*; *nam Verbum* at Fæda *tam gignere notat quam alere, uti et Dan.* at Föde. Ek var fæddr í borginni Nobe, *Cibum adeptus ſum (victu recreatus ſum) etc. Junt verba Davidis in Sp. Reg. pag.* 753. *Vide* Gloſſ. Synt.

ek Færi, at færa, *fero, adfero.* Færa einnvm eitt, *muneri adferre, l. offerre quid cui.* Fiöl. XXIX. 4. 6. *Qui ſpecialis verbi uſus, hodiedum à Nobis frequentatur.* Færa ſik í fat, *alias* Fara í fat, *induere ſe veſte; unde Verb. Deponens Reciprocum,* Færaz í, *pro* Færa ſik í: Ihún let í færaz vargs-belg. Hrafn. VIII 4. 5. *Induebatur, indui ſe ſinit, eleganter, ut* Let ſkírazt, berazt, ſigazt *etc. inquit* G. Pauli. Þórr færdiz (Förd.z *ambigue*) allra í áſmegin. Hým. XXXI. 2. 3. 4. *ubi, num Induendi ſignificatio locum habeat, non omni dubio caret, nam poteſt non minus, quanquam parum Latini, exponi: Transtulit ſe (tranſiit) uſque (l. uſquequaque, ut* vegna, *ad* allra, *ſit ſubaudiendum) *in robur divinum,* ɔ: *omnimodum divinum robur adhibuit, arceſſivit l. advocavit ſibi, adſumſit. Haud abſimiliter de* Grettero Robuſto, *cum Lemure* Glámo, *an cum* Bárdardalenſi oreade? *luctante dicitur:* han Færdiz í alla auka, *quod neque promtum eſt Latine ad verbum exprimere. Ab* at Fara, *ire. Conv.* Gr. φέρω, *Lat. Fero.* Gr. φορέω. *Germ.* ich Fuhre. *Dan.* jeg förer, at före.

Fæſtr, *pro* Færſtr, *Superlativus* af Fárr, Færri, *paucus, paucior.* Fiöl. XXI. 5. *ubi ſingularis, pro plurali, ex noſtro Idiotismo expreſſus eſt.*

Fagna, *ab* at Fá, *proprie eſt complecti, comprehendere, cum lubentia accipere. De canibus adhibetur* Fiöl. XLV. 4. n. 56. *hinc Angl.* Faune *Adulari, blandiri, Asax.* Fægenian: þa ongan *Cerberus* fægenian mid his ſteorte and plegian (pleigan) viþ hine, *i. e. tunc coepit Cerberus adulari cauda* [*ſua*] *et alludere ei.* Aelfredus *Potens Angliæ rex, in Verſione* Boethii, *apud* Junium *in* v. Faune. *Literis tranſpoſitis conveniunt Germ.* Fangen, *Dan.* at Fange, *in Compoſitis,* Empfangen, *et* Undfange.

Fagr, *f.* favgvr, *n.* fagvrt, *Lucidus, candidus, clarus, ſerenus, illuſtris, ſplendidus, nitidus, fulgidus, amoenus. Til* fagra Freyiv túna. Þrym. III. 2. *ubi* Fagra *eſt Genitivus pl. contractus ex* Fagvrra. 2) *Venuſtus, ſpecioſus, pulcher.* Form. Skirn. *pag.* 68. Þrym. XII. 1. Gloſſ. Synt. Gr. φάω, *Luceo,* φάος, *Lux. Angl.* Fair. *Asax.* fæger, *Alam* Fager. *Dan.* vet. Fáver, *pl.* Favre. Junio *omnia haec ſunt, vel à* Gr. φαιδρὸς *hilaris, alacer, ſplendidus; vel, et in ſpecie quidem Angl.* Fair, *a* Gr. φίαρος, *quod* Heſychio *et* Suidae *exponitur* λαμπρὸς. *Addi poteſt et Lat. Purus. Quomodo autem noſtrum* Fagr *à* φάω, *ita Germ. Dan.* Schön, Skiön, *ab* ek ſkínn, *Germ.* ich ſcheine, *Dan.* jeg ſkinner, *Luceo, ſplendeo, derivata ſunt.* Fagvrt vedr, *noſtro ſermone Tempeſtas ſerena,* Suecis *dicitur* wackert, wæder; *unde etiam videri poſſit illud Germ. Suec.* wacker; *Dan.* vacker, *noſtro* Fagr *eſſe adſine.*

Fagr-glóa, *mulieris formoſae epithetum,* Alv. V. 3. *verbo, ſplendore nitentis; illud autem* glóa *aut eſt Adj. omnis gen. et indeclinbile, aut facit in Nominativo maſc.* Glói, *fem. et n.* Glóa. *vide verb.* at glóa.

Fagra-hvel, *n. Solis appellatio poëtica.* Alv. XVI. 5. hvel n. *à* Gr. κυλίω *volvo, rota, globus rotundus, orbis; conf.* Gr. κύκλος.

Fagra-ræfr, *Coeli vocabulum poëticum.* Alv. XII. 5. *conf.* ræfr *fibi, et* himinn, heimr. Fagra *autem id hic dicitnr ob aſtrorum ſplendorem.*

Fagr-ligr, *Specie fulgidus, amoenus:* Flet fagrlig. Veg. XI. 8. ligr, *in talibus vocabulis, vel nuda eſt novae vocis formativa, vel variatum à* líkr, *in compoſitis, facie praeditus hac l. illa, item nude, ſimilis, quod porro eſt ab* Lík Forma, *corpus. Ab hoc vero,* Fagrligr, *procuſum eſt fortaſſe Recentiorum* Fallegr *pulcher, vox priſcis, quod ſciam, ignota.*

Fáinn, -in, -it, *hinc Accuſativus contractus,* Fán, *in Compoſito* Eitr-fán, *veneno nitentem, l. coruſcum.* Hým. XXIII. 3. *conf.* Gr. φαεινὸς *ſplendidus, et ſit Lucidus anguis, alicubi, opinor, dixit Virgilius. adde et Lat. Pingo, quod* Scaliger *et* Becmannus *à* Gr. φίγγω, *Luceo, formarunt, ut* Fáinn, *pictus, dicatur Serpens, ab diverſicolore macularum quaſi pictura.* [Eg Fái, *pingo, lino, verbum priſcum poëticum,* (*opinor et in proſa me vidiſſe, ſed locus non occurrit* G. M.) Fánn, fáinn, Fádr, fáidr, *pictus, politus.* (*an* Fánn *dicatur, poteſt ambigi.* G. M.) Mann-fá *f. g. hominis picta effigies.* Króka-fá, *via tortuoſa, veſtigia ultro citroque errantia,* krákv-ſtígr. *G. Pauli*] *Forte veteres crediderint, Venenum ex oculis micare Anguibus, aut viroſum illum humorem*

eorum

eorum cutem reddere lævem ac torosam, vel per illam quasi translucere, atque inde ortum sit Anguis Epithetum Eitr-fáinn. *Denique fieri potest, ut* Fáinn *in hac voce sit à Verbo* at Fa, *ut* Eitr-Fáinn *sit Veneno (ab natura) instructus, aut 3tia notione verbi supra allata, venenum ex se praebens l. offerens aliis. Inspiciendum quoque est* Málfáinn *l.* Mál-fán.

Fákr, *m. Equus, poëtica vox, in Composito* Lavg-fákr, Hým. XXVII. 4. *conv. Hispan.* Faca, *Equus parvus, mannus, quod in Fabula nota, Don Quixot, occurrit, teste Sobrino; sed alias dicitur Haca apud Hispanos, unde Gallorum haquenee.* Fákr, *ratione originis, forsan est* Fugax, *i. e. Velox, ab Lat. Fugio, quatenus celeriter eo l. feror notat, unde est nostrum at* Fiúka, *cum impetu agi, raptim ferri. Alioquin duci possit* Fakr, *vel à* Veges *Alacer, vel ab at* Vega *portare, vehere, v in f conversо* G. Andreae *duxit à* Fagr.

Faldinn, -in, -it, *Velatus, tectus, involutus.* Elivn faldin, *vel* Tár — elivn faldin. Hrafn. XII 5. *et* 7. *conf.* Elian, *et* Tár. *Participium passivum est à Verbo* ek Feld, *praet.* Felt, *de quo egi ad* Egils-sagam Cap. 60. pag. 385. 386. n. 5.

Falla, *cadere, item Cadunt, à prima* ek Fell Þó let ek hann falla. Harb. XIV. 5. *árnar* falla. Grim. XXVIII. 11. 12. Látvm honvm — kven-váþir vm kne falla. Þrym. XVI. 1. 3. 4. *conf.* XIX. 7. 8. *Dan.* Falde. *Angl.* Fall. *Asax.* Feallan. *Alam.* Fallan. *Germ.* Fallen. *Belg.* vallen. Junio *sunt à* Gr. βάλλεσθαι, *projici, quod cadant projecta.* Ihreus *radicem esse credit, ut antiquissimum, Ebr.* naphal, *cecidit, decidit.*

Fallaz, 3. *plur. Indicativi praes. prima* ek Fellzt, ɔ: læt mik falla, felli mik, *facio ut cadam, dejicio l. projicio me; sublabor, decido, deficio.* Opt sitianda savgvr vm fallaz, *proverbii speciem habet.* Þrym. X. 5. 6. Fallaz, *neutraliter, ut* honvm fellvz hendvr. *G. Pauli.*

Fán, Fiöl. V. 2. *accusativ, sing. pro* Fáan, *paucum, et hoc pro plurali* fáa.

Fán, Ibid. *forte est nom. Subst. fem formatum eodem modo ac* Spán, *vaticinium, oraculum; sonaret autem, acceptio, acquisitio, usus, fructus: et ordo foret:* augna gamans fan, ɔ: Fengi, sýsir aptr, *oculorum delectamenti fructus (lucrum) injicit, cupidinem eodem redeundi. Esset autem τὸ* fán *a verbo* at fá. *Sed potest et* Fán *esse splendor, á* φάω *luceo, eodem verborum ordine: ut* augna-gamans Fán *sit splendor oculis delectabilis, l. visum oblectans. Hoc observare necessum erat, cum Genitivus ille,* Gamans, *pro,* þar sem gaman er, *paucis forte probabilis sit futurus.*

Fáni, *m. in compoſita voce* Gunnfáni, *vexillum, Signum militare, labarum.* Harb. XXXVIII. 3. *Dan. Angl.* Fane. *Cambr.* penion. *Germ.* Fahne. *Danoſax.* Fana. *Iſl. hodie* Fána. *Fortaſſe ſunt à* φᾶναι, *apparere; quoniam omnium conſpectu exponuntur: vel à* φαίνειν, *oſtendere; quod militantibus proprias cohortes, et navigaturis ventos, oſtendant. Ex* Junio. Fanins *panni in genitiv. ſing. apud* Ulphilam. Marc. II. 21. *Germ.* fane *pannus laneus, l. lineus, item faſcia, quodcunque involucrum ex panno, l. linteo; item mappa, ut in Gloſſ. Vet. Alamann: mappa* hanchfano, (hantfane); *mappula* Tiſch fano. Fanonem *Alcuinus vocat ſudarium.* Fane *Dialecto l. lingua Francica eſt linteolum ex haſtili dependens, ſenſu a mappulis ad Labara et vexilla ob manifeſtam ſimilitudinem translato.* ex Wachtero. *Conf. ergo ex ejus mente Lat. pannus, et* Gr. πῆνος πήνη *tela textum.* [*Ad* Fáni *pertinent* fánalegt, *et* láta ſer fánalega, *de vehementia vulgo dictum, cui in prœlio vel maxime locus. Et quid ſi forte* Fáni *nihil aliud quam* máni? baudmáni, randar máni. *G. Pauli*].

Fár, *pro* fáir *pauci.* Fiöl. XLIV. 5. var. r. *ita* Bragius *Poëta in* Landn. b. *Pag.* 122. *dixit:* Far mano verri. *á prima ſing.* fárr.

Far, *n. Genitiv.* Fars. Harb. LII. 2. LVII. 3. *vectura, trajectus; uſurpatur et de navigio ipſo. Ab* ek ferr, *eo, item porto, qv. vide*

at Fara, *ire,* 2) at fara einn *conſequi quem, praecedentem l. fugientem* (at ná einum). Þá er þeſſa (Sól) hefir Fenrir fyrir, Vaf. XLVI. 6. *conf.* XLVII. 3. Jonsb. memb. Barth. *in* Mannhelgi. Cap. VII. *renna* allir *eptir* — þeim er víg vakti. Nú verdr han farinn, ɔ: *omnes curſu perſequuntur — eum, qui caedem orſus eſt; jamque contingit eum aſſequi* (*jam ille excipitur l. comprehenditur*). Elís-Saga *membr:* Elis feck miök farit hann í dal einvm. *Quod* at fara *ſignificet perdere, non nego, ſed deſidero exemplum, quod id in hoc ſenſu cum Accuſativo conſtruatur, cum Dativo autem conſtrui notum eſt, ut in Phraſi* at fara fer, *ſe ipſum interficere, conf.* Fárinn. Fara litum. Harb. XLVIII. 4. n. 56. *fortaſſe verti poteſt: mutare l. variare ſpeciem. A prima,* ek Ferr l. Fer, *praet.* Fór: *quod pete ſuo loco.*

Farandi, m. *accuſativo* Faranda, *nominativ. pl.* Farendvr. *Ambulator, viator, peregrinator, advena.* Fiöl. XI. 5. *hic participium activ. verbi* at Fara *in nom. ſubſt. tranſiit.*

Farar, *f. pl. elegantiori terminatione, pro* Farir. Harb. L. 3. *à Singul.* För, *infra videnda.*

Fari, m. *pro* Farandi, *ambulans, l. vehens, in compoſitis vocibus,* Dyn-fari, Alv. XX. 5. *et* Mvndil-Fari (-föri, *ambigue*

bigue). Vaſ. XXIII. 1. var. r. *et* n. 26. *eſt nomen verbale concretum, ab* at Fara, *f.* ek Ferr.

Farinn, -in, -it. 1) *profectus, digreſſus.* 2) *perditus, amiſſus, conſumtus, abſumtus, confectus:* verdr þá þínv fiörvi um farit, Æg. LVIII. 6. þeir letu hans fiörvi farit, Sol. XXII. 6. *In quibus locis* τὸ farit, *eſt neutr. Particip. Paſſiv. vel ſi mavis Supinum, verbi* at fara, *quatenus notat perdere, conf. ſupr.* at fara, *hoc ſenſu:* Menn — þá er miök havſþu húngri farit havrvnd. Sol. LXXI. 1. 2. 3. *hic* farit *abſolute poſitum eſt, non cum verbis auxiliaribus,* láta *et* verda, *ut in locis modo præcedentibus.*

Fárr, fá, fátt, *adj. paucus, rarus, -a, -um.* Harb. IV. var. p. Str. 5. m. *pl.* Fáir. þat fáir *vito* (*vitu*) Grim. XVIII. 5. XXII. 5. Fiöl. XXI. 2. à Gr. παῦρος. *Angl.* Few, *Ulph.* Fawai, *Asax.* Fea *l.* Feawa, *Alam.* Fahe, *Dan.* Faa, *pauci. Gall. peu, parum.*

Farþv, *pro* far þú, i tu, abi. Harb. LII. 1. LVIII. 1.

Faſtr, *adj Dativo in neutr.* Fauſtv, *Fixus, firmus, firmatus, ſtabilis, conſtans.* Bregþi engi favſtv heiti Fíra, *Proverb.* Alv. III. 6. *vide* Feſtar. *ASax.* Fæſt. *Alam.* feſt. *Belg.* Veſt. *Dan. Angl.* Faſt. *Ulph.* Faſtan, *Servare, firmiter tenere. Ipſum* Fæſt *videri poteſt ortum ex* ἑσῶς, *pro* ἑσαὼς, *ſtabilis, firmus. Ex* Junio. *Omnia forte ab* at Fá *Comprehendere, aut, quod potius crediderim, ab Lat. Fixus,* Gr. πηκτὸς *compactus.*

Fátækr, *adj. pauper, inops, egenus. Veita* Fátækvm *frama.* Sol. LXX. 3. Gloſſ. Synt. *Convenit.* Gr. πτωκὸς, *quod et mendicum notat, atque ita* Fátæki *f. ſonat Mendicitas,* Gr. πτωκεία, *in phraſi,* at gánga á Fátæki, Jónsb. Mbr. Barth. *in* Framfærzlv-bálki, cap. VII.

Favlr, *adj. in fem.* Favl, *in Neutr.* Favlt. *Pallidus, helvus, luridus.* hví ertv ſua favlr vm naſar? Alv. II. 2. hin favlva gígvr, *cum Articulo.* Fiöl. XXX. 4. *Germ.* Fahl. *ASax.* Feahl, Fealo, Fealwe. Gr. πολιὸς *canus.* πηλὸς, *Lutum,* πελὸς, *niger.*

Favþvr, *pro, duriore et minus uſitato,* Favþvrs, *patris.* Grim. XI. 6. Skirn. XXII. 6. Hynd, XIX. 4. Form. Grim. pag. 37. *ſic enim ibi legendum eſt, pro* Favþvrs; *nam alias monitum in* var k, *nugatorium foret.*

Favþr, *nominativus, pro* Faþir, *pater; in* Odini *nominibus compoſitis,* Sig-favþr, Al-favþr, Val-favþr. Grim. XLVI. 9. 10.

Favþr-leifþ, *f. patrimonium;* — eptir frændr ſína. Hynd. IX. 3. 4. Leifþ *f. reliquum, reliquiae, ab* ek Leifi λείπω.

Favþvr-jörþ, *f. patria* [*terra*] *genitale ſolum,* — Fenris, *gigantis Eddici, qui hic pro gigante quocunque capiendus, et ita Ejus* Favþvr-jörþ *erit Plaga ſepten-*

ſeptentrionalis, gigantum praecipua patria. Hrafn. XXIII. 3. 4. var. a. Favþvr lardr Fenris, *vide* Fenrir.

Fáþr, *pictus.* Sol. LX. 6. *vid.* Fáinn.

Fe, *n. pecunia, opes, facultates, res.* Fíkiaz á fe. Sol. XXXIV. 3. ræna *einn* Fe ok Fiörvi. Sol. I. 1. LXIV. 3. *Genitivum facit,* Fiár. Æg. XII. 1. 2. *ubi de Equo et machaera adhibetur. ab* ek Fæ. *Conv. ASax.* Feoh, *Alam.* Fio, Fihu, *pecus, pecunia. Ulph.* Faihus *pecunia.*

Fe-giarn, *adj. pecuniae avidus.* Fe-giarns borg, *Locus in inferno.* Sol. LXIII. 5. *forte carcer avaris ibi deſtinatus, ex mentae Poëtae,* giarn *avidus.*

Féginn, *adj. Laetatus, exhilaratus, exſultans, geſtiens, (proprie ob votum impetratum ſ. ex re cupita obtenta):* Verþr þuí hin favlva gígvr fegin. Fiöl. XXX. 4. Gagni vrþv þeir lítt fegnir, *victoria illi parum laetabantur,* ɔ: *eam non obtinuerunt.* Harb. XXVIII. 6. *ab* ek Fæ, *et quidam revera hujus particip. activ. praeteritum,* ſa ſem hefir Fengit, *nactus. conv. Angl. Scot.* Fain, Fane, *ASax.* Fægn, *hilaris, laetus.*

Feginn, *particip. paſſiv. pro* Fenginn *acceptus, captus; unde,* þú Fegit hefir, *pro* Fengit hefir, *legit* Erl. in Skirn. XXXIII. 5. *Sic apud Valgardum poëtam in* Hrýggiarſtycki: Fegin vrþv favgvr ſprvnd, *captae ſunt elegantes feminae.*

Feginſ-dagr, *Dies laetitiae l. lubentiae, Dies optata,* — — Fíra. Sol. LXXXII. 3. *Ita dicimus et* Fegins hendi, *manu lubenti, alacri, promta ad accipiendum; ſed ratio loquendi in dictione* Feginſ-dagr, *mihi quidem magis eſt ambigua.*

Fe-hirþir, *m. in accuſativo* -hirþi, *cuſtos pecoris, paſtor.* Skirnisför *in proſa pag.* 74. *ubi fine dubio mendoſe excuſum eſt,* Ferhirþir. *conf.* Skirn. XI. 1. *et* Harb. L. 3. *à* Fe *pecus.* Gr. πῶϋ, grex, hirþir, *m. cuſtos, curator, nomen verbale activum ab* ek hirþi, *qv. vide ſibi.*

Feigr, *adj* Veg. III. 2. Harb. XI. 4. hvart ertv feigr, eþa ertv framgenginn? Skirn. XII. 1. 2. Verþr þinn feigr faþir. Skirn. XXV. 6. Feigvm mvnni *at mœla, Figurate, pro ipſe* Feigr. Vaf. LV. 4. 5. framm (frammi) erv feigsgötvr, *Proverb.* Sol. XXXVI. 6. Feigr, *Morti jam deſtinatus, l. morti imminenti propinquus: Forte à* V. eğ fæ, *quod apocopen patitur, cum revera ſit* Fæg. *ut alia nonnulla; ut ſit* Feigr, fægr, *quod ſuum eſt, jam aſſecutus, vel mox aſſecuturus: vel paſſive* Odino *l.* Helae *lucro acceſſurus* [*aut Iis ad capiendum oportunus, expoſitus, obnoxius. G. M.*] G. Pauli. Feigr, *brevi morituras, et quidem caſu aliquo inopinato. Primitivum forte videbitur, quod nec nego* [*at* Ego *pernego, eſt enim commode ſatis derivatum modo ab* ek Fæ. G. M.] *Suggerit tamen ſubmonetque duplex ſigniſi-*

ſignificatus vocis Feigd *aliquid meditandum, quae quidem, quatenus hominis talis ſtatum ſignificat, rem in incerto relinquit; ſed quando haec pro appetitu vehementi ſumitur, et hinc ducta locutio obſervatur* at láta ſer feigdarliga, ɔ: *avide ſe circa aliquid gerere, eſt quaſi Cynthius aurem vellat, jubeatque hic conferri, quae in Indice* Gunnlaugs-Sögv *docentur de* Feikn, fikn, Fíkia, [*conf. infra, ſub* V. at Fíkiazt. G. M.] fíkiazt; *unde applicatio:* Feigr, *quem (deſiderantes) depoſcunt dii mortuorum praeſides; vel qui ita invitatus, vocatus, poſtulatus, ſui non bene compos, mortis vel viae ad mortem cupidus, eo feſtinat. Longe autem alia eſt ſignificatio ejusdem adjectivi Danis uſitati* Fej, *quod timidum l. meticuloſum notat; ubi tamen commodam facilemque conciliandi viam ſuppeditant* Asbiörni prúda*ſ.* ornati *hoc modo moribundi verba:* Bregdzt [Bregzt] hverivm á bana dægri hiarta ok megin, ſem heill bilar; *nec non in ſimili caſu Hallmundi Monticolae in* Grett. S. cap. 65. G. Pauli, *in additamentis animadverſionum ad* Veg.

Feikr, *pro* Feigr. Sol. XXXVI. 6. var. ý.

Feiknaztr, *Superlativus (fortaſſe ſine poſitivi origine, a nom. ſubſt.* Feikn) *immaniſſimus, atrociſſimus.* Skars allra [ſkarſa] feiknazt. Hynd. XXXVI. 6. *neſcio, an* Feikn *adjectivum exiſtat. conf. ſequ.*

Feikn-ſtafir, *m. pl. immanitates, dirae, diritates, intemperies, intemperantia.* heiþnar ſtiörnvr — fáþar Feiknſtöfvm. Sol. LX. 6. Á þuí landi (*ſc.* Breiþa-blikvm) — ek liggia veit fæſta feikn-ſtafi. Grim. XII. 6. Feikn, *incerti generis et numeri, vehementia, immanitas, prodigioſa magnitudo, a* Fíkr *avidus, immodicus, intemperans, item translate, ingens, quod ipſum eſt ab* ek Fæ; *conf. not.* 55, *ad* Alv. *et infra* at fíkiaz. Stafr *et* Stafir *vid. ſuo loco.*

Feldr, *m. pallium, toga, amiculum.* Sá var í feldi blám. Form. Grim. pag. 38. *quaſi Velum, operimentum, ab* at fela *velare, abſcondere. cognata ſunt Lat. Pellis, Germ.* Fell.

ek Felli, *cadere facio, mitto, demitto, dejicio. opt* Alſviþr ofan fellir. Hrafn. IV. 5. 6 n. 19. *collata cum* n. 18. dropa fellir han. Vaf. XIV. 4. Fella val. Harb. XV. 6.

Fengr, *adject. in compoſitis, ut in* Audfengr, *n. pl.* auþfeng, *parabilis, captu facilis.* Hým. XVIII. 4. *Alias* Fengr, *Activa notione, eſt unum e Nominibus* Odini, *quaſi occupator. ab* ek Fæ.

Fenrir, *m. Genitivo* Fenris, *n. pr. Lupi Lokii Filii, qui vulgo appellatus eſt* Fenris Ulfr. Æg. XXXVIII. 6 *conf.* Form. Æg. pag 149. Fenris Úlfr *et* Fenrir *eadem ratione dicuntur, ut* Aſkr Ygg-draſils, *et ſimpliciter* Ygg-draſill. *item apud Latinos, Urbs Romae, et*

nude Roma. conf. Me ad Grim. XXI. n. 14. membr. β. 2) Fenrir *dicitur Lupus solaris*, Vaf. XLVI. 6. *conf.* Hrafn. XXIII. 3. 4. var. b. Fenris vellir. *Ibid. pag.* 229. Fenrir *gigantis nomen in* Edda. *Ibid. cujus pater forte fuerit unus ex Lucifugis*, (*vid.* Hrafn. XXV. 6. n. 87. *et* Alv. XVI. 3. n. 37.) *ut adeo* Sol *dicatur* Fenris favþvr lardr, Fenreri *patris languor, quod hunc aliquando deprehenderit, atque in saxum mutaverit; posset quoque* Favþvr Fenris *per Antonomasiam de quocunque gigante lucifuga accipi. Quod autem si per* Favþvr Fenris *intelligendus sit Lokius, posset* Sol *vocari ejus* Lardr, *quod eum aliquando in furtivis suis flagitiis oppresserit et aperuerit, quemadmodum Marti et Veneri olim fecisse eum narrant Fabulatores: Verum restat interim quomodo* Sol, *si vel maxime ita fecerit* Lokio, *ejus* Lardr *dici potuerit, ad quod, ut nunc est, nihil habeo adferre, nisi, quod eum in opere furtivo languidiorem reddiderit, aut obstupefecerit necopinato indicatum, et ita cepisse erit melius. Denique Lokius aliquando fuit Incola subterraneus, ut discimus ex.* Æg. XXIII. 4. *et seqq. Eo tempore fortasse acciderit, ut ille ab* Sole *intempestive supra tellurem noctivagus fuerit oppressus, et proxime abfuerit, ut in saxum aliorum lucifugarum more mutatus sit: et hoc posito,* Sol *ejus* Lardr *eadem ratione diceretur, atque gigantum supra. Reliqua pete in* Lardr, *ubi ostendere conor id, de quo prius dubitavi, quomodo haec vox languorem l. stuporem possit notare: quid autem petrefactio lucifugarum sibi velit, attigi in* n. *ad* Alv. *modo allegata.* Fenrir, *à* fön *lanugo, ducit* G. Pauli, pag. 229: *Ego, à* Gr. φένω, φόνος, φονεύς, *conf. Lat. Funus; aut à* φαεινὸς, φανερὸς, *splendidus, illustris, clarus; quae posteriora apte quadrant in Lupum solarem, neque abhorrent ab Lupo Lokii gnato, si in celibritatis notione capiuntur, quomodo hic dictus est* þióþvitnir, *ex mea opinione*, Grim. XXI. 2. n. 14. membr. β. pag. 50.

Ferginſ dagr fíra (fyra). Sól. LXXXII. 3. var. † Fergin *hic, aut ab* at Farga *perdere, aut ab* at Fergia *premere. Alias* Fergin *est Mariscum, ulva palustris, neque huc eo sensu adplicari potest, nisi satis quidem contorte* Fergins-dag *accipiamus Diem viridem, ɔ: florentem, amoenum; translatione facta ab hujus herbae colore.*

Feria *portare, transportare, — einn* vm vaginn. Harb. LIII. 3 *à prima Indicativi* ek Ferr, *quod infra.*

Ferill, *masc. Verbale Activ. ab* at Feria, *l.* Færa, *ferens, gerulus, portator, vector; hinc* Vín-ferill, *poculi vocabulum poëticum.* Hym. XXXI. 7. *Vox quidem* Ferill *hoc sensu est insolens, verum tamen*

men analogiae ſermonis haud repugnans. *At* 2) Ferill *m. à Verbo neutro* ek Ferr, *aut à Nomine* Far *Veſtigium, tritum eſt, et notat, Viam, ſemitam, veſtigiorum continuam ſeriem: unde* Vínferill, *Calicis vocabulum, ambigue ſatis formaretur.*

Feriv-hirþir, *m. Portitor; verbo, Lintris cuſtos, vel curator.* Harb. *in Prologo, pag.* 90. var. b. Str. 5. Feria *f. ponto, Linter, Dan.* Færge, *Germ.* Fähre; *ab* ek Ferr *veho. Simili ſenſu dicitur* Farhirþir *in* Jonsb. Mbr. Barth. Landzleigvbálki cap. XLIV. hirþa, *curare, vide ſibi.*

ek Ferr (*vel* Fer), *praet.* fór, *Infin.* at Fara, Eo, vado. Farþv í ſeſs, Far þú á beck. Vaſ. IX. 3 XIX. 2. *De Vento uſurpatur;* Alv. XIX. 3. n. 41. *conf.* Vaſ. XXXVI. 5. *et* var. *. *De* luna: Máni — ferr menn yfir, Vaſ. XXII. 4. 5. *De Die:* Dagr ferr drótt yfer, Vaſ. XXIV. 4. 5. *De* Hyeme *et* Aeſtate *abſolute,* Vaſ XXVII. 2. 3. 5. *De Terra movente* [*ſe*] Hym. XXIV. 3. 4. n. 38. Fiöld ek Fór. Vaſ. III. 1. n. 4. XLIV. 1. *et alibi ſaepius iteratum in hac* Oda; *ſed diverſo ſenſu accipitur ab* J. Olavio, *in Gloſſ. Diatribes, ſub Voce* Freiſtni, *qv. vide; nempe transeundi notione ad experiendum translata; quando Ego interpretarer: Multa expertus ſum, et Stroph. ſequ. Multa conatus ſum. Sic et,* Gr. πεῖρα *experientia,* πειράω, πειράζω, *conor, tento, volunt quidam eſſe à* πείρω *transeo. Dan. Angl.* Fare, *Ire, proficiſci, ASax.* Faran, Færan, *Goth.* Faran, *Alam.* Faren, *Belg.* Varen, Vaëren, (*Iſl.* Fara). *Videri poſſunt originem traxiſſe ex* πείρειν *vel* περᾶν, *transire. Ex* Junio. *Add.* at Fara, *ſupra.*

ek Ferr, *Verb. Activ. praet.* Farþi, *Infin.* at Feria, *quod ſupra allatum, porto, veho, transveho, trajicio, in ſpecie navi.* Ferþv mik vm ſvndit. Harb. II. 1. *Ratio flexionis eſt eadem, ut in* Berr, barþi, at beria, *verbero,* Merr, marþi, at meria, *contero,* Sver (Sverr), *Veteribus interdum* ſvardi, at ſveria, *juro. Adeo ut nihil opus ſit ſtatuere,* Ferþv *hic poſitum eſſe, pro* Færþv, *à Verbo* at Færa *ſupra adducto:* G. Pauli *mecum ſentit.*

Ferþ, *f. iter.* 2) *Comitatus, cohors, caterva.* 3) *hinc à poëtis extenditur in pl. ad homines collective ſumtos.* Ferþa eingi. Sol. LXXXIII. 4. *ab* ek Ferr.

Feſta, *à* 1. *praeſ. et praet.* ek feſti, *figere, firmare;* feſta *ſkip.* Hym. XXVI. 6. Hun feſti vpp eitrorm, *ſuffixit, ſuſpendit. Epilog. Æg.* pag. 180. Ráþ ſer feſtv, Veg. III. 8. *i. e. Conſilium ſibi conſtituerunt, inventum confirmarunt, Scil. illud ipſum, quod mox ſequitur* Verſu IV. G. Pauli. *à* Faſtr *ſupra.*

Feſtar, *f. pl. Sponſio, ſtipulatio, pactum.* taka feſtar ok ſæri. Veg. IV. 7. 8. *Singularis.*

gularis Feſt *non eſt in uſu, quod ſciam.* Feſta, *pl.* Feſtvr, *alia vox eſt, et interdum alius notionis, e. gr. ubi Fiduciam notat, ſive pignus, foederis aut promiſſi firmandi cauſa datum et acceptum; Conf.* Snorr. Tom. II. pag. 194. *Ab* at Feſta.

Fet, *n. gradus, pes, paſſus, veſtigium.* Áþr þú ſtígir feti framarr. Skirn. XL. 3. Sva at þú einvgi feti gángir framarr. Æg. I. 2. 3. *Accedit in ſenſu ad Lat. e veſtigio, eſtque Formula inſtantis, ut aliquid ſtatim fiat. A* Fótr *pes. cum* Fet. *conv. Dan.* Fied *Veſtigium.*

Feþi, *pro* Fæþi, *alo, cibum praebeo.* Harb. II. 2. *vide* Fæddr *ſupra.*

Fïa, *vel* Fiá (*nam incertum eſt, unane an duabus ſyllabis ſit efferendum*) *averſari, deteſtari, odio habere.* Æg. XXXV. 5. Fy, *Hybernis eſt ira. Angl.* Foe, *ASax.* Fah, *inimicus.* Gr. φεῦ, *Lat.* phy, *averſantis vocula.* Gr. φεύγω, *fugio, vito.* Fiandi *hoſtis, Dan.* Fiende, *Germ.* Feind, *revera eſt participium praeſens hujus Verbi. Conf. infra* Fion *et* at Fióna.

Fiadr-hamr, Fiaþr-hamr, Fiadr-hamſ, *m. pennatum* (*alatum*) *involucre, forma l. habitus alitis.* Þrym. III. 6. n. 5. IV. 6. var. f. IX. 2. *Scot.* Fedderrame. Douglaſſio, Fedirhames (*Angl.*) *Roberto de Gloceſtria, Plumae, talaria. ASax.* Feþerhaman, Induviae plumoſae. *Ex* Edw. Lye *ad* Junium. Fiadr *aut eſt variatum* Fiödvr, *f. penna,* Fiþr *n. pluma; aut adjectivum contractum ex* fiadradr *pennis inſtructus,* Fidradr *plumatus; aut eſt Subſtantiv. Maſcul. variatum ex* Fidr *ales, avis, quae vox occurrit in* Egils-ſaga *Impr.* pag. 152. var. æ. *Conv. ASax.* Feþer, Fyþer, *Angl.* Feather, Fether, *pluma, penna, Alam.* Vedere, *Belg.* Veder, veer, *Dan.* Fiæder, fiær, Junius *omnia haec refert ad* Gr. πτερὸν, *pro* πτερὸν, *ala; addo* Gr. πέτομαι, πετάομαι, *volo,* πετεινὸν *volucris.* Hamr *vide ſeorſum.*

Fialarr, *m Nani nomen pr. item gigantis, in* Völv-ſpá *et* Edda Snorr *Tribuitur* Urgardalǫkio, Harb. XXV. 9. n. 32. *Verbo ſonat, Tectus, aut tegens, re fortaſſe eſt Perſonatus. ab* at Fela, *velare, operire. conf.* Fialgr, *quod eſt* Thiodolfi *poëtae ap.* Snorr. Tom. I. pag. 56. *cum* J. Olavii *verſione.*

Fialla vavtn. Sol. XLV. 3. n. 60.

Fiarr, *Longinquus, remotus.* Fiarra fleina, *in genitivo pl.* Alv. V. 4. n. 12. *eſt et* Fiarr *Adverbium, vulgo* Fiær, *Dan.* fiern, *Germ.* Fern; *Angl.* Farr, *longe, procul, porro. Goth.* Fairra. *ASax.* Feorr, Feor, Fyrr. *Alam.* ferro, uerro. *Belg.* varre, verre, verde. *Manifeſte ſunt, inquit* Junius, *ex* Gr. πόῤῥω. *Antiqui poſtrates etiam dixerunt* Firr, ferr, Firri, ferri, *adverbialiter et nominaliter, eodem ſenſu.*

Fiaſk,

Fïaſk, *l.* Fiaſk *una ſyllaba, idem quod* Fïa, *unde Deponens eſt.* Þik ſkal Freyr fiaſc. Skirn XXXIII. 3.

Fikiaz, *verb. neutr. concupiſcere, adpetere;* — *à* Fe. Sol. XXXIV. 3. *à* Fikr, *ſupra ſub* Feiknſtafir *adducto. Alias dicitur* mik fikir, *Perſonale, cupido mihi eſt, cujus fortaſſe Infinitivus eſt illud* Fikia, *quod ſupra ſub* Feigr *attulit* G. Pauli. *Omnia ab* ek Fæ.

Fimbvl, *in Compoſitis,* Fimbvl-vetr, *m.* Vaſ. XLIV. 6. *et* Fimbvl-þvl, *f. amnis n. pr.* Grim. XXVII. 4. *videtur, in re incerta, Sonorum, l. ſtreperum quid, aut murmurans notare, et adfine eſſe* Gr βόμβος, *ſonus raucus, vocabulum proprie de ſono apis uſurpatum, ſed translate de aliis ſonis, in his etiam de* Tonitru: *a* βόμβος *eſt* βομβύλη, *apis, à ſuſurro ſic dicta, undè Lat. Bombilare, murmurare, et Becmannus in Origg. pag.* 710. *ait Lat. Bombalio non aliunde eſſe; forte ſcribere voluit. Bambalio, nam illud alterum in meo Lexico non comparet, Bambalio autem exponitur balbutiens, fortean potius notaverit hominem inepte garrulum.* βομβήεις *eſt bombum edens item ſtridulus,* βαμβαίνω *confuſum ſonum edo, item crepito dentibus,* βαμβαλίζω *prae frigore tremo. Quae omnia facile poſſunt ad* Fimbvl, *in plerisque cum eo compoſitis vocibus, adplicari. Erit ergo* Fimbvl-vetr, *hyems tempeſtatibus ſtridula l. crepitans,* Fimbvl-þvl, *amnis, confuſo ſonitu garrula. Alias conferri poteſt Lat: Fabula, quatenus Sermonem notat, et unde eſt fabulari, pro Loqui ſimpliciter; inde* Fimbvl-vetr *foret hyems ſermonibus multum jactata, famoſa,* Fimbvl-þvl, *amnis loquax, garrula. Sunt porro, qui per* Fimbul *intelligant grande quid; quando* Gr. πίμπλημι *conferendum crediderim. Denique* Fimbvl *occulti notionem quiverit habere, et componi cum* Gr. πέπλος *velum.*

Fimm (Fim) *Quinque.* Harb. XV. 2. var. c Fimti, *quintus.* Grim. VIII. 1. Fimmhvndrvþ, (Fimmhvnd). Grim. XXIII. 1 *et* var. u. *Dan.* Fem. *Ulph.* Fimf. *Alam.* Fvnf. *ASax.* Fif. *Angl.* Five, *Belg.* viif. *Cymr.* pvmp. Gr. πέντε, *et Aeolice* πέμπε, *Dorice* πέγκε, πίγκα, *teſte Salmaſio apud Junium in Gloſſ. Ulph; è quibus ultimis ille ortum credit Lat. Quinque. Ex Junii Gloſſ. Goth. et Etymolog. Angl.*

Finn, *adj Bonus, aut elegans, amoenus.* Feginſ dagr [inn] fini. Sol. LXXXII. var z. *forte cognat. Lat. Bonus, aut variatum a noſtro* vænn *pulcher.*

Finnomk, *pro* Finnvmzt, *hodie corrupte* Finnvnſt, *convenimus invicem, congredimur, jungimur.* Harb. LVII. 4. *Eſt paſſivae formae, ſed notionis activae reciprocae, quaſi:* Finnvm hvarr annan, finnvm okkr. *Ab* ek Finn, *quod, in re ambigua, retulerim ad* ek Fæ.

Fiöld,

Fiöld (Fiölþ), *f. multitudo, multum.* Fiöld ec þer ſagdac Grim. LI. 1. Fiölþ ek fór *etc.* Vaſ. XLIV. 1. *ſequ. et alibi ſaepius in* Ea Oda. *Germ.* Viel. Gr. πολὺς. Gr. πλῆθος, *literis transpoſitis.* Fiölþ-höfþadr, *multiceps.* Hym. XXXV. 7. var. x. *in ipſo Textu,* Fiöl-havſdaþr, *à* Fiöl, *in compoſitis recepto, pro* Fiöld: *unde* Fiöl-varr *adj. multitimodis cautus, aut multarum rerum ſagax.* Sol. V. 6. *n. pr. viri eſt* Harb. XV. Fiöl-vitr, *adj.* Sól. V. 6. var. y. *ubi* Fiol vitrann *diviſim male excuſum eſt.* Fiöl-ſviþr, *adj. et n. pr. viri,* Fiöl. IV. 1. *item* Odini *nomen.* Grim. XLVI. 7. *vide* Svinnr. Fiöl-kaldr, *adj. et n. pr. viri fictitium.* Fiöl. VII. 3.

Fiölnir, Odini *n. adſcititium,* Grim. XLVI. 5. *aut Multa expertus, aut vario ingenio praeditus; aut Tectus, perſonatus; vide* Fialarr.

Fiör, *n. vita.* Meþan okkat fiör lifir. Skirn. XX. 5. Hyrr gaf hrími fiör. Vaſ. XXXI. 6. *Dativo* Fiörvi. Sol. I. 1. *et vide* Farinn *ſupra.* Gr. βίος, *Lat. vis, vires. noſtr.* Fvrr, fyrr Gr. πῦρ, *collato loco ex* Vaſ. *adducto.*

Fiörgvall (Fiorgvall), *vox incerti numeri, generis, et notionis,* Fiörquall, *ſcribit* Sveinſon *in* E. Æg. XIX. 6. *Secundum Verſionem meam, ab* at Farga, *pro* Fara, *perdere, et* Vall, *pro* Valld, *vis, poteſtas, ut* Ellr, *pro* Elr *in* Gvnnlögs-ſaga. *aut* 2) *à* Fiör *vita, et* gvall *pro* giall, ɔ: giallð, *quando* Fiör-guall *foret poena capitalis (imminens.)* 3) *ab eodem* Fiör, *et* gvall, *pro* kvall, *et hoc porro pro* kvell, quell, ɔ: kvellð, *quando Veſper vitae intelligeretur.* 4) Gvall *pro* quall, *à* kaldr, (*pro quo quidam Libri habent* kvaldr, *in* Fiöl. VII. 3. var. h.) *foret* Gelu, *frigus, ſc.* lethale *imminens. Aut* Gvall *pro* kvall, *et hoc porro pro* kvöl, qvöl, *ſupplicium, nex, conf.* Gloſſ. Nialae. *Denique forte* 5) Fiörguall *non ſit vox compoſita, ſed formata à Vocis* Fiör, *quatenus Vigorem et alacritatem notat, poſſibili etſi inaudito derivato* Fiörvll, *inſerto* g Fiörgvll, *Vivax, vitalis, vigens, vividus, deinde immodica alacritate l. laetitia gestiens laſciviensve, unde abſtractum* Fiörgvall *talis hominis ſtatum notaret. Aut tandem* Fiörgvall, *ab* Fyr *Ignis, eodem modo* Fervorem, ɔ: *vehementiam in agendo deſignaret: huc pertinet, quod* Áfergia, Áfergi, *forte etiam ſimplicia* Fergia *et* Fergi, *denotant ardorem in urgendo negotio. Si* Fiörgvall *referimus ad verbum* ek Ferr, *quod interdum ſonat, cum impetu* feror, *nihil aliud quam Impetum ſignificaverit, facile adplicatu ad praeſentem animi habitum et agendi modum Lokii.* [Fiorgvall, *idem eſſe poterit ac* Fiorgavll, Fiorgallar, *vitae nocumenta; vel a* Völva, *incantatrice, ductum, per epentheſin* rg; *vel à* gall, (*adde,* giall, *ab* ek gell, at gialla, *ſtridulum*

dulum reſono. G. M.) gal, *cantu, eadem manente priore vocis parte.* Ná-göll *et* Ná-gól, *mortuorum voces.* G. Pauli]. *Si peregrina expetis, confer Lat.* Ferox, *Feroculus quod non longe abit à* Fiorgvall, Ferocia. *Angl.* Fierce, ferox. *Gall.* Farouche.

Fiörgyn, *f. genitivo* Fiörgyniar, *non* Fiörgynar, *quod Viro docto placuit; Telluris vocabulum poëticum.* Harb. LIV. 8. *à* Fiör *vita, inſerto* g, *et* yn, o: vin, *pro* vina *amica, uti Bergarum urbs in Norvegia* Biörgvin-vinar, *et* Biörgynyniar, *veteribus indifferenter vocatur. De cetero nemini mirum viſum iri putem, quod, alma mater omnium noſtrum, Vitae amica appelletur.* Conſer *tamen* Fergin *ſupra, ſi à virore mavis nomen ducere.*

Fiörgynr, *m. genitivo* Fiörgyns, *n. pr. patris Friggiae ſ. Phrygiae, Aſorum reginae.* Æg. XXVI. 2. *vide modo ante* Fiörgyn. *Pergama in pl. dicebatur arx Troiae, unde Pergameus Trojanus, et haec forte verior eſt origo hujus nominis proprii, quod peregrinum eſſe, quomodo fuit Phrygiae pater, credibile eſt.*

Fiörlag, *n. Interitus, exitium, quaſi depoſitio vitae; aut ictus lethalis.* Æg. LI. 5. *Lagd poſitio, ſtratum, item impulſus teli, ictus punctim illatus. an* Lag *in Singulari ſit Statutum, conſtitutio, lex, dubitari poteſt, etſi hujus pluralem* Lavg *omnes norimus; ſed ſi eſt,* Fiörlag *poteſt accipi, Statutum Parcarum de Vitali termino, o: fatum quatenus mortem notat. ab* at leggia, *ponere, conſtituere, etc.*

Fiör laúſn, *f.* Hynd. XLV. 4. n. 78. Laúſn, *f. laxatio, liberatio, ab* at leyſa *laxare, ſolvere, etc.* Lauſt *Liber, laxus.*

Fiörm, *f. genitivo* Fiarmar, *Amnis n. pr. in Deorum regione.* Æg. XXVII. 4. 8. *forte truncatum è Permeſſus, fluviolus Heliconis, muſis ſacer. conferri tamen poſſunt: Parma, fluvius apud Parmam urbem Italiae, et Farfarus fluvius Italiæ in Sabinis. Verbo tenus* Longinquam *notat, à* Fiarr *procul, aut mobilem à* Far *motus.*

Fiötvrr, *m. in pl.* Fiötrar *Vinculum, catena.* Fiöl. XI. 4. *et* var. a. *ubi fortaſſe eſt Sera forium, conf.* Láſt. *De ſenſu proprio et origine vocis haud contemnenda habet* Th. S. Liliendal, *in Scriptis Societ. Litt. Iſl.* Tom. II. pag. 133. *ſeq. ſub* Fiötradr: *Cogitandum tamen cenſeo, anne* Fiötvrr (Fiötr) *potius ſit pedica, compes, proprie, quemadmodum ex his locis videtur probabiliter concludi:* Rúna-talsþáttr Odins:

Sprettr mer af fótvm fiötvrr
Enn af höndvm hapt, o:
Diſſilit mihi à pedibus Fiotvrr
At à manibus hapt (*catena, manica*).

Völvndar-Quiþa, *de* Völvndo, *cum vinctus evigilaret:*

Viſſi ſer á havndvm
Havſgar nauþir,
Enn á fótvm
Fiötvr vm ſpenntan, o:
Senſit ſibi in manibus
Graves nodos,
At in pedibus
Fiötr *intenſum* (*injectum*).
Hólmveria-Saga *de* Sigurdo Torvii *alumno* (*praeceptore*) *à piratis vincto:* Han var bvndinn á havndvm, enn fiötradr á fótvm. *Deinde autem Vox translata eſt ad quaelibet Vincula. Conv. Angl.* Fetter, *Compes, pedica, ASax.* feter, Fetter. *Belg.* veter, *Alam.* veſſer, [*Germ.* Feſſel, *Iſl.* Fetill *funiculus, Indice ad Landn.* b] Cymr. lyffethair [*quaſi* Líf-fiötr *vel* Lim-fiötr *corporis, l. membrorum vincula*] *Dan.* Fiedder. *Ex* Junio; *qui in Derivatione mecum ſentit, et ſimile exemplum adfert, in* Gr. πέδη *et Lat. pedica, ex* πούς, *et pes. E* Fiötr *decurtatum eſt* Fiöt *in* Egilſſaga pag. 356. 357. n. c. *mutata vox in genus Neutr. quomodo et Recentiores in hoc genere ſolum uſurpant* Fiötr.

Fión, *f. odium, irae, offenſio, diſſidium, diſcordia.* Vekia fión meþ firvm (fýrvm — *inter principes*) Sol. LXXVI. 6. *Verbale ab* at Fía *vel* Fiá, *et incertum eſt, uniusne an duarum ſyllabarum ſit. Angl.* Fewd, *odium. Dan.* Fejde. *Germ.* Fehde, *Lat. Barb.* Faida, Feida, Feidia, *bellum, hoſtilitas. Noſtrum* Fæd, *f. familiaritas infrequens, friguſculum in amicitia, eſt à* Fárr *paucus, quod norunt omnes Linguae non ignari, atque adeo ad* Fion *nihil quicquam attinet.*

at Fióna (fióþa), *odio habere, averſari;* -einn. Sol. XXVII. 6. *et* var. h. *à* Fión *praeced. conv. Lat. Vet.* Fendo, *irrito;* Fenſus *iratus, in* Gloſſis Iſidori. [*ASax.* Feogan, Fean, Fian; *Ulph.* Fjan, *Alam.* Fien, *ſunt Odiſſe. ex Junio*].

Fiórir, -ar, Fiögvr, *Quatuor, Genitivo* Fiögra *et* Fiögvrra, *Dativo* Fiórvm, *Accuſativo* Fióra, Fiórar, fiögvr. Grim. XXXIII. 1. *ubi in Verſione emendetur, quatuor,* Vm fiórvm togom, *Antiptoſis, pro* Fiórá tigi, *in accuſativo, cujus nominativus eſt* Fiórir tigir *l.* tvgir, *unde nos fecimus* Fiörvtív. Grim. XXIII. 2. XXIV. 2. Fiórdi, *quartus.* Grim. VII. 1. *Dan.* fire. *Germ. Belg.* vier. *Alam.* Fior. *Angl.* Four. *ASax.* Feower, Feoder, Fyder. *Goth.* Fidwor, Fidur. *Cymr.* pedwar. Gr. Æol. πέτορα, *pro* τέτταρα. *Ex Junii Gloſſariis Angl. et Goth.*

Fírar, *m. pl.* Hynd. III. 4. n. 7. Alv. II. 1. III. 6. X 2. n. 19. Fiöl XXXIII. 6. Æg XXV. 6. Skirn. XXVII. 7. Sol. LXXII. 3. *Uſitate adhibetur a Poëtis pro hominum vocabulo in genere: Mihi quidem eſt à* Fiör *vita, vigor, ut proprie notet, Viventes, vigentes. Conf. Lat. vir, viri.*

Firnaz

Firnaz *veteraſcere, obſoleſcere.* Firniz forn ravk, Fírar, *ubi hoc* Firar *eſt Vocativus.* Æg. XXV. 6. var. g. *à* Forn *priscus, antiquus, vetus; et exactius ſcriberetur* Fyrniz, *per* y; *at ipſae Mbr. talia non usquequaque curant; dum ſubinde habent* firi *pro* fyri, *à* for *l.* fvr, ifir *pro* yfir, *ab* of.

Firraz, *verb. deponens, vitare, refugere.* Æg. XXV. 6. *à* Fírr, *pro* Fiarr, *procul.*

at Fíſa, *Suppedere, levem flatum l. crepitum ventris edere.* Harb. XXV. 6. 7. 8. Fíſa, *pedere* (*ſit* h. a.) *ad* Fíſa í elld (ore, *l.* folle) *leviter ignem ſufflare.* Fíſir (*quibusdam*) *follis minor, coquinarius.* Fíſiſveppr, al. Kerlingar elldr, *fungus leviſſimus, ignem facillime concipiens.* Gr. φυσα, *follis.* G. *Pauli. Lat. Viſire, Viſſire, pedere ſine crepitu. Gall. Veſſir. Ital. Veſſare. Dan.* at Fiſe. *Angl.* Fieſte. *Belg.* viiſten. *Germ.* Fiſten, Feiſten. *Angl.* Fieſt *flatus ventris. Asax.* fiſting, *Feſiculatio, è Gloſſis apud Junium. Lat. Viſio, Viſſio, Viſſum, in Gloſſ. Graeco-Latinis exponuntur* βδολος, βδεσμα, *ap. Eundem: Qui originem omnium ducit è* Gr. φῦσα *vel* φύσσα *flatus, crepitus ventris* (*addo, ut magis generale,* Gr. φυσάω, φυσσάω, *ſufflo, inflo; conf.* G. Pauli, *ſupra*). *Niſi malis, inquit Junius, eſſe* ὀνοματοποιημένον, *ut exprimat ſonum illum tenuem, qui ſine ullo ſit ſtrepitu.*

Fiſkr, *m. Piſcis.* Grim. XXI. 2. 3. *de Angve Midgardenſi uſurpatur in* Hym. XXIII. 6. *Utrumque* (*ſ. Serpens et piscis*) *conjunxit Cicero in Carmine Arati, verſu* 328. *Exin Squamigeri ſerpentes ludere piſces* [Fiſkr, *Lat piſcis etc. etc. dictum putō pro* fitſkr, *à* fit, f. g. *Membranula f. junctura pinnarum caudæ præſertim, unde et* fitleiki (*quibusdam minus recte* Feitleiki *pingvedo,*) *tenuiſſima vertebrarum ante ipſam caudam pars,* Þar ſem fitin leikr til og frá, *ubi plana illa animalis pars,* (*cauda*) *ultro citroque motitatur.* Fiör-fiſkr, *piſcis, vitalis haud dubie eſt appellatio animæ periphraſtica.* Fiör-fiſkrinn ſpriklar, *quando caro in hac vel illa corporis parte palpitat, cum quodam veluti titillationis ſenſu, ſubito, nec fere diu; qui ita dictus vitalis piſcis ſi comprimatur, id noxium, ſi non potius lethale habetur. Ad hoc noſtrum* Fiſkr *haud immerito forte* (*rejecta altera vocis compoſitæ parte*) *quis retulerit Græcum vocabulum* ψυχη, *per Metatheſin. poteſt etiam indidam eſſe* ιχθυς *per Apheresin, Metatheſin, et ecthlipſin literæ* ſ, retento t. *Cum dicta Vocabuli* ψυχη *origine conferri meretur Magni Boni Norv. Regis piſcis auricolor, ejus animæ ſymbolum, et ſiquæ plures ejusmodi ſimilitudines apud priſcas gentes ocurrent. Ratio autem appellationis* Fiör-Fiſkr *non incommoda eſſe potuit, quod veluti piſcis*

piscis aquæ (motu celerrimo) innatat, ita anima ut sanguini innatans consideratur, vetustissimo hominum sensu. Conf. Levit. 17. *et* Schwarzii Lexic. N. T. *sub voce* σαρξ, *qui ipse sensus Mose longe Antiquior esse potuit, utut ejus tempore memoratus.* G. Pauli]. *Piscis ab Ebr.* pusch *quod est abundare, augere, multiplicari, derivat Becmannus in Origg. Lat. pag.* 865. *Conveniunt. ASax.* Fisc, *Dan.* Fisk, *Germ.* Fisch, *Alam.* Fisg. *Cymr.* pysg, *Ulph.* fisks, *Angl.* fish, *Belg.* Visch, *Gall.* poisson, *Ital.* pesce, *Hisp.* pescado; *Ex Junio. A* fiskr *derivatum est* Fiski, *in Genitivo* Fiskiar, *f. piscatus, piscatura, quod occurrit in composita voce* smá-fiski, Form. Grim. pag. 36. *sed invenitur etiam separatum:* Fiskirí *idem notans vocabulum a corruptoribus linguæ introductum est.*

Flá, *Adjectiv. gen. fem. fallax, perfida, fraudulenta.* Hynd. VI. 1. Æg. XXXI. 1. *masculin. est* flárr, *neutr.* Flátt. *conv. Lat. Barb.* felo, fello *perjurus. Lat.* fallo, Gr. φήλος, φηληξ Fallax.

ek Flæ, *Infinitiv.* at flá. *corrumpo, vitio, violo, lædo.* Fiöl. XXII. 4. Flærat, *non lædit*, Fiöl. XXI. 6. *forte a præcedenti* Flárr, *ut proprie sit: Fraudem adferre decipere, fraudare, et eodem modo Fraus interdum damnum significat. Alias* ek flæ *et Infinit.* at flá, *est pellem detrahere* (*Dan.* Flaae) *item exuere, detrahere* (*vestem*) *spoliare* Sturlunga-Saga *Parte* 7. Cap. 21. Vermundr fló af ser yferklæde sitt. Hryggiar Stycki *in Supplicio* Sigurdi Slemberi: þeir flogu hann úr klædunum. *Sine dubio hoc verbum primario significarit decortico, à* Gr. φλοιός *cortex* (*Sicut* at birkia, *à* Börkr) *et deinde ad generaliorem exuendi significatum traductum fuerit, atque inde forsitan ad lædendi notionem applicatum. Add.* Gr. φλοιόω, *corticem aut pellem detraho. Angl.* flea, flaw, *ASax.* Flean, *excoriare, deglubere.* Gr. φλάω *contundo, frango.*

Flærþ, *f. in plur.* Flærþir, *fraudulentia, fraus, fallacia*, Sól. XXI. 6. *à* Flárr.

Flagþ, *n. monstrum, homo portentosus*, v. *belluæ similis.* Hvat er þat Flagþa? Fiöl. II. 1. III. 1. *conf.* Hýnd. XXXVII. 8. *et totum Vers. vox est mihi ignotæ Originis; in specie usitata fuit olim de mulieribus giganteis.*

Fleinn, *m. telum, spiculum.* Alv. V. 4. *ASax.* Flan, Flæn, *Angl.* Flaine, Flane, *Sagitta.*

Fleda, Fleþa *f.* Harb XXXIV. 3. var. c. at fladra *nobis est blandiri, adulari. Gall.* Flatter; *quo in versione mea respexi: sed non minus verisimile est, quod* Fleþa *sit leve quoddam et volaticum, et vox adfinis sit verbo* at fliúga, *pr.* fló, *et huic acceptioni favet*, Str. *sequens loco citato.*

Flesk,

Fleſk, *n. genit. pl.* Fleſka, *Caro; in ſpecie lardum:* Sæhrimni — fleſca bezt. Grim. XVIII. 3. 4. *forte proprie caro excoriata ab* at flá. *ASax.* Flæc, flæſc. *Angl.* Fleſh. *Germ.* Fleiſch.

Fleſtr, *plurimus, item maximus.* Alv. IV. 2. 3. Gr. πλεῖϛος.

Flet, *n. lectus, aut potius locus, ſedes, domicilium.* Veg. XI. 7. Fletz Strá. Æg. XLVII. 4. *à* flatr, *planus. conferri poteſt, Lat. Palatium, quæ quidem vox Lat. eſt obſcuræ originis;* Flet vmbodsmannz *eſt Sedes praefecti, in* Jónsb. Þiófabálki, Cap. II. [Flet, flód í gvlli, *Scamna* (*Epexegeſis enim eſt*) *auro ſtrata l. obtecta. Hic* Flet *quod modo erat* bekkr: *et de ſede Balderi primaria testatur* Eddae Mythologia 44. G. Pauli].

Fleyri, *in neutr.* Fleyra, *plus, pro* fleiri, *per* i. Hynd. XXXV. 2. var. v. *invenitur et Scriptio hæc per* y *in Sp. Reg. pag.* 303, 304. *et accedit quidem propius quam altera ad Latin. plus, plures.*

Flióþ, *n. Feminae vocabulum poëticum, obſcurae notionis et originis.* Alv. V. 3. *E noſtris conferri poſſunt* Blíþr *et* Fleþa *ſupra: E peregrinis autem, Lat. Puella, et Gall.* Fille *quatenus puellam notat.*

Fló, *volabat, à prima praeſ.* ek Flýg, *Infinitivo*, at Flúga. Þrym. IV. 5. IX. 5. Sol. XLVI. 4. *Vulgata forma praet. eſt* Flaúg, Sol. *Ibid.* 1. *Cognatum Lat. Volo. Ab* ek Flýg *ortum eſt Activum* ek Fleýgi, *projicio, emitto;* ſiom fleýgþi, *Scintillae projectae ſunt.* Vaf. XXXI. 4. *ubi* Fleýgþi *eſt praeterit. Impersonale, paſſivi vim habens.*

Flód, *n. fluentum, fluvius, flumen, aqua.* Grim. XXI. 3. *Cogn. Lat.* Flúo. Gr. βλύω, *add. Gloſſ.* Gunnlaugs-ſagae. Flódr, Flóþr, *inundatus, ſuperſtagnatus, aquis ſuperfuſus, translate:* Flet flóþ í gvlli (bekkir flóþir gvlli) Veg. XI. 5. 7. 8. *et* var. u. *particip. paſſ. verbi* ek Flóa *et* Flói flúo, *proprie in abundantia; aut potius ab* at Flæþa *inundare, quod à* Flód *derivatum.* [Flód *particip. à* v. *ad* flóa, *ſupernatare.* Flóir út af *effluit liquor, ultra nim. vaſis labra.* Flói, *ſinus latior quam longior maris, item planities depreſſior, aquis ſupernatata. G. Pauli*]

Flokkr (Flockr) *m. grex, caterva, globus* (*hominum*). Flockvm þeir fóro. Sol. LXIII. 4. *ASax.* Flocc. *Angl.* Flock. *ſine dubio à* Gr. ὄχλος: *aut ſi mavis à* Gr. πλόκος, *nexus, contextus, ſicut. Gall.* Bande. *Grex, cohors, á* Band; Ridill *caterva ab* at rída *nectere;* Rote *v.* Rode *agmen indidem. Et ſane* Flockr *in priſcis monumentis ſæpe notat factionem, ſ. globum conſenſionis.*

Flötr, *m. planities.* Fiöl. XI. 4. var. a. *à* flatr, Gr. πλατὺς.

Fluga, *f. volatile, in ſpecie et uſualiter muſca,* -á vatni. Harb. XXXIV. 3. var.

c. *ab* ek-flýg. *ASax.* Fleoge, *Alam.* Vliega, *Angl.* Flie, *Dan.* Flue.

Fluttr, *vectus;* Forniots ſefum fluttir. Hrafn. XVII. 3. 4. *eſt Particip. Paſſ. à verbo Activ.* ek flyt, *quod diſtingvendum eſt ab* ek flýt, *fluo, unde videri poteſt derivatum.*

at Fnaſa, *iras proflare, fremere.* Þrym. XIII. 2. *verbum ex narium* (*indignantium*) *ſonitu factum* (Þegar Þýtr í Naſir) *quemadm. et forte πνεω, flo, et* blæs. Eitri ek fnæſta, *ſunt verba* Afneri *ad* Sigurdum, *quod et dicere poterat* bles. *Conferri cum his poteſt, Danorum* at fnyſe. *Forte à* Nös, Naſir *per Proſtheſin, et* Nös *per ὀνοματοποιαν.* G. Pauli. *Cognata ſunt Angl.* Fneeſe, Sneeſe, *ſternutare, ASax.* Fneoſung *ſternutamentum,* Fnæſt *ſpiritus, anhelitus. Dan.* Fólk-fnyſen *fremitus multitudinis; apud Junium.*

Fódr, *n. alimentum, nutrimentum; uſurpative pabulum, paſtus.* † Fódrlardr Fenriſ, *Solis vocabulum.* Hrafn. XXIII. 3. 4. var. b. *conf.* Fenrir *ſupra. Ab* at Fæda, Gr. βοτεῖν, *paſcere.*

För, *f. genitiv.* Farar, *itio, iter.* vera á för. Æg. LVI. 2. *ab* ek Ferr.

Föti, *pro* Fæti, *pede.* Vaf. XXXIII. 4. *Epilog.* Grim. pag. 66.

Föſta, *pro* fæſta, *pauciſſimos.* Grim. XII. 6.

Fold, *f. Tellus, poëtice.* Alv. XI. 2. Hym. XXIV. 3. 4. *Dativ.* Foldv, Folldv. Hynd. XXXVII. 7. Sol. LV. 5. *ASax. et Angl. Vet.* Fóld, *idem. Asax* Feald *et* Fald *proprie Septum, ex ſtipitibus cratibusque in terram defixis complicatisque factum, vulgo Stabulum.* Fold *Dan. et Angl. ſeptum ovium, caula. Poteſt ergo fieri, ut* 1) Fold *proprie notaverit ſpatium terrae vallo cinctum, et deinde certis limitibus circumſcriptum, unde adeo Regio in Verſione dedi, ab Rego quatemus notavit olim, aut Determino, aut cohibeo, contineo, ut in: Actio finium regundorum. Cum vero* 2) Fold *Dan. et Angl. etiam notet rugam veſtis, plicam, ſinum, neque abſurdum fuerit conjicere terram aratam, à ſulcis ſuis et porcis, ita primitus translate fuiſſe appellatam.* 3) Fold *quiverit eſſe formata per Antiſtoechon ex* mold *pulvis; terra pulverata: et ſane* Mold, *pro* jörd *terra, interdum poſita invenitur, ut:* Fyri mold ofan, fyri mold nedan, *ſupra terram, ſub terra, in* Grípisſpá, *et* Völvſpá; *ita* Mold-vegr *bis occurrit in* Odd-rúnar-Grát, *ſine dubio idem cum* Fold-vegr *mox adducendo: jam vero* f *pro* m *ſubſtitui, non modo in medio et fine vocis, ſed etiam in principio, videmus ex* Fíkill, *pro* mikill, *magnus,* Fedan, *pro* medan, *interea, quae habet* Membrana *optimae notae, et ſcriptionis caſtiſſimae, in Bibliotheca* A. Magnæi No. 132. *formae maximae,* Fol. 122 *et* 207. *Cum* 1a.

et

et 2a. *notione conferri poſſunt Germ.* Feld *campus, rus, ager, arvum, Angl.* Field, *Asax.* Feld, *campus, ager.* [Fold, *terra graminoſa, gramine denſiore quam altiore veſtita; et hinc atque hoc modo certus quidam locus* Folldir *proprio nomine in Via montana* Þíng-mannaheidi *in tractu* Barda-ſtrandenſi. Liá-fyldíngr *et* Liá-fyldingsgraf *huc pertinent, item* Fyldr ſaudr. *Cognatum videtur* Feldr *pellis, ſi non etiam primitivum.* G. Pauli. *Cognatum etiam Lat. Vellus, item Velo, ut et noſtra* ek Fel, Feld. *Tego, velo, operio,* at fella, *in* Sol. LIV. 3. *cujus* 1a. *praeſ. foret* ek Felli, *à* Fell, Fiall, Tegmen, *not.* 60. *ad* Sol. XLV. 4. *conv. Germ.* Fell. *add.* n. 23. *ad* Alv. *G. M.*]

Fold-vegr, *m. via terreſtris; videtur eſſe Terrae periphraſis in:* Fold-vegr dvndi, Veg. VIII. 2. Fold-vegr, *via per graminoſos campos ducens, proprie ſcil. Notat enim ſaepe* Fold *per Synecdochen Terram in genere, nec graminis hic (in inferno ſ. via ad infernum.* G. M) *ſpes aut copia. Sed et forte hic* fóld-vegr *terrae ſuperficies, quemadmodum* Vegr *interdum Latus ſignificat, ut* annars, hinſ vegar, beggia vegna, alla vega, hinv-megin *etc. ſic Dan.* Allevegne. *Et hinc haud dubie praepoſ.* vegna, *propter, hoc ſc. intuitu, hanc in partem acie mentis flexa. Lat. Via. A v.* eg veg, *qua ſcil. vehi licet, ac vehimur, oneraque vehuntur. Vel alia ratione, nim. quatenus ſaxa avehuntur, vectibus eruuntur, attolluntur, amoventur.* G. Eauli. *Conf. ſupra* Fold *membr.* 3. *Sed forte* Fold-vegr *eſt Fundamentum telluris,* Þat ſem vegr (ɔ: berr) hana, *quod eam fert vel ſuſtentat; adeoque infimae telluris ſubſtructiones, ſive columina ſaxea, quibus ea innititur (ex opinione veterum) hic poſſent intelligi. Aut* 2) Fold-vegr *Telluris pondus notat,* Vegr *enim, quibusdam* Veigr, *eſt interdum pondus, gravitas, ab* at vega, *attollere, item inde ponderare, ſicut* at halda vpp, *et* halda á lopt, *utramque hanc notionem habent, ut in* Hrakfalla-bálki *et* Tíma-rímv; *ſimiliter* Havfgi, *ab* at hefia *attollere, eſt pondus,* havf-vgr *gravis. Conf. ſupra* Avnn *pro terra, ubi puto me attuliſſe, ex* Hallgrimo *poèta,* hin Þúnga iörd. 3) Foldvegr *accipi poteſt via ſubterrana, aut etiam via occulta. Vide* Fold *ſub finem. Ultimam rationem nominis* vegr *via à* G. Pauli *adlatam non ſatis percipio.* G. M.]

Folginn, *occultatus, abſconditus, particip. paſſiv. anomal. verbi* ek fel. Þrum. VII. 3. 4. VIII. 1. 2. Eg hefi hamar — fólginn, *habeo malleum abſconditum: haec vera genuina et naturalis conſtructio, quomodo haec in plurali diceres:* eg hefi hamra fólgna; *et in feminino:* eg hefi konu fólgna, konor fólgnar, *etc. in neutro:*

neutro: — barn fólgid, börn fólgin; *qui neutrius generis hujus participii accusativus singularis ita invaluit, ut cæteris quoque generibus ac numero plurali pariter inserviat, ut:* eg hefi fólgid hamar, hamra, kono, konor; *quæcunque demum fuerit verbi cum suo casu constructio:* e. g. eg hefi bedid mer konu, *genit.* eg hefi neitad l. iátad þvi, *Dativus* p. (*Forsan hoc* p *valere debet porro* l. *et sic porro.* G. M.) *Idque adeo, ut altera illa naturalis constructio, apud veteres non admodum rara, antiquum quid non tamen sine elegantia, Japere hodie videatur, altero illo neutro, jam, qua genus, suo loco moto, pro verbo quodam auxiliari impersonaliter valente, una cum verbo,* hef, l. hefi, *in perfecto et plusquamperfecto: potestque hic usus similiter spectari, ac quando neutrum pronominis relativi orationem* l. *sententiam antecedentem repetit, ut uxorem nunquam habui, quod illi fortunatum putant.* G. Pauli.

Fólk, *n. populus, multitudo hominum;* med Fólkum *inter gentes.* Grim. XLVI. 13. 2) *Acies militum, item ipsa pugna,* fólkum Gramr *dicitur* Sigurdus Fafnisbani. Hynd. XXIII. 7. *et* 9. *conv. Lat. vulgus.* Fólk-drótt, *f.* agmen, Hym. XXXV. 7. Fólk-valldi, *m.* Skirn. 1. 2. — Goda, *de* Freyero; *ubi potest etiam verti gubernator* l. *magistratus inter deos, aut dux bellicus inter deos; quo posteriore sensu* Fólk *erit exercitus aut pugna, unde et Freyerus à poëta, nescio quo, in* Edda *appellatur* Bödfrodr *belli peritus, vel ut quidam legunt* Bodfrodr *imperandi peritus; et in eodem carminis fragmento de eo prædicatur:* Freýr ok Fólkum stýrir, *id est Freyerus et cohortes regit.* Fólk-vig, Hynd. XIII. 5. n. 26. *Cum* Fólk *acies, pugna, conferri potest, Lat. bellum. ASax.* Falaica *hostilis. Germ.* Feld *bellum. Longobard.* Falda *idem. Lat. barb.* Faldosus *hostis publicus. Longobard.* Faltho *invasio, insultus, bellum privatum: Armoricis, teste Pezronio,* dufel, *est bellum inter duos:* Fel *hostis, apud Martinium. hoc maximam partem excerpsi ex Wacthero.*

For, *pro, præ, ante.* Æg. XLI. 2. þau höfþu gull for gamni. Sol. XIIX. 3. n. 20.

Foraþ (Forat), *n Fraus, dolus; aut pestis, pernicies.* Fiöl X. 6. XII. 5. XLI. 4. *quo ultimo loco potest etiam verti per, procera l. immanis orcas, nam* Foraþ *est mulieris giganteæ vocabulum in* Edda. *Cum* Foraþ 1. *sensu conv. Lat. Fraus, fraudis; in* 2. *sensu potest duci ab* at fara *perdere, et forsan hinc orta est nota vox,* Forátta, *res mala et noxia: ad* 3. *Sensum pertinet, quod Jones,* Hesychio *teste, Satyros vocarunt* φηγέας: φῆρες *vocabantur Fauni. Alias* Foraþ, *hodie* forræði, *est vorago, palus cœnosa, profunda, unde nom. pl.* Forut, *in*

Jónsb. Landzleigubalki. *cui cognat. noſtrum*, For, *ejusdem ſenſus, item Lat.* Foria *etſi ſenſus aliquid diſtet. Verbulo moneo* Foraþ *proprie accipi poſſe prodigium, portentum, monſtrum à vocula,* For, *ante, ſicut,* Furda, *prodigium, indidem, vide* Gloſſ. Syntag. *et* undr, *miraculum, ab* und *ante, ut mihi quidem videtur.*

Forbrennir, *m. Accuſ.* -ni, *ignis vocab. poet.* Alv. XXVI. 5. n. 56.

Fordæþa, *f. malefica, venefica* Æg. XXXII. 2. *à* For *quod in compoſitione interdum notat,* (*uti Lat. per,* Gr. παρὰ) *provè, perperam, et* dáþ, *vis, factum, ſupra*

Fordaz, *pro* forda ſer. Hým. XII. 3. *vide* forþa.

Forgardr, *m. in pl.* Forgardar. Fiöl. III. 2. 2.

Forgera, *pro* fyrigera. Form. Grim. pag. 38. var. u.

Forkunnar, (Forkunar, *ut quidam hodie loquuntur*) Forkunnar ſýn Fiöl. XLIX. 4. *hic* forkunnar *eſt adverbiale, vel ſaltem, nomen monoptoton, cujus nominativus; tamen, ſi daretur, foret* Forkunn *f. et notaret rem incognitam, aut ut in Verſione mea eſt, poſcente contextu, improviſam, à* for *negativa inſeparab. et* kunnr *notus; alias, in uſu apud nos,* forkunnar *notionem habet excellentiæ l. præſtantiæ, quaſi rei præ aliis notæ.*

Forn, *Adj. genit.* Forns, *priſcus, antiquus, vetus,* hin forna Fold. Hým. XXV. 3. 4. Forn Jötunn, *de* Hymere. Hym. XIII. 6. Forn miödr. Skirn. XXXVII. 3. Fornir Stafir, *antiquitates.* Vaf. 1. 5. LV. 5. Alv. XXXV. 3. Fornar töptir *et* Forna-töptir. Grim. XI. 6 var. e. Forn rök. Æg. XXV. 6. *à* For *ante.*

Fórod (Fóroþ, E;) *pro* fóru at *non iverunt.* Hym. XXXVII. 1. *rectius ſcriberetur* fórvt.

Fort, *pro recentiore et aſperiore* Fórſt, *ibas.* Harb. XXXIX. 2. Fiöl. XLVII. 1.

Forvitinn, -in, *providus, præſcius; aut etiam conſcius.* Hrafn. VI. 2. *ad poſteriorem ſenſum pertinet illud non uno loco occurrens in* Getſpeki Heidreks: at forvitni födr. Vitinn *hic poſitum eſt pro* vitandi, *ſciens, ſed in* forvitinn *curioſus; unde* forvitni; *f.* Vaf. 1. 4. *eſt ſciendi cupidus, quid autem* for *ſignificet in hac voce, utrum* ante, *an* nimis, *non definio.*

at Forþa, *cum Dat. perſonæ et rei, removere, proſpicere, conſulere, tueri, defendere* Forþa fiörvi *ſinu* for *einum.* Harb. XI. 2. 3. Forþa ſer. Hym. XII. 3. var. þ. *vel á* for *pro* fiær *procul, vel á* for *ante.*

at Fóſtra, *propriè alere, paſcere, à* Gr. βόσκω: *de inſtitutione puerorum* (kennsla) *adhibetur.* Form. Grim. *pag.* 36. *ita* Niála, *de* Thordo *Libertino:* han hafdi fóſtrad alla ſonv Niáls, *praeceptor*

ceptor iis fuerat. Similiter intelligendus eſt locus Orkneyia-Sagae, *de* Thorkillo Foſtrio (*magiſtro*) *pag.* 8: fór han — til Þorfinnz jarlz, var han Þar lengi, ok fóſtradi hann Jarl, er han var ungr, ok vár ſídan kalladr Þorkell fóſtri: *Ubi illud* fóſtradi, *nimis late transtulit Interpres, per educavit, non enim, ut opinor,* Thorkillus *à ſuis bonis profugus Comiti puero alimenta præbuit, quod pars eſt educationis, cum præſertim credibile ſit, eum potius e quadra Comitis victitaſſe; verum ſine dubio artibus eum et diſciplinis, principe puero dignis, imbuit, moresque ejus ac ingenium moderatus eſt et formavit. Sic quoque* Fóſtr *accipiendum eſt in* Óláfs. h. Saga Thomas-Skinnae, Cap. XX. Hrani hinn Vidförli var med Áſtu, han veitti Óláfi fóſtr; *cum tamen ſine dubio rex Sigurdus* Sýr-*eſſet nutritius pueri* Olafi.

Fótr, *m. pes.* Fótr *vid* Föti gat — ſer höfÞýÞan (Sex höfdadan) ſon. Vaſ. XXXIII. 4. 6. *ubi non omittenda erat lectio membr.* U. Fót *in Accuſ. pro* Fótr, *excluſo verbo* gat; *quicunque ſenſus ejus lectionis ſit, diverſus certe eſt ab receptæ lectionis ſenſu.*

Frá, *ab,* máttug — Frá Því ſem fyrri var, — *præter, ultra, l. ſupra id, quod prius erat.* Sol. XL. 4. 6 kominn frá *einum, de prole.* Hynd. XXXVI. 7. 8. *vera* frá *einum, de ſecta, reſpectu primi auctoris.* Hynd. XXXI. 1. 2. 4. 6.

Frá *quaeſivit, vide* ek Freg.

Frægr, *adj. celebris, inclytus.* Fræg — Fólk-víg. Hynd. XIII. 4. Lítil-frægr, *inglorius, ignobilis; aut in activo ſenſu, pro,* lá ſem lítit hefir fregit, ó-fróÞr, *parum notitiae ſciſcitando adeptus, indoctus, ignarus, ignorans.* Hrafn. XXI. 4. *hoc poſteriore ſenſu* Lítil-fræga *poteſt, ſi ita lubet, de ipſis legatis intelligi. Fatendum interim eſt hanc vocis* Frægr *acceptionem à conſvetudine abhorrere, etſi cum analogia bene conveniat. Ab* ek Freg.

Frækn (Fröcn), *adj. Vegetus, acer, alacer, fortis, ſtrenuus.* Grim. XVII. 6. *poſſit referri ad* Frakkr *citus, agilis, promtus; hoc autem ipſum per Proſthesin formatum erit ab* rakkr, *quod vide in* Gloſſ. Diâtrib *ſub* Reckr. *Germ.* Frech, *Lat. Ferox, vix eſt, ut huc pertineant, licet* ferox *interdum in bono ſenſu, pro forti, apud Auctores Latinos inveniatur.*

Fræði (Frædi), *n. ſing. doctrina, diſciplina, dogma, ſcitum, praeceptum.* dáſamligt frædi, *de poëmate.* Sol. LXXXIII. 1. 2. Fræði, *de incantamentis.* Fræði tók Þylia. Veg. IX. 5. *à* Fróðr.

Fræðvr (Fræðr). Veg. IX. 5. *Aut eſt Nom. ſubſt. plurale f. à Singulari* frædi, *ſcientia, in* Gloſſ. Synt. *unde pluralis in* -vr *eodem modo fieret, ac* mætvr, *aeſtimatio, à Sing.* mæti *idem. Aut eſt nom. adj. variatum à* fróðr *doctus, ſicut*

bræðr

bræþr *fratre*, *à* bróþr, mæþvr *matre*, *matrem*, *à* moþvr.

Fram (Framm), *adverb. protenus*, *prorſum*, *porro*, *porro verſus*, *proverſus ultra*, *ulterius*, *in futurum*, *in poſterum*. Þeir fóro fram. Hým. VI. 5. 6. *quod alias dicitur*, á-framm. Hún geck fram, *ea proceſſit*. Hym. VIII. 1. 2. Framm reid Odinn. Veg. VIII. 1. Fram ſel ek lengra. Hynd. XIX. 5. Viſſi hán vel fram. Þrym. XV. 3. * Framm erv feigſ gavtvr; *Proverb.* Sol. XXXVI. 6. n. 47. *Dan.* Frem. *à* Gr. πέραν, πέρα, *ultra*, *aut* Gr. προ *ante*, *Lat. Pro.*

Framan, *adverb. aut Adject. Indeclin. ante*, *anterius*, *à fronte*, *in adverſa parte*; úm brióſt framan. Veg. VII. 2. For (fvr, fyri) brióſt framan. Sol. LVIII 5. var. g *à* Fram.

Fram-genginn, *particip. activ. praeteritum*, *ab* at gánga fram, (*conf. Gloſſ. Diatrib. in* Fram-lidinn.) Skirn. XII. 2. Framgenginn, *Spatium* (*vitae*) *emenſus*. *Alia praeterea atque alia*, *pro re nata reſpicit*, *quemadmodum et de animalibus vim hiemis eluctatis dicitur*. G. Pauli.

Frami, *m. genitivo* Frama, *profectus*, *progreſſus*, *promotio*; *item praeſtantia*, *praerogativa*. Freiſta *ſínſ frama*, Vaf. XI. 3. *Veita* fátækvm frama. Sol. LXX. 3. *Alias* Frami *eſt decus*, *honor*, *laus*, *gloria*; *quae notiones ad loca allata facile applicantur*. *à* Fram, *l.* Framr.

Frammi, *adverb. exterius*, *in anteriore loco*, *in primore parte*; *aut in propatulo*, *in promtu*. Frammi erv feigs gavtvr. Sol. XXXVI. 6. var. x. *à* Fram.

Framr, *adj. ad verbum: Primoris*, *in primore loco conſtitutus*, *princeps*, *primarius*. *Regum epitheton eſt* Framir. Hynd. XIII. 6. *à* Fram. *vide* Gloſſ. Diatrib. *item* Gloſſ. Synt. *in* Frómr.

Fram-víſſ, *adj. praeſagus*, *rerum futurarum providus*. Spár framvíſar. Veg. II. 6. *à* Fram, *et* Víſſ *ſapiens*, *prudens*. At vita fram, *in poſterum proſpicere*, *habemus*, Þrym. XV. 3.

Fránn, *adj. cum articulo* enn fráni, *anguis epithetum*. Skirn. XXVII. 6. *lævis*, *l. acutum videns exponit*, G. Pauli.

at Frata, *crepitum* (*ventris*) *edere*. Æg. XXXII. 6. Oc nvndir þú þá Freýia Frata. *Forte:* oc ſkyldir þú þá nockud mæla? Ei ſkammaz þín at gefa þik framm í tal manna? Frata, *contemtim*, *ut Lat. Crepo*. G. Pauli. *Praeteritum* Frat *habet* Droplögar-ſorla Saga *parva*, *et* Hryggiar-ſtycki *in Vita* Haraldi *ſeveri*: *Infinitiv. vulgaris eſt* at freta: *quid autem verbum in præſenti indic. habeat*, Fret *an* frata, *incertum eſt. conven.* Gr. πέρδω *idem notans*, *ad quod paulo propius accedunt. ASax.* Feort, *Dan.* fiert. *Belg.* vert, vort. *Germ.* Furtz (*et* Fartzen *pedere*). *Angl.* Fart, *crepitus ventris*. *Quæ omnia ſunt a ſono ficta*. *Sed ſi* at frata *eſt crepare*, *ſc. or. l. lingua*,

l. lingua, ut G. Pauli *conjecit; conferri cum eo possunt. Angl.* prate, *garrire, otiose fabulari, nugari, Belg. praeten, Svec. prata; in Gloss. Belg. ap.* Edw. Lye *ad Junium, prahttit, garrit, et prahta, perstrepebat: Angl. prattle, deblaterare, obgannire, obstrepere. Belg preutelen et protelen, subringi, leviter conqueri, i. e. cum obscuro murmure aliquem increpare Ex Junio; cui affinia videntur* Gr. φραζω *vel* φράζομαι. *Sed fatendum est,* at frata *in hoc sensu apud Nos esse insolens, cum tamen at* prata, *garrire, non sit inauditum.*

ek Freg, *præt.* frág, *et* frá, *infinit anomalos,* at fregna, *cum Accus. personæ, et genitivo rei, aut ablativo cum præpositione* at, *quæro, interrogo.* Hrafn. XI. 1. 3 XX. 1. [illegible]l. X. 2. *conv. forte Lat. rogo, item* Gr φραζω.

Fregn, *f. quæstio, inquisitio, sciscitatio.* Fregnar braut, *vel* -brauti. Hrafn XVI. 2. *vide* braút, *et* braúti.

at Freista, *periculum facere, experiri, tentare* Alv. IX. 1. — sins frama. Vaf. XI 3. *vide* Gloss Diatrib *in* v. Freistni — *add.* Gr πειρᾶσθαι.

Freki, *m lupi Odiniani n. pr* Grim. XIX. 1. 2) *ignis vocabulum poëticum* Alv. XXVI 4. n. 55 Frekan, *tamen, ibi accipi potest pro neutr. à seq.* Frekar, *in pl virorum nomina propria, pro* Úlfar Hynd. XVII. 6.

Frekr, *adj. avidus, vehementer appetens;* — At reýna eitt, Alv. IX. 2. 3. *vide* n. 55. *ad* Alv. *conv. Lat.* ferox. *Germ.* frech.

Fremr, *adverb. ulterius, amplius.* Æg. XXXI. 2. *à* Fram.

Fremstr, *primus, antiquissimus;* hvat þu fyrst of mant, eþr fremst vm veitzt? Vaf. XXXIV. 3. 4. *Sic* fyrst ok fremst, *pleonasmo quodam, jungit consvetudo; cujus haud absimilis ratio est ac Latini: Nihil prius, nihil antiquius. Interim tamen fieri potest, ut* Fremst, *hic denotet. ultimum. conf. ut alia omittam, versum* Odæ 52. *et* 53. *Superlativus est, vel à positivo* Framr *supra, vel, sine positivo Origine, à Comparativo* Fremri, *prior, anterior.*

Frett, *f. rumor, relatio, auditio.* Fiöl. XXXIII. 6 *in plur.* Frettir, *usurpantur, dē oraculis, vaticiniis, et responsis mortuorum* Veg. III 1. n 5. IX. 6. Frett *pro* Fregd *l.* Fregt, *à V.* eg freg, fregn, — *interrogo, audio s. accipio Germ.* Fragen, Frage *G. Pauli.*

at Fretta, *rogitare, rumores exquirere, vatem consulere,* — *einn, eins, edr* at einu. Hrafn. IX. 4. 5. Fretti, *diplasiasmus evphonicus, pro* fregti, *à* v. eg freg, *per meton: accipio, Germ. habent* Fragen, *etc.* G. Pauli. Fretti, *à* Frett *præcedenti.*

Frí, *m procus, amasius, concubinus.* Hym. IX. 1. Frí, *maritus, Forma quidem insolenti,*

ſolenti, cum regularis eſſet Frír, Fríer, *l.* Fríe, *à* Fría, *amare, quod habet* Hypn. *in* Gloſſ. Synt. *ad* v. Fridr. Frí *liber et* fría *liberare, vix forte in monumentis noſtris occurret, quod tamen linguæ cognatæ habent, et* friáls (*liber*) *dictum videtur contracte pro* frí háls, *liberum* (*à jugo*) *collum* at Fría hugar, Fríunar-Ord, Fríu-lauſt, *nota ſatis ſunt, animi fortitudinem in aliquo deſiderare, l. requirere, p. quemadmodum et communiter dicitur,* at fría því edr því (til) *laxare; a quibus non longe abit Dan:* at frie til en, *expetere, procari, et vincula quaſi relaxare; Cum quo et apprime convenit illud;* ſá fær er fríar, *obtinet qui petit. Poteſt etiam exiſtimari* Frí *l* Fríe, *venire ex* Fiarri *procul et* Firra *privare, ab abducenda uxore* G. Pauli. *Cum* Frí *conf. Lat. privus, eo ſenſu, quó id á me ſupra allatum eſt ſub* Brúþvr.

at Fría, (*an* Friá *una ſyllaba?*) ok hann fiorgvall Friæ. Æg. XIX. 6. Fria *liberant (ſiquidem aliud non ſuppetit), ad dicacitatem inſtigant. G. Pauli. qui de ſenſu verbi dixit, quod ſatis ſit, ſub voce præcedente: id ſaltem moneo de ſcriptione, quod Membr.* Laxdælæ *magnæ, et* Eddæ Snorrii Cod. Worm. y *inſertum habent, in* at frýia einum hugar, *et* frýiv ord, *Sicuti et bonum exemplar Eyrbyggiæ in complexa dictione* kvenna frýia. *Unde ſuſpicio merito oriri poſſit,* at fría *et* frýia *eſſe verba diverſa. Ut de illo eſt, conferri póteſt* Gr. φρέω; *item, quod* Juba, *apud* Heſychium *in* βρίγες, *tradit* βρίγα *à Lydis dici* τον ελεύθερον, *docente Junio in Etymolog. Angl. unde Dan.* Fri, *cum ſuis cognatis, o: ASax.* freoh, frig; *Alam.* friger. *Germ.* frey. *Ulph.* Fryai, *liberi. His inſpectis, minuitur quadam tenus prior ſuſpicio de diverſitate verborum* at fría *et* frýia; *nempe* y *in verbo noſtro refert quodam modo illud* g *in verbis exteris, quæ altuli. Maneat ergo, in re incerta,* Gunnaris-Pauli *explicatio verbi noſtri,* Fria. *De* Fiörgvall *ſatis ſuperque inugatus ſum ſuperius.*

Frilla, *f. amica, concubina.* Hym. XXX. 2. Gloſſ. Diatrib *alias ſcribitur* Fridla, *nempe á* friþr *amor; ita* midle *pro mille, inter, á* med *cum.*

Fríþr, *adj. venuſtus, pulcher, ſpecioſus, expetibilis; hinc* (iþ) fríþa Frilla (it fríþa ráþ) Hym XXX. 1. 2. var y. Frid *regin* Vaf XXVI 6 var. u. Fríþra koſta, *in Genit. pl.* Hynd. XLII. 4 Fríþ, *celebris l. fortis.* Sól. V. 6. var. Gloſſ Synt. Fríþ, *virginis nom. prop.* Fiol XXXIX. 5.

Friþr, *m. amor, benevolentia, gratia.* Skirn. XIX. 4. 2) *pax, venia:* bidia einn friþar. Harb. XXVIII. 7. 8. Gloſſ. Synt. *et* Diatrib.

Frörinn, *gelatus, congelatus, glacioli cruſta obductus, obtectus:* Kinn-ſkógr frörinn.

Hym. X. 4. *particip. paſſ. aut ab imperf.* þat frerar, *gelat, aut fine verbi origine á* frer *l.* freri, *pluralis certe in uſu eſt,* frerar *m.* gelu *l. magna ejus vis. Conv. Gall.* Frire, *Lat. frigere.* Frörinn *autem, per* ö, *etiam nunc dicunt* Öſtfiördenſes Iſlandi, *cum ceterarum provinciarum dialecti praeferant* fredinn *et* frerinn.

Froſt, *n. Frigus, gelù, algus;* midli Froſtz. ok funa. Sol. XIX. 6 n 21. *Asax. Alam. Germ. Belg. Dan.* Froſt, vroſt. *ASax. et Belg. etiam* Forſt, vorſt; *omnia ab Lat. frigus. quod* Hedericus *ducit à* Gr. ῥῖγος, *ſed* Edw Lye *ap. Juninm, ſub voce* furl, *credit Latinos id formaſſe à* Gr. κρύος, *frigus, mutato* k, *in* f, *quemadmodum* κλαίω, *in Fleo Latini, et mucus in muffa, Itali.*

Fróþr, *doctus, eruditus, peritus, ſciens, ſapiens, prudens, callidus,* Fróþr — eþr alsviþr, *junguntur.* Vaf. VI 5. *et* 6. *ubi vitioſe editum,* Fróþer-eþer Alsviþer. Fród *regin* Vaf. XXVI. 6. *vide præpoſ* Meþ. Froþr, *et* Fiölvarr *junguntur.* Sól. V. 6. Fróþr *et* Svinnr *alternant pro ſe invicem.* Vaf. XXXIV. 2. XXXVI. 2. Fátt — Froþra koſta. Hynd. XLII. 3. 4. var. m. *vide* Gloſſ. Synt. *ſub* Frædi, *adde* Gr. φρονέω, *intelligo, ſapio,* φρόνιμος, *prudens, à* φρὴν, *mens, ſapientia.* Fróþr, *pro noto, celebri, accipi forte debet* Vaf. XXXIII. 5. XXXV. 5. *et* Sol. *loco. cit. ſic gnarus, Latinorum, etiam interdum notum ſignificat. A* Froþr *compoſita ſunt:* Fróþ-geþiaþr, *adj. ſagaci mente praeditus.* Vaf. XLVIII. 4. Fróþ-geþr, *idem elegantius, ibid.* var. *** Ged n. *vide in* Gloſſ. Synt. *unde* -geþiaþr, geþr, *particip. inſeparab. notant mente praeditum qualicunque. Quomodo autem* Fróþgeþr, *ita formatum eſt* blíþ-geþr, hard-gedr, *etc* Fróþ-marr, *viri nom. pr.* Hynd. XVII. 5. Fróþi, *m. n pr. viri, eſt terminatio definita τῦ* Fróþr, *ſubaudito articulo* hinn, Hynd. XII. 5.

Frvm-kvavdvll, *m.* — Fregnar braúta. Hrafn. XVI. 1. 2. *ubi mendoſe expreſſum eſt,* Frvm kvavdvll, *diviſim.* Frvmkvödvll *active ſignificare ſolet eum, qui primus ſententiam fert, vel aliquid movet; hic qui prae aliis alicujus rei cauſſa compellatur, aut cui aliquid primo, l. aliis praeteritis, committitur.* Þig kved eg *ad* Því [*vide* Niáls-ſagam, *pag.* 150. G. M]. *hanc ob rem vel ad rem te compello, et* kvöd, *petitum, hic habent locum; in priore autem ſignificatione* ad kveda vpp, *vocem rumpere l. ſilentium rumpere. G. Pauli. Prior notio vocis probabilior eſt, idque eo magis, quod* Frvmkvödvll *vulgo auctorem notat; et hoc ſenſu quoque cognatam vocem* Frvmkvedi, *m.* Edda *adhibet de Lokio, ubi eum vocat* Frvm-kveda flærdanna. *Proprietatem vero quod attinet, non*

eſt

eſt improbabile, quod Frvmkvavdvll *ſit praecentor, à* frvm *inſeparab. primum, ante, prae, et* kveda *canere; trānslatis inde ceteris notionibus.*

Fvlla, *f. n. pr. nymphae Aſianae, quae* Friggae *veſtiſpica et arcanorum particeps fuit.* Form. Grim pag. 38. Edd. Snorr. *in Divarum recenſu. Conf.* Gr. *Lat.* φύλλις, *Phyllis, nom. pr. Feminae.*

Fvllr, *adj. plenus, repletus, oppletus,* hornvm fvllvm drvckv þeir — miöþ. Sol. LVI. 4 5. *conf.* Æg. LIV. 3. Fvll *in compoſitis, plene, ſatis, abunde, affatim, cumulate, prorſus, penitus; unde:* Verþr — vel fvll-mikill Hym XVI. 4. Þik kann ek fvll-gerva Æg XXX. 2. *ubi hoc* Fvll-gerva *poteſt accipi pro Accuſ. ſing. fem. adjectivi* Fvll-gerr, *et, per acerbiſſimam ironiam, eſſe ſenſus: Novi te plane perfectam, aut cumulate inſtructam, vitiis ſc quae ſubjicit* Str. 3. *et ſeqq ASax. Angl.* Full. *Alam.* fol. *Belg.* Vol. *Germ* Voll. *Dan* Fuld. *Ulph.* Fulls, *quorum omnium originem Junius ait peti poſſe ex* Gr. βυλλὸς, *oppletus, confertus, apud* Heſychium. *Adde* Gr. πλέος, πλέως, *literis tranſpoſitis.*

at Fúna, *verb neutr. putrefieri, putreſcere, 3tia ſing. praeſ.* Fúnar, *et* Fúnir. Grim. XXXV. 5. var. q. Fúi, *m. putredo.* Gr. πύθω *putrefacio.*

Fvni, *m. Ignis vocabulum poëticum.* Alv. XXVI. 2. n. 53. Grim I. 3. miþli froſtz ok fvna. Sol XVII. 6. Á fergins degi fvna. Sol. LXXXII. 2. var. *Ulph.* Fon; Funin, *ignis. Germ* Funcke *ſcintilla,* Fvni, *in proſa dicitur, flammula praeceps quidem, ſed cito evaneſcens.*

Fvr, *pro* Fyr, Fyri, fyrir, *cum Dativo: prae, ante, coram.* Alv. X. 5. Æg. LXV. 1. 2. Þrym. XXVI. 2. 2) *ob, per, propter.* Æg. LXV. 4. Harb. XXV. 7. 3) *pro, vice, loco.* Þrym. XXXII. 6. 8. 4) *adverſus.* Harb. XI. 3. Fvr *nema, demere, adimere, eripere,* — einom mál. Æg. LVIII. 3. *rectius, ut opinor, junctim,* Fvr-nema. *Vita* fvr. Harb. III. 3 Fvrhníga. Harb. XIV. 6. Fvr, *cum Accuſativo, ante, prae.* Grim. XXXIX. 6. *ob, propter.* Sol. XIV. 5. *Germ.* Fur.

ek Fvr-býd, *interdico.* Skirn. XXXIV. 5. *à* Fvr, *pro* for *l.* fyri, *quatenus hoc privationem notat in compoſitis, et* ek býd, at bióda, *offero, jubeo.*

Fúſs, *adj. fem.* fús; *pronus, promtus, propenſus, libens, volens.* Fúſs [at] fara, *vel* Fúſs, fára, *conf.* Fár *in Addendis.* Skirn. XLI. 3 Gloſſ. Synt. *add.* Gr. πόθος.

Fylgi, *n. genitiv.* Fylgiſs, *comitatus; Nema einn* til fylgiſſ, Hrafn. XVI. 5. 6. *à ſequ.*

ek Fylgi, *praet.* Fylgdi, *infin.* at fylgia, *comitor, duco.* Hym. XI. 7 8. *et* var. t. [*pone*] *ſequor.* Grim. XXXIX. 2. *conf.* 6. Fylgia ofmetnaþi. Sol. XV. 1. 5. *Dan.* Følge. *Germ.* Folgen. *Belg.* Volgen. *ASax.* Fylgan, folgian. *Angl.* Follow. *Forte omnia à* Gr. πέλας *prope,* πελάω, πελάζω, πέλω, *admoveo, propinquo, adpropinquare facio; aut contracta à* πέλας ἔω, *l.* ἑω, *prope ſum l. eo.* Fylgia einvm at lagi, *et* ſylgia einvm *ſimpliciter, dicitur de concubina, amica, ſ. fœmina quae cum quo vivere conſuevit, et nobis inde vocatur* Fylgikona; Orkn. ſaga pag. 140. 142. Þá fylgdi honvm (Sigvrdi ſlembi) Aúdhildvr *etc. ubi Interpres nimium negligenter: cum, tum ſequebatur.*

hin Fylva, *pro,* hin Favlva, av *in* y *licite converſo.* Fiol. XXX. 4. var. c. Favlr, *ſupra.*

Fyr, *pro* fyri, for, *praepoſ. cum Dativo.* Grim. XXII. 3. var. s. *Cum Accuſ.* 1) *ante, pro;* Fyr ná grindvr neþan. Æg. LXIV. 4. Fiöl. XXVII. 3. 2) *ad, adverſus, ob oculos, in conſpectum.* Hym. XXIX. 8. 3) *ob, propter, pro, in uſum.* Fiöl. XXIII. 3. 4) * *Adverb. pro* Fyrr, *prius.* Skirn. XXXIII. 4.

† Fýrar, *m. pl. viri principes, procere, praefecti.* Hynd. III. 4. var. n. Sol. LXXVI. 6. var. z. *hoc ſenſu vocem accipit* G. Andreae, *nempe à* Fyr, for.

Fýrar, *m. pl. ab Sing.* Fýrr, *alias* Fvrr, *ignis, flamma.* † Ferginſ-dagr Fýra. Sol. LXXXIII. 3. var. *ASax. Dan.* Fyr. *Alam.* Fiur. *Germ.* Feuer. *Belg.* vier, Fuyr. *Angl* Fire. Gr. πῦρ.

Fyri, *Praep. pro quo recentiores malunt* Fyrir. 1) *ante, prae;* Sólo fyri. Grim. XXXVIII. 2. *cum verbo, ſubaudito nomine.* Hym XII. 4. XXXVIII. 4. Sitia fyri, Standa fyri. Hym II. 1. 2. XVIII. 7. 8. *eſt Idiotismus Noſtratium, quem Latine vix eſt exprimere, niſi forte, per, Sedentem adeſſe (praeſto eſſe), ſtantem adeſſe, advenientem ſedens aut ſtans excipere.* 2) *cauſale, ex, ab, per, prae, propter, ob:* hníga fyri eggivm. Skirn. 4. 5. Svndr ſtavck ſúla fyri ſión jotvns. Hym. XII. 5. 6. hve ek komvmz-fyri greýivm-Gýmiſ. Skirn. XI. 4. 6. Þeir æddvz fyri einni konv. Sol. XI. 4. 5. *Cum Accuſ.* Fyri þá hvítv meý. Sol. XII. 2. *conf. praeced.* var. t. 3) *pro, ad, in:* hafa annarſ víti fyri varnaþi Sol. XIX. 5. 6. *Conv, Dan.* fore, *in compoſitis.*

ek Fyri-banna (fyrir-banna) *prohibeo.* Skirn. XXXIV. 6 Fyrir banna, *diviſim,* o: ſet bann fyrir. *G. Pauli.* Ek Fyrir býþ (Fyribýþ) *interdico Ibid.* 5. var. q *Invertit hic ſignificationem verbi particula* fyrir. *G. Pauli.* Fyri, *in priore, forte ſenſum Verbi intendit, ut ſubindē Lat. per: in poſteriore ſenſum verbi tollit, ut quandoque* Gr. παρὰ;

Figura

Figura in loco noſtro, et quidem verſi bis Fyri-býþ *et* Fyri-banna, *ſimilis eſt illi, de qua monui ad* Fiöl. II. 5. n. 6.

at Fyri-gera (*einum*) *nocere cui, aut interficere quem, idque tum aliis modis, tum in ſpecie arte venefica. Form. Grim. pag.* 38. *Dan.* Forgiöre, *Svec.* Förgiöra, *ſimiliter ſignificant. A* fyri *privativo, et* giöra, gera, *facere.*

Fyri at verþa. Sol. XXVII. 4. n. 34. *Verbo et uſu tenus eſt: obviam fieri, objici, offendi; re fortaſſe: periculo aut damno obnoxium fieri* Fyri-verþa ſik, *Ibid. n. cit. ratione dictionis mihi ignota.*

Fyrin, *in verbis hiſce:* Enn (En) fyrin illa mær, *etiam eſt in* Erl. Skirn. XXXIII. 4. var. o. *Nomen eſt, ſive ſubſt. ſive adj. ſed hic adverbialiter uſurpatur, aut certe jungendum eſt cum Adj. ut ſit,* Fyrin-illa, *et* en, o: hin, *pro* enn, *ſubſtituendum ante, quomodo etiam opinor eſſe in* R. *Senſum autem vocis quod attinet, ponamus* 1) Fyrin *eſſe à* Fyri *prae, et notionem habere primarii, praecipui, ita* En fyrin-illa *erit apprime maligna, in primis prava.* 2) Fyrin *ſit à* Fiarr, firr, *procul, ita* en Fyrin illa *erit, aut, ad exceſſum (ultra modum) maligna, aut improbitate alias longe antecellens, et ſic conveniet dictioni uſitate,* Fiarſka illr, *et* Fiarſkaliga illr. 3) *Erit,* en fyrin-illa, *mire prava; inſolenter l. prodigioſe perverſa, et convenient* Firn, *miracula, monſtra, prodigia, res inſolentes et incredibiles,* o: *omnem modum et omne exemplum excedentes, à* Firr *procul; quo et pertinet fortaſſe,* at firna einn nockvrs, *aliquid in aliquo mirari, malo ſenſu, ut:* Áſtar firna Skyli engi maþr Annan aldregi, o: *amorem nemo in alio unquam (unquam) miretur; et:* Eý-vitar firna Skyli engi-maþr annan aldregi, o: *Inſipientiam — nemo miretur: Utrumque hoc in* Háva-mális, *et ſic,* Firnattv mik, *dixit* Kormakus Ögmundi *in carmine ad* Steingerdam *ſuam. Addi huc poſſunt* Firin verk, *rectius, opinor, junctim* Firinverk, *apud Noſtrum in* Helga-Qviþa 1a. *Neque eſt, ut quenquam ab hac acceptione deterreat* Fyrin, *per ý, pro i, nam iſtae literae etiam in* Mbr. *variant inter ſe. Fieri denique poteſt ut Lat. Mirari cognatum ſit Noſtris.* 4) Fyrin, *culpae l. criminis notionem habere quiverit, ab: Alam.* Firina *ſcelus,* Firintat *crimen: ASax.* Firen, *cauſa, crimen, peccatum,* ic firinade, *peccavi,* ne fyrena þu, *non moechaberis (quanquam hoc ultimum potius referendum videri poſſit ad* Gr. *πορνεύω*): *Ulph.* Fairino, Fairin, *cauſa, culpa. Alam. iterum,* Firine *publicani, quaſi Legis transgreſſores, inquit Junius. Erit adeo, ſi ita placeat,* En Fyrin-illa, *culpoſe perverſa; et, ex eadem ratione,* at Firna, *in*

 locis

locis ſupra adductis, erit culpare, vitio vertere. Quod ſi ergo fyrir *ſervetur Auctori noſtro, ut id ego quidem ſervandum eſſe cenſeo, diſtinctio in fine praeced. Strophae* 3 *expungenda eſt, ipſa autem* 4*ta Stropha colo claudenda.*

Fyrndr, *particip. paſſ. à* 1*a praeſ. activ.* ek Fyrni, *antiquo, invetero, vetuſtati mando, item ad vetuſtatem conſervo;* 1*a Paſſiv.* ek Fyrniz *Vetuſteſco, veteraſco, inveteraſco, item Vetuſtate obliteror, obſoleſco, obſoleſio:* Fyrnd er ſú mægþ. Hynd. XIX. 5. *à* Forn *antiquus.*

Fýſi, *f. inclinatio animi, voluntas, lubido, cupido.* Hym. XX. 7. *à* Fúſa.

Fýſir mik, *Imperf. Lubido mihi eſt, cupio;* Áúgna gamanſ fýſir aptr ſán. Fiöl. V. 1. 2. *vide ſupra* Fán. ek Fýſi, *perſonale, cupidinem injicio l. excito, ſuadeo, hortor, inſtigo; vid. Ibid. à* Fýſi.

Addenda in F.

Fagr-limi, *m. Arboris l. ſylvae vocabulum poët.* Alv. XXVIII. 5. *conf.* Lim, *et* Limar.

Fálv, *occultarunt, abdiderunt.* Grim. XXXVII. 5. 1*a praet.* ek Fal (fól) 1*a praeſ.* ek Fel. *Lat. velo, Ebr.* phala *latere, velatum eſſe.*

Fannta-þu, Fannt-attu, *pro* Fant eigi þú, *tu non inveniſti.* Harb. XIII. 3. var. s.

Far, *n. iter, de morte.* Harb. XLIV. *etiam ſimpliciter iter notat in* Höfvd-laúſn, I. 4. *Sed in loco praeſenti* Harb. *fortaſſe legendum eſt* Fár, *quod notat luem, peſtem, perniciem, ab* at Fara *perdere, item periculum, ut:* þat er fár mikit, Ef þú fæti drepr, þá er at vígi vegr *i. e. periculum eſt magnum, ſi pedem offendis, ubi in pugna pugnas: Verba* Hnikaris *ad* Sigurdum Fafnericidam *ap. noſtrum. Foret ergo ſenſus* Harbardi: *Ita judico de tali peſte, ac cenſeo mortem non eſſe aliud quam translationem domicilii; item de altero: quod homines (inquit* Harb.) *tam periculoſum putant (ſc. mori) non eſt aliud quam tranſmigratio nuda, mea quidem ſententia. conf. praecedd.* XLII. 3. XLIII. 2. 4. *Sic et* † Fára, *in genitivo pl. legi poteſt.* Skirn. *ut* Fúſ fára *ibi ſit: promtus ad pericula (adeunda); verum tamen dubium eſt, an* Fár *pluralem habeat.*

Fara, *perire, interire.* Fúſs [at] fara. Skirn. XIII. 3.

Farma-týr, *m. in genitivo* -týſ, *Vecturarum Deus, Deus vector l. veterinus,* Odini *n. adſcititium.* Grim. XLVI. 11. Farmr, *m. onus, ab* at Feria *vehere:* Týr, *in hoc nomine, ut et in* Hángatýr, *mihi quidem, dum aliud non occurrit probabilius, eſt vel à* Gr. θεός, *vel à* τύραννος *rex, princeps, decurtatum. Conferendum tamen propono* Gr. τύρα-

τύρω traho, quod fortaſſe in τύρω migroverit per Antiſtoechon. Rem quod attinet, ipſe Odinus, *in* Grim. XLVII. 4. 5. *ait ſe Traham traxiſſe, et Vectoris perſonam gerit. in* Harb. *vide* Men. * *pag.* 91 *e quibus de nominis ratione ſatis liquere poteſt.*

Fax, *n. ſing. in* Vallar-fax *Sylvae vocabulo poetico.* Alv. XXVIII. 2. *ASax.* Feax *coma:* Faxi, *Noſtratibus olim viri n. pr. et canis n. pr. hodie, quaſi hirtus, aut villoſus: conf.* Gr. πόκος *vellus.*

Felldr, *plura vid. ſub* Gervi.

Fella, *operire, pro* Felda, *conf.* Fold *ſub fin. aut viare, vadere, pro* Ferla, *à* Ferli *l.* Ferill *viator, quod occurrit in compoſita voce,* Vegferla, *ambigui numeri et caſus, in* Jónsb. Mbr. Barth. Landzleigv-bálki Cap. XLV. *item in* Frvm-ferlar, Niálae cap. LVIII. Fella glæ-valls (glævaldz) götv. Sol. LIV. 3. var. r. n. 76. *ubi aliae verbi notiones adductae, quibus addo, aptare, coaptare, concinnare, committere.*

Feriv-karl, *m. pontonis cuſtos l. rector, vector.* Form. Harb. pag. 90.

Firr, *praepoſ. procul, ab;* Farþv firr ſvndi, *pro* frá. Harb. LII. 1. Göngome firr. Grim. I. 3. *conf.* Fiarr.

Fleý, *n. navigium.* Harb. var. b. Str. 4. pag. 90. *ab* at Fliúga *volare. conf.* Gr. πλέω *navigo,* πλοῖον *navigium.*

Fólk-vángr, *m. fundus populoſus, aut campus acierum, n. pr. domicilii* Freýiae. Grim. XIV. I.

For, *adde:* For Menglaþar kneám. Fiöl. XXXVIII. 3. For, *cum adverbio loci, ab:* For ſvndit handan. Harb. I. 2.

Forn, *adde:* húþ-ſkórr forn. Harb. XXXIV. 2.

For-niótr, *m. in anteceſſum fruens aut fructum ante capiens, n. pr. regis vetuſti, de quo conſulendae Origines Norvegiae in* Ol. S. Tryggu. *Edit.* Skalholt: Þor-niótz ſefar, *Venti, aut Ventus et mare, nam* Hler, *maris cognominis, etiam erat Fornioti filius.* Hrafn. XVII. 3. *Si* Forn-iótr *ſcribatur, erit ad literam: Vetus dens maxillaris.* Forniördvr, *pro* Forniótr, *effictum eſſe opinor in* Schlözeri *Iſland. Literatur, quod plane contra Linguae genium eſt.*

For-ráþ, *n. ſing.* Fiöl X. 6. var. þ. XII. 5. var. f. Hátt Forrat. Fiöl. XLI. 4. var. k. For-ráþ *imperium, regimen, gubernatio, poteſtas, praefectura, vix invenitur niſi in plurali: Singularis alio ſenſu occurrit in* Ol. S. Tryggu. Þorſteins þætti Uxafóts: hún var ecki forrádſ há, enn ógna digvr: *ea non erat inuſitate (eximie) procera, at craſſa uſque ad terrorem. Ab* at ráþa for, *dominari, praeeſſe, gubernare.*

G.

at Gá, 1. *praeſ. Indic.* ek Gái, *praet.* Gáþi; *obſervare, curare, attendere, advertere (animum), reſpicere.* Guþs han gáþi. Sol. IV. 4. Gr. κοέω *audio,* κοέω, *intel-*

intelligo, ſentio; κῆδος *cura,* κηδέω *curo, Noſtr.* at gæta.

at Gá *ire, procedere, evenire:* þer man allt gá at auþnv (vilia þíns) Sol. XXV. 5. 6. n. 32. Gr. κίω, *vado, eo. Dan.* at gaa. *Verbum noſtrum eſt Defectivum, neque, praeter Infin. dicitur, quod ſciam, niſi in 2da et 3tia ſing. Indic. praeſ.* þú gár, han gár (gárr), *et 2da Imperativi,* gáck þú, *quanquam haec potius referenda ſit fortaſſe ad* ek Geng.

at Gæla, *proprie blando cantu delinire.* Sol. XXVI. 4. d. Gæla, *nom. f.* Hrafn. XIV. 6. var. n. *ab* at gala, 1a ek gel, *cano. conf.* Gr. κηλέω *mulceo, decipio.*

Gætir, *m. Genitiv.* -tis. *Dat. et Acc.* -ti, *Cuſtos, obſervator.* † Gýgiar gætir, *Thori titulus.* Hym. XIV. 3. var. i. *ab* at gæta, *curare, ſupra ſub* gá *prior.*

Gafl, *n. extremitas rei quadrangulae transverſa, ut* Kiſtv-gafl, trogs-gafl. *vel etiam baſis trianguli, ut poſtica pars Cymbarum fluviatilium, quae* Gafl-kænvr *dicuntur.* Salar-gafl, *paries aedificii transverſus, poſterior.* Hym. XII. 2. *Angl.* Gable, Gable head [*quaſi* Gabli *caput*], Gable-end, *Frontiſpicium aedium, vel potius faſtigium frontiſpicii, medio aevo Gabulum dicebant. Gallis* Gable *d' une maiſon* [*quaſi Gablus domus l. aedis*]. *Danis quoque Faſtigium illud, ſive tacumen, quod ſpectatur in aedium frontiſpicio, vocatur* gafl [gavl *ſine dubio hodie*]. *Belg.* gevel. *Ulph.* Lucae IV. 9 giblin *pinnaculum (templi), quod Junius, unde haec excerpſi, derivat à* Gr. κεφαλὴ *caput. Hibern.* gabhal, *furcalis finis in aedificiis, contulit Baxter, et Edw. Lye adjecit Alam.* Gaucle, *Belg.* Gaffel, *furca. Adde, etſi aliquid diſtet ſenſus, Germ.* Gipfel, Giebel, *cacumen, faſtigium. Cognationum habemus ſatis, ſed originem adhuc quaero; conf. tamen. Ebr.* Gabal *terminavit,* gebul *terminus.*

Gaft, *2da praet. ſing. pro aſperiore, et magis trito,* gafſt, *dabas.* Æg. XXII. 4 *ab* ek Gef.

Þat Gafz ſua, *Imperſ. paſſiv. praet. vide ſub* ek Gef.

Gag-hálſ, *pro* Gagr-hálſadr, *obliquo, diſtorto, incurvo, collo praeditus: pl.* Gaghálſir, *de cervis.* Grim. XXXIII. 3. *Gull.* Gauche *Lævus, obliquus, et noſtr.* Gagr, *ſine dubio ſunt cognata; vide* J. Jonſonium *in* Gloſſ. Niálae: *add* Lapp. gav, Krumming, Bugt *et* Cn. Leemii *Nomenclatore.* [Gag-hálſir. At bíta (gnaga, *hoc loco* G. M) á (þad edr þad, því edr því, *ut loquitur* Edda Fab. 24), gaghálſir *de ramorum arboris admorſione accipio: eſt enim* at gægiaz, *caput exſerere vel protendere ſciſcitatum ac ſpeculatum, tum intro, tum extrorſum; et* Giögr *m. g. promontorium, vel quod protendatur ipſum, vel ob longiorem hinc quam aliunde in altum*

tum proſpectum. Gag-hálfir *ergo idem quod* gægiv-halfir, *à nominat.* gægiv-hálſa *f. g. isque accuſativus pl. anomalus quidem, ſed libere ac leviter, praeſertim in carmine, cum etiam proſa (e. g.* Árna biſkvps S.) *habeat* kyrkir *pro* kyrkivr. *Dicta autem appellatio metaphorica ramorum longe lateque protenſorum ac diffuſorum ipſa ſe haud inconvenientem oſtendit, oſtendente hac ipſa Stropha, una cum praecedente, et eas conjunctione* oc *connectente, nec non* Edda Sn. Fab. 14. *qua de re hic agatur.* Gagr *quoque et* gagaraligr *l.* gagrligr *dicitur homo animo ac verbis averſus et perverſus, et hoc vitium* gagrleiki, [gagrleikr. G. M.] *quae dictio ut de aliis etiam uſurpatur, ita et de ramis in diverſa tendentibus adhiberi poterat.* G. Pauli.

Gagn, *n. Lucrum, uſus, emolumentum;* 2) *victoria, etiam in proſa:* Gagn vrþv þeir lítt fegnir. Harb. XXVIII. 6. Gloſſ. Synt. *Quidam, Gall et Angl.* Gain *Lucrum, derivarunt ab Ebr.* kanah *comparavit, emit, acquiſivit; Alii à* Gr. καίνυμαι, *Vinco, ſupero: Alii ab Heſychiano* γαίνομαι *perficio. ap. Junium.*

Gagn-ráþr, *utiliter conſulens, aut victoriae arbiter, Odini n. fictum.* Vaf. VIII. 1. *et Jaepſus.*

at Gala, *prima praeſ. Indic.* ek Gel, *acutam l. ſtridulam vocem edere, garrire, canere;* heliar hvelpr — gól vm (honvm) lengi. Veg. VII. 8. *conf.* VI. 7. 8. Túnga — mvn þer ógott vm gala. Æg. XXXI. 1. 3. † at gala grættan med goþvm hlvtvm, *tranſitive, et translate, a nutricibus, pueros querulos nenia ſopientibus.* Sol. XXVI. Gal, *n. Sonus, argutus et tinnulus. Ebr.* Kol *Vox, ſonus, concentus, ſtrepitus.*

Galdr (Galldr) *n. Cantus, carmen, in Compoſita voce,* Odae *titulo,* Hrafna-galdr Óþins. *pag.* 205. *conf. pag.* 200. *et* 203. *et in* Val-galldr. Veg. IX. 2. *ubi in ſpecie magicum carmen intelligitur.* Galldrs faþir, Odini *appellatio.* Veg. VII. 7. *Cujus rationem adfert* Snorrius *in* Ýngl. Saga Cap VI. VII. Galdr (galldr) gólv — Rögnir ok regin. Hrafn. X. 1. 3. *ab* at Gala.

Gálgi, *m. Dativo* gálga, *patibulum.* Fiöl. XLVI. 2. Gloſſ. Gvnnl. S. *in* Gálkn, *et* n 36. *ad* Hym. *Eccardus in parvo Gloſſario Venedo habet* Galchwoi *patibulum. Hiſpan.* Colgèr *l.* Colgar, *eſt, opinor, ſtrangulare aut ſuſpendere. Lat. Barb.* Gaggo, *eſt ſtrangulo. Conv. cum noſtro: Ulph.* Galga, *ASax.* Gealge, *Alam. Germ. Belg. Dan.* Galge (*Danis, in elocutione,* gallje), *Angl.* gallowes; *Sed omnium origo eſt obſcura; conf. tamen Lat.* Gula, *Germ.* kehle, *ut* at kyrkia *Nobis eſt, ſtrangulare, a* kverk, kverkar, *faux, fauces.*

Gálkn, *n. in Compoſita voce* Hrein-gálkn. Hym. XXIV. 1. n. 36. Gloſſ. Gvnnl. S. *Lapp.*

S. Lapp. Galko *à* Cn Leemio *in Nomenclatore exponitur*, Eet vilt Dyr, ſom har een ſlet Farve.

Galli, *m. Macula, labes, naevus, vitium. Forte culpa, delictum, aut damnum.* Sol. XXVI. 4. *ſeqq. ubi* Galla *foret Ablativus modi, et* Grættan galla *in ſenſu conjungendum,* Gr. κηλὶς, *macula, naevus.*

han. Gallt, *ſolvit, multae nomine dedit l. reddidit,* — bædi börn ſín fyri. Hymn. XXXVIII. 7. 8 *praet. verbi* ek Geld.

Gaman, *n.* Skirn. XXX. 8. Harb. XVII. 12. *Gaudium, ludus, luſus, jocus, oblectamentum;* Hafa eitt for gamni. Sol. XVIII. 3. *De amoribus ſaepe ab Auctore uſurpatur, ut:* Vaf. XXXII. 6. Skirn. XXXIX. 6. Harb. XVII. 12. XXIX. 6. Fiöl. XLIV. 6. LI. 2. *De levamento, l. ſolatio aegrotorum adhibetur.* Fiöl. XXXVII. 3. *forte cognatum ſit Lat. Gaudium, quod et ipſum, de Venereis deliciis, apud Plautum eſt invenire:* Gr. γάδομαι *gaudeo* » γάνος *gaudium, voluptas; et ſane ſunt, ex vulgo noſtrate, qui* ganni *pro* gamni *dicere ament.* [*Angl.* Game; *Ludus, oblectamentum, feſtiva ludentium hilaritas.* — *Dan.* Gammen *eſt Gaudium. ASax.* gamenian *jocari. ex Junio*].

† Gaman-ſvml, *feſtivum epulum.* Æg VIII. 6. var. d.

Gamban, *vox obſcura, in Compoſitis:* Gamban-tein. Skirn. XXXII. 3. 4. Harb. XIX. 6. *ubi ſcribitur.* Gambantein var. a, *et expoſitum eſt à me, tanquam vox compoſita eſſet ex* gam, *truncato è* gaman, *et* band *vinculum, aut ex* gan *Veneficium* (*Ind. Landn* b. *in* gandr), *et* band: *unde* Gam-band *foret Luſus, illuſio, l. faſcinum, ligandi vim habens.* Gamban-reiþi goþa. Skirn. XXXIII. 6. Gamban-ſvmbl. Æg VIII. 6. Gamban, *vel divinum quid, vel magnum notare videtur, et forte interdum utrumque.* Gamban-ſvmbl *idem eſt in* Loka-ſenna, *quod* mær dryckr miaþar [*Ibid.* VI. 6.] Ad-gambra, *magnifice loqui, ſe et ſua jactare, in* Alexanders-Saga. Gemblingr, *Vervex majorennis, quamvis hodie anniculus.* Gamban-teinn, *in* Skirn. *et* Harb. *lignum divinum ſive magicum videri poteſt ſignificare, cujus virtute patrata, quae narrantur; vel patranda, quae praedicuntur.* Gambanreidi, *vel magna ira, vel mala immiſſura.* Gambr-moſar *late patent.* G. Pauli. *Cum hac ignotae Vocis notione conferri quidem poſſunt, Ebr.* Gabha *altus, elatus; excelſus;* Gabar *valuit, praevaluit: Lat.* Guber *et* Gubernio, κυβερνήτης: Gr. γέμω, *plenus ſum: Lat. Geminus; duplex, de cujus origine laborant Etymologi. Ad notionem divinitatis in Voce* Gamban, *adferri meret* Kamban, *cognomen Viri in* Landn. b. *quod Ei non videtur prius inditum, quam defunctus pro Divo religioſe coleretur:*

leretur: Vide Eam pag. 28. Haec ut ſunt, diverſam prorſus notionem τῦ Gamban, *de qua opinio non levis mihi incidit, nihil eſt cur omittam, quod nimirum notet Mutationem, commutationem, permutationem, viciſſitudinem, talionem, retributionem, aut etiam mutuum quoddam, alternum, reciprocum; quando Vocem retulerim ad Lat. Vet.* Cambio, *permuto, commuto, unde Cambitus, et Cambium, commutatio, permutatio, et quidem τὸ Cambium ſpeciatim permutatio pecuniae, ipſum autem Cambio volunt eſſe à* Gr. *κάμπτω flecto. Foret ergo* Gamban-teinn, *Virga magica, quomodocunque mutans, quos tetigit:* Gamban-ſuml *foret copioſa poculorum invitatio, potantes alterans, ut in Paroemia eſt:* Avl er annarr madr; *aut foret Convivium mutuum, reciprocum, alternum, amoebaeum, e. gr. Aſorum et Ægeri inter ſe, quod ideo fortaſſe vocatur* opt-ſuml *in* Hym. II. 8. Gamban-reiþi *autem foret Ira mutua l. ultrix.* Kamban, *cognomen Grimi modò adlatum, foret, vel vices reddens, talionem ſervans, vel Mutatus, ſc. in Divum poſt mortem. Quodſi* Gamban, *praefixo* g, *ducere malimus à* Gr. *ἀμείβω, ἀμεύω, muto, permuto, commuto, vices reddo, ἀμοιβαῖος, mutuus, alternus, ἀμοιβαδὸν, ἀμοιβηδὸν, viciſſim, alternatim; eòdem maximam partem redit adplicatio: at* g *praefixum non debet ulli mirum videri, ita enim* Gimbvr, *agna parvula, ab ἀμνὸς aut ab ἀμνοφορος,* kambr, *rupes prominula, ab ἄμβη, verisimiliter orta ſunt.*

Görn, *f. Dativ. pl.* Görnum. *Nom. pl.* Garnar *et* Garnir; Æg L. 6. *Lat. Chorda. conferri tamen potest.* Gr. γῦρος. *Lat. gyrus, ob circularem intestinorum positum. Alia ratione duci potest à* Gor, *n. excrementum alvi.*

Góinn, *m. nomen serpentis.* Grim. XXXIV. 5. *Junius derivavit à* Gr. κοίνος, *impurus.* Gr. κόαξ. *est* rana; *Lat.* boa, *est nomen variorum serpentum.*

Gól, *baubatus est, de cane,* Veg. VII. 8. *præteritum ab* at gala, *quod vide supra.*

Gólf, *n. solum, pavimentum,* Vaf. XI. 2. i gegnum stód (steig) Gólf nidr á Sal, *de nitente Thoro.* Hym. XXXIV. 3. 4. *quasi ambulacrum ab* at gá.

Gotnar, *m. pl Equites, aut viatores, poëtice viri.* Grim. II. 8. var m.

Gotna-land, *n. pr. terrae* Grim. II. 8. *forte sit* Gotlandia (*hodie* Gulland) *Sueciae Insula prope Finniam, conf. Snorrium, et Ottarem poëtam, in* Olafs helga Saga. Cap. VI. pag. 6. *Alias per* Gotna-land *intelligi possit Veterum Gothorum* (*Gothonum s. Getarum*) *regio apud Danubium.*

Grá-bakr, *m. Serpentis vocabulum, quasi griseo l. cinereo tergo praeditus.* Grim. XXXIV. 7. *à* Grárr, *f.* grá, *de cujus origine non liquet; Schytae, auctore Plinio*

Plinio in Nat. Hiſt. Lib. VI. cap. 17. *Caucaſum montem, Graucaſum, hoc eſt, nive candidum appellavere, quod Junio obſervatu dignum viſum eſt, ſub voce* Grai, gray, *caeſius, glaucus, leucophæus, in Etymolog. Angl.* Bakr, *in Compoſ. tergo praeditus qualicunque.*

Graf-vitnir, *m. Fodiendi gnarus, n. pr. Serpentis, patris* Goïni *et* Moïni. Grim. XXXIV. 5. 6. *ab* at grafa *fodere, et* Vitnir, *Sapiens, callens, ſagax.*

Graf-völlvþr, *m. Serpentis vocabulum.* Grim. XXXIV. 7. *quaſi* Vall-gröfvþr, *ſolum fodiens; per ſpeciem Hypallages: aut foveae potens,* v: *ibi habitans: aut fodiendo pollens; utroque poſteriore ſignificatu* Völlvþr *foret ab* at Vallda.

Gramr, *adj in fem.* gravm, *iratus, aſper, ſaevus, crudelis, ſeverus, auſterus.* Kona gravm at veri. Æg. LV. 3. n.° 66. þik hafi allan gramir! Harb. LVIII. 2. n. 43. Gloſſ Synt *in* Gramr *rex, quem ita dictum, credibile eſt, ab animi ſaevitia bellica, olim in laude habita.* Hynd. XXIII. 9. var. x.

at Granda *einum, noxam adferre cui, laedere; violare quem* Veg. IV. 4. *à* Grand. Hraſn. III. 4. *quod forte diminutionem primario notet, ab* grannr *tenuis, minutus,* Germ. ran.

Grani, *barbatus, in compoſito* Síþ-grani, *quod nomen eſt* Odini. Alv. VI. 3. n. 15. *à* Grön *f. barba brevior, quae forte ab* at Gróa, *germinare.* Granar (granir) *in pl. ſunt labia boum.* Grani *olim fuit nomen virile proprium, quomodo* Skeggi *olim et hodie.*

Gras, *n. gramen, herba, in complexa voce,* há graſ. Grim. XVII. 2. *Ulph.* gras. *ASax.* græs, gærs. *Alam.* gras, cras, graſt. *Belg.* gras, gars, gers. *Angl.* graſſ. *Dan.* græſſ. Gr. χόρτος, *et* κράσις, γράσις, *quod poſterius Euſthatio, apud Junium, eſt à* Gr. γράω *comedo.*

Grátr, *m fletus, ploratus.* Grát at gamni ſkaltv — hafa: Skirn. XXX. 8. 9. *hinc Verb. activ* at græta *einn, unde:* Mey han ne grætir Ne manns konv, *de* Freyero. Æg. XXXVII. 4. 5. n. 43. *unde particip. paſſiv.* grættr. Sol. XXVI. 4. *et nomen verbale agentis,* grætir, *in Accuſ* græti, *in Thori titulo,* gýiar grætir. Hym. XIV. 3. at gráta *et* grátr, *forte ab* Gr. κράζω. *Angl. Bor.* Griet *et* Greet, *Angl. Vet.* greede, *eſt flere, clamare. Vid* Gloſſ. Synt.

Gráþ, *f. genitivo* Gráþar, *Amnis n. pr.* Grim. XXVII. 11. *quaſi Vorax, à* Gráþr, *m. voracitas, quod à* Gr. γράω *comedo: aut clamoſa, à* Gr. γῆρυς *clamor, unde et* Gráþ, *n. Venti nomen, probabiliter duxerim. Interea* Gerrhos *eſt Fluvius Sarmatiae apud Melam Geographum.*

ek Gref, *praet.* gróf, *Infin.* at grafa, *fodio.* Þær — úr dali dúpum grvnd vm grófv. Harb. XVII. 5. 7. 8. n. 15.

Ebr. chaphar, fodit, effodit, per metatheſin.

Greip, *f. in pr. mulieris, unius e matribus* Heimdalli. Hynd. XXXIV. 2. Greipr, *m. hodiedum eſt n. pr. viri, licet uſu rarum, revera eſt nomen adj. et ſonat, ut opinor, rapax, petulans, vehemens, ab* at grípa; Greypr, *ſcribitur in* Egilsſaga pag. 369. *niſi hoc ſit aliud nomen et alius originis. Diverſam interpretationem* τῆ Greipr *pete in* Gloſſ. Landn. b. *Alludunt* Gr. κραιπὸς *celer*, γρὺψ γυπὸς, *gryphus avis*, γυπὸς *incurvus, inflexus.*

ek Grem, *Infinitivo* at gremia, *irrito, iratum reddo, exacerbo;* Grem þú eigi goþ at þer. Æg. XII. 6. *à* Gramr.

Gremi, *f. ira, indignatio.* Fá ſer *einn* at gremi. Æg. XXI. 3. *à* Gramr.

at Grenia, *rudere, rugire, mugire, altum et inconditum ſonum edere, de amne dicitur.* Sol. XLII. 4. 5. *ASax.* grennian, grunnire, *frendere, mugire. Ab ſono ficta videri poſſunt.*

Greppr, *m. vir poëtice.* Sol. I. 3. n. 1. *proprie eſt poëta, auctore* Edda. Hrafn. XVI. 7. *quaſi* Kreppr, *quod orationem vinculis metricis adſtringat: poſſit tamen, loco* Sol. *eſſe, Vexator, oppreſſor, ab* at Kreppa, *curvare, coarctare; aut Latro, raptor, ab* Gr. κρύπτω, κρυπτὸς, *vel ab noſtro* at grípa. *Quatenus poëtam notat, ab eodem* κρύπτω *haud abſurde duceretur, ob priſcae poëſeos obſcuritatem. Denique* Greppr *poëta dictus eſſe poſſit quaſi* Gerþr, *ab* at gera, *quo abſolute, pro carmen componere, uſus eſt magnus poëta* Einarr Lancicrepus (Skálaglam) *in* Egils-Saga; *et ſimili modo.* at yrkia, *opus facere, pro Carmen facere, vel in proſa oratione tralatitium eſt. Cum meis tentaminibus ſuper ratione vocis* Greppr, *poëta, conf.* Gloſſ. Gunnl. S.

Grey, *n. Dativ. pl.* Greyivm, *canis.* Þrym. V. 3. Skirn. XI. 6. Grey-hvndr, *canis foeta, in* Olafs S. Tr. *f.* Jómsvíkinga þætti. *Angl.* Greyhound, Graihound, *ASax.* Grighund, *canis venaticus, vertagus; An ergo* Grey *proprie eſt talis canis, ducto vocabulo à* Gr. ἄγρα, *venatio,* ἀγρευω *venor? An potius canis à voracitate ſua ita dicatur, petita origine à* Gr. γράω *comedo, ſicut* Garmr *ſupra ab aviditate nomen meruit, et ſicut in* Helga-Qviþa Hvndingsb. *priore Beſtiae carnivorae dicuntur* Viþris-grey, *canes* Odini? *Belg.* Graeg, *vorax, cum hac notione convenit. An denique etymon quaerendum in* Gr. γρηγορέω *vigilo? juxta hoc Lucretii,* Lib. V. 867.

At leviſomna canum fido cum pectore corda.

Grid, Grida-ſtadr, *vide* Griþ, Griþaſtaþr. Grida at beida. Veg. IV. 3

Grímarr, Grímir, Grimnir (*in Dativo et Accuſativo* Grimni), Grímr, Odini *nomina*

mina adſcititia. Grim. XLVI. 6. var. u. Hrafn. XVI. 7. var. z. Form. Grim. pag. 38. 39. Grim. XLVII. 1. XLV. 1. *notant perſonatum, aut galeatum, à* Gríma. *f. perſona, tegmen faciei, item* galea *in* Edda. *Ipſa autem* Gríma *ſine controverſia orta eſt à* Gr. κρύπτω, *aut ſaltem ab hnjus derivatis,* κρύφιος, κρυφὸς, *occultus, celatus,* κρύφος *occultatio, tenebrae, qua occaſione quoque in mentem venit* Gríma, *vocabulum noctis poëticum.* Alv. XXX 3. n. 65. *Adde et* Gr. κρυφᾶ, κρυφῆ, *latenter, occulte.*

Grimmr, *vdj. trux, torvus, atrox, ferox, ſaevus, iracundia furens.* Fólkvm grimmr (*genit vo* grims) *dicitur* Sigurdus Faſnis-bani. Hynd. XXIII. 9 *à* Gramr *iratus,* gremi *ira. Conferre tamen licet Lat. rabo, rabio, furo et rabies, de quorum origine parum extricant Etymologi. Dan.* Grumm, *et* Grimm, *quod poſterius in uſu notat, facie torvum l. foedum Angl.* Grimm. *ASax.* Grimma *Belg. Alam.* Grim, crim. *Germ.* Grimm, *ſaevitia, Nobis* Grimd *f.*

Grimmligr, *adj.* grimmliga, *adv.* Sol. LVII. 3. XIV. 3. *à praeced.*

Grind, *f. crates, clathrum; foris clathrata, cancellata, l. cratitia, aut etiam tale ſeptum; Foris ſ. clauſtrum oſtii ſimpliciter.* Grim. XXII. 4. *t.* 3. Fiol. X. 4. *conf.* XI. 6. *hinc* Valgrind. Grim. *loc. cit. ad quem* G. Pauli *ſic commentatur: "Clathratam hanc ſ. cancellatam januam* Valhallae *fores clauſiſſe, vel ei circumjectum ſepimentum ita dictum fuiſſe, tam prior vocis pars, quam* Helgrindarum (Edd. Fab. 44) *ſimilitudo ſuadet.„ Pluralis* Grindvr, *in Compoſito,* Ná-grindvr. Skirn. XXXV. 3. Æg LXIV. 4. *Ihreus vocem ducit à Verbo,* at greina, *ob interſtitia coſtarum. Ego conferri volo* Gr. κρατέω *teneo,* κρατύνω *confirmo, munio, item Lat. Crates.*

Gríót, *n. ſing. Lapides, ſaxa.* Grióti þeir mik bavrþo. Harb. XXVIII. 5 Gríót — at gleri orþit. Hynd. IX. 7. 8. *conf.* 5. 6. *Suec.* Gryt. *Gall.* Gres, *Lapis ad pavimenta aptatus. Lat. Rudus, Raudus, ſaxum, teſte Feſto: et Livius* Libr. XXVI. cap. 11. *dicit Milites Hannibalis rudera (h. e. lapides) in locum deſtructi templi conjeciſſe. Ex Ihreo. Scot.* Grete, *arena, ſabulum, glarea. Angl.* Gritt *Arena, ſcobs, pollis.* Gritty *Arenoſus. Teut.* gruys [*Dan.* grús] *eſt Rudus, fragmenta lapidea. Alam.* Greiz *eſt glarea. ASax.* grytta, greot, *Terra, pulvis terrae; Caedmon:* þu ſcealt greot eran, þine, lif-dagas *i. e. Pulverem comedes cunctis diebus vitae tuae Gall* Groute *eſt terra arenoſa. Ex* Edw. Lye *ad Junium.*

at Grípa, 1*a Ind. praeſ.* ek Gríp, 1*a praet.* ek Greip, *rapere, prehendere.* þitt ged grípi þik Skirn. XXXI. 4. 5. Hlórr-

5. Hlórriþi greip á stafni. Hym. XXVII. 1. 2. Gloss. Synt.

Griþ, *n. pl gratia, venia, pax, securitas, salus.* Griþ han þeim seldi. Sol. XXI. 1. Griþastaþr, Asylum. Form. Æg. pag. 149. Grith *et* Grete *Chaucero est Pax, ASax.* Griþ, *Franc.* Griz, *Fris.* Greet, Griet, Grith. *Gall.* Gre, *gratia, bene placitum, voluntas. Omnia mihi ab Lat. Gratia. Junius tamen suspicatur ASax* Griþ *variatum esse ex antiquiore* Friþ, *quod ego in medium relinquo. A* Griþ, *per Metathesin, est Scot* Girth *Asylum, ut recte observat* Edw. Lye *ad Junium. Conf.* Setv-grid *in meo* Niálae Glossario.

Gróandi, *gen. incert. Telluris vocabulum* Alv. X. 5. n. 26. *revera est participium Activ. Verbi* at Gróa, 1a *Ind. Praes.* ek Græ, *Germinare, virescere, crescere, ASax.* Growan, *Dan.* at Groe. *Angl.* Grow *crescere. Junius censet originem petitam esse ex* Gr. κρόα *color, — propter laetissimam virentium germinantiumque herbarum hilaritatem —. Arbitratur autem Germinandi notionem esse primariam, atque inde translatam Adolescendi crescendique significationem, propterea quod germinatio certissimum crescendi sit indicium.*

mik Grvnar, *Verb. Impersonale, opinio aut suspicio mihi est.* Hrafn. III. 3. Gloss. Synt. *in* Grvna.

Grvnd, *f. proprie planities; translate humus, solum.* þær — or dai diúpvm Grvnd vm grófv. Harb. XVII. 5. 7. 8. *item Regio, fines.* Vaf. XVI. 3. Grvnd, *Semiplena feminae adpellatio, quales in priscis poëmatibus raro sunt obviae.* Hrafn. XVI. 8. Jórmvn-grvnd *vide sibi. Angl.* Ground, *fundus, solum, ASax.* grund. *Alam.* Grunt. *Belg.* Grond, aerd-grond, (*quasi* jard grvnd G. M), *fortasse ita dictum à Virore, quasi* Growend (Groandi, *modo allatum; conf. et* Igrön *infra, et* Grvnd gróin grænvm lauki, *Terra florens viridi planta, in* Völv spá. G M) *Unde et Cædmoni* Ælgrene (*quasi* Al-græn G. M.) *passim est epitheton Terrae. Casaubonus* Groúnd *refert vel ad* ἀγρὸς, ager, *fundus vel ad* χῶρα, *locus, regio Ex Junio.* Grvnd, *quasi* grænd, *campus viridis, virens planities, et quidem solum firmum fixumque, non palustre.* Grænn, gróinn, grión, *cognata videntur, item* Greni *ligni species, et* Gren *specus vulpis.* G. Pauli. *Ego originem Vocis adhuc inter dubia repono, motus imprimis vocabulo composito* Grvnd-völlr, *Fundamentum, cujus rationem non satis percipio.*

Gvd, *gen. neutr. Deus,* skínanda gvdi, *in Dativo, de* Sole. Grim. XXXVIII 3. *conf.* var. a, *et* Snorr. *in* Oláfs helga Saga Cap. CXIX.

Gvll,

gvll, *n. aurum, genitivo* Gvllz. Skirn. XXII. 4. Salr gvlli ſtuddr. Grim. XV. 2. Flet — flóþ í gvlli. Veg. XI. 8. Gvlli keypta leztv Gymis dóttvr. Æg. XLII. 1 2. n. 48. Allr hann (haninn) viþ gvlli (gvll) glóir Fiöl. XIV. 2. 4. *ita in* Olafs-Saga Tryggu. þætti Helga Þórisſonar: allr reidíngr heſtanna þá glódi vid gvll, *i. e. omnis apparatus equorum ab auro fulgebat.* Griþ han þeim ſeldi —, Enn þeir hetv hoñvm gvlli í gegn. Sol. XXI. r. 3. ἀ γέλα *ſplendor*, γελέω *ſplendeo. Conf.* Gloſſ. Diatrib. *ASax.* Gold, *Junius refert ad Cambro-Britann.* Coleu, *lux, lumen, luminare* (*Unde in tranſitu obſervo commode derivari poſſe Noſtrum* Kola *lucerna, et* Kolv-liós *in* Egils-Saga, pag. 215. var r. G M) *Prorſus, inquit Junius, ut complures viri docti Lat. Aurum, Ital. et Hiſp.* oro, *Gall.* or, *Cambro-Britann.* aur, *jam olim deduxerunt ab Hebræo* Ur, *Lux, lumen; quod aurum acri ſuo ſplendore mortalium oculos feriat, atque ad ſe attrahat. Hactenus Junius. Huc adludit ſatis commode,* Lýſi-gvll, *Aurum luminare vel Luminis uſum praebens*, Form. Æg. pag. 149. *Quam fabulam f. traditionem non ignotam fuiſſe Raudulfo* (*Rudolpho*) *philoſopho Sveco, qui ſeculo XImo vixit, patet ex his ejus Verbis in* Raudúlfs-þætti, Oláfs helga Saga Thomás-ſkinnae, Cap. CLXVII: þer þótti havfvdit (ródvnnar) af raudv gvlli giört, ok þar lyſti af ſem fordvm af liósa-gvlli, *i. e. Tibi videbatur caput* (*Statuae l. Simulachri, conf.* Gloſſ. Niálae *in* Róda *l* Ródv-Krofs) *ex rutilo auro factum, atque inde effulſit* (*effundebatur*) *lux, quemadmodum olim ab luminari auro* (*auro luminis vicem fungente*).

Gvll-biartr, *in fem.* gvll-biört, *et in flectione definita ſ cum articulo*, hin Gvll-biarta, *de* Val-halla, Grim. VIII. 2. 3. Gvll-biört Kona. Harb. XXIX. 5. Biartr *lucidus, clarus, ſerenus, ſplendidus, ASax.* Beorht. *Alam.* berht, bert, pert, bereht, bret. *Ulph.* bairhts. *Angl* Bright, *ſplendidus, fulgidus, illuſtris, Cymr.* berth. Gr. φιαρὸς *l.* φαιρὸς, *item* φαιδρὸς, *Heſychii* βρίθασα *pro* λάμπασα, *Alam* brechen *nitere, fulgere, Ebr.* bar, *mundus, purus,* barur, *purum, clarum, nitidum, Lat. purus, iterum Ebr.* barak *fulgur, coruſcatio, fulgor. Cum ſuo loco neglexerim vocem* Biartr, *unde* Beört *n. pr. mulieris.* Fiöl. XXXIX *occurrit; et* Kyndlar brendir biartliga. Sol. LXIX. 4. 6. *haec favente occaſione huc inſinuare viſum fuit. Adde* Gloſſ. Diatrib. *in* Biartr, *nam in* Gloſſ. Synt. *ſub hac Voce mendum non mediocre irrepſit.* Gull-biört, *in loco* Grim. *ſupra citato, non minus apte et ſignificanter redderetur: auro coruſca l. nitida, ita enim re vera fuiſſe* Valhallam *credibile eſt; conf.* Grim. XV. 2.

Gvll-

Gvll-hvitr, Gvllhvít Kona. Harb. XXIX. 5. var. m.

Gvll-hyrndr, *adj. auratis cornubus praeditus; in fem. pl.* Gvll-hyrndar Kýr. Þrym. XXIII. 2. n. 30. 31*. *male excuſum eſt diviſim*, Gvll hyrndar, *ſi vel ipſa Mbr. ita haberet.* Hyrndr *cornutus, participium ſine verbi origine ab* horn *cornu.*

Gvllinn, *adj. aureus, auratus;* Gvllnvm Kervm, *Dativ. pl.* Grim. VII. 6. Garþar glóa — of gvllna ſali. Fiöl. V. 4. 5. *hinc Compoſitum* Al-gvllinn, *unde* Al-gvllin Kona. Hym. VIII. 2. *ubi forte hoc Epithetum magis ad formam puellae (conf.* XXX. 1. 2) *quam cultum ſpectat; quomodo et Venus aurea, alicubi dixit Virgilius.* Epli al-gvllin (all-gvllin). Skirn. XIX 2. *conf.* not. 48. *ad Æg.* Gvllinn, *vel eſt particip. paſſiv. à Verbo* ek Gylli, *vel potius ſine Verbi origine à* Gvll.

Gvllin-bvrſti, *m. nomen Verris.* Hynd. VI. 6. n. 15. *Germ.* Borſte *ſeta, unde Dan.* Börſte *Noſtr.* bvſti, *ſcopula, verriculum (veſtium) Germ.* Kehr-börſte. *Alias* Bvſt *f. Nobis eſt apex faſtigium, unde* Hús-bvſt *ſummum aedis frontiſpicium. De origine τῶν* Borſte *et* Bvſt *ulterius quaerendum.*

Gvll-toppr, *m. nom. propr. unius ex equis Aſorum.* Grim. XXX. 5. *quaſi Aurea juba. l. aureis capronis praeditus.* Toppr *apex, conus, criſta, Cymr.* Topp, *ASax. Angl. Dan. Suec. Belg.* Top, *incertae originis, etſi omnium rerum faſtigio nomen hoc κατ' ἐξοχὴν inditum putet Harmarus apud Juninm.*

Gvmi, *pl.* Gvmar, *m.* Æg. XLVI. 3. LVI. 6. *ubi junguntur* Goþ avll ok gvmar. Gvma, Hrafn. III. 3. *ubi* Gvma *vel accuſativus eſt pl. num. deos hominum vocabulo appellans (quemadmodum.* Skirn. VII. 5. *G. M.), idque ſatis apte, quaſi Servatores, obſervatores, curatores*, geymandi, gaúm at gëfandi; *Vel* þá grvnar. gvma grand, *hominum metuunt damnum, malum, l. noxam. Priorem tamen ſenſum hic praeferendum exiſtimo.* G. Pauli. *conf.* Gloſſ Synt. Gvmar, *heroes, principes.* Hynd. VIII. 5. *conf.* 3. Hynd XXVI. 9 *ubi* Gvma *in Num ſing. habet* var. h *de Odino accipiendum.* Edda i Manna heitvm: Gvmar heita fólk-ſtiórar, *i. e.* Gvmar *vocantur populi gubernatores, aut Duces exercitus, vide* Fólk *ſupra Ab hac propria acceptione vocem transtulerunt Poëtae ad generalem illam, qua homines cujusvis conditionis deſignat, quemadmodum fecerunt in* Fírar, havldar, konir, liónar. *Conv. Alam.* Gomo, *ASax.* Guma. *Angl. vet.* Gom, Gome, *homo, vir; nec forte aliorſum pertineant Suec.* Gubbe *vir et* Gumma femina. *Lapp.* Guoime *eſt Socius. Belg.* Gome, Gomme, *eſt paterfamilias, et oeconomiae*

miae praefectus; ſic hús-gvmi *herus in* Rigsþvla.

Gvmnar, *m. pl. Viri, homines poëtice.* Grim. XXVIII. 11. Hynd. VIII. var. p. Gvmna ſynir, *pro* Gvmnar *ſimpliciter.* Skirn. XXVI. 5. *ut* Áſa ſynir, Alda ſynir, *et ſimilia, conf* Son ſynir. Otfrido Gomman *eſt Vir. Ulph.* Gumeins *eſt maſculus. Gall.* Humains *poëtice dicuntur homines.*

Gvnn-fáni, *m. Vexillum militare,* Harb. XXXVIII. 4. *vid.* Fáni *ſupra, item* at Gera *et* Gnæfa, G. Pauli. *videtur* Gvnnfána *pro Clypeo, vexilli uſum praebente, accipere, nam, praeter ſuperius adlata locis citatis, haec habet:* "Gvnnfána. Fáni, *forte* Máni, *ut ante dictum: vel etiam à Verbo* at fá, *polire, pingere ſ. picturare, quemadmodum dicitur* [*ſubaud. Clypeus, nam quae hic adfert Clypei ſunt vocabula.* G. M.] Vedr-gladr (*ut* gladt ſól-ſkin *etc.*) Víg-gladr, giallr, bavd-liós, ſkips-ſól; *et* Galea *dicitur* Gvll-háinn. — Ólvbann, — banni *l.* bannr, *circumſcribi potęrat Clypeus belli nuncius: Fune erat ad ejiciendum (ſlavngva) opus l. c. et in terra retinaculo ad perticam erectam.* (NB. *Ejiciendum* (Slavngva) *dixit Interpres, ſed, quid ejiciendum fuerit, non dixit; clypeum tamen ſine dubio voluit intelligi, et per illud* Slavngva, *uti et ſequ. l. c.* (*quod etiam obſcure poſuit, neſcias enim quem l. c. vel locum citatum deſignet*) *reſpexit fortaſſe ad haec Verba* Simſiörlii *in* Helga-Quiþa: — Slavng vpp viþ rá raúþvm ſkilldi, *i. e. Subjecit ad antennam (ſuſpendit ex antenna l. pertica) rubrum clypeum, bellum ſc. denunciantem.* Ólv-bann *vide ſibi infra, et* Harb. XXXIX 3. var. n. G. M.] *Adoptavit, ni fallor, Latinitas barbara, vocabulum* Gunnfanones, *l. quod idem,* Guntfannones, *de quo Libris deſtituto ſilentium convenit.* Helga *qv. altera:* Lætr gvnn-fána gollin-fyrir ſtafni. *conf.* Hác. mál *ap.* Snorr. Fani, *per a lene ſ. obtuſum, a* fön *f. g.* [lanugo *l.* pinna] *duci poteſt, quod vocem ipſam concernit, ſed qua ratione, non liquet.* „ Gonfanon *Chaucero eſt Vexillum, Gall.* Gonfanon, *Ital.* Guntfano, *Dano-Sax.* Guþfana. *Edw. Lye.* Gvnnvr, Gvþvr, *n. pr.* Erinnyos *ſive Nymphae bellicae, poëtice bellum ipſum ſ. praelium; in compoſitis effertur* Gvnn, *quod ſolitarium non invenitur. conf.* Gr. χονέω *feſtino, item* χονὴ *caedes, ſicut* Morþ *et* Víg *etiam interdum ipſam pugnam notant apud Poëtas per Metonymiam Adjuncti. Conſule et* Gloſſ. Nialae, *et add.* Gr. κηδος, *moleſtia, damnum, Alam.* Gvnd *eſt bellum.*

Gvnn-tamiþr, *Bello adſuetus, Odini Epitheton.* Grim. XIX. 2. tamiþr, *pro* taminn, *particip. paſſ. Verbi* ek tem *domo, adſvefacio; vel* tamiþr *activo ſenſu, pro* temiandi *l.* temivþr, *adſveſcens; exercens*

exercens; aut coërcens, compeſcens, reprimens, illatum ſibi bellum ſcilicet.

Gvnn-Þorin, *f. Amnis n. pr.* Grim. XXVII. 11. *quaſi, ad bellum audax.*

Gvnn-Þrá, *f. Amnis n. pr.* Grim. XXVII. 3. *quaſi bellum, i. laborem et moleſtiam augens;* ek Þróa *augeo* ἀ τρέφω *nutrio:* Þrórr, *Odini nom. quaſi Auguſtus. Aut* Þró, *pro* Þrá, *ab adject.* Þrárr, *tontumax, obſtinatus.* [Gvnn-Þró *habet uterque meus Codex,* Eddae *ſcil.* Sæmundi *et* Snorronis: *Reſenii, ſi recte memini,* Gvnndra, d *pro* Þ *minus commode poſito.* Þrá *notat dolorem, tergi verſationem, adverſitatem, forte et deſiderium* [*Vid.* Fiöl LI. 1. G. M.], *ex* v. ad Þrá, Þreýia, *deſiderare, et adjectivum* Þrár *pertinacem et refractarium notat.* Þró *foſſam ſive cavitatem notat,* [ἀ Gr. τερέω, τορέω, τορεύω, *terebro, perforo.* G. M.] *qualem etiam in fundo amnes habere poſſunt, et vere habent, ut utravis dictio hic aeque locum habere poſſit, et altera iſtarum vocalium pro altera poni, ut paſſim alias, relatione ad* Gunnam *deam bellicam, incerta manente.*

Gvþ, *m. Deus Opt. Max.* gavfgr, máttkr, ſannr, virkr, vitkr. Sol. XLI. 3. X. 5. XXIV. 2. XLVIII 2. *et* var. o.

Gvþ-mæli, *n. ſing. Dictum, effatum, oraculum divinum.* Sol. XLVII. 5. mæli *n. in Compoſitis, Verbum, abſolute autem vox, loquendi facultas.*

Gydia, *f. Dea, item femina ſacerdos, ſacrorum antiſtita.* Hynd. XII. 4. [illegible] Gvd.

Gygvr, *f. femina gigas, oreas,* genitivo gýgiar *et* gýiar. Gyiar grætir, *Thori appellatio.* Hym. XIV. 3. Gýgiar ſól. Sól. LI. 4. n. 72. *ubi Lunam intelligendam eſſe, acute obſervavit amicus meus ſuaviſſimus, homo eleganter doctus, Geirus Vidalinus; conf.* Hrafn. *Verſ. penult. Str.* 5. *ſeqq. Diceret ergo Auctor noctu ſe elatum fuiſſe, quod tamen, ut opinor, priſcae LL. Eccleſiaſticae noſtrates non permittebant. Dativum facit* Gygi Form. Grim. pag. 37. *non enim* Gýgvr *l.* Gýg, *ut quidam recentiorum vitioſe uſurparunt. Nominativus pl.* Gýgivr, Hrafn. XXV. 6. *obvius eſt. Ab Lat. Gigas,* Gr. γίγας, *quam vocem ortam volunt ἀ γῆ terra et γάω genero, naſcor, ſicut Gigantes ex terra orti traduntur; Homerus in Batrachomyomachia, apud Becmannum Origg. Lat. pag.* 508:

γηγενέων ἀνδρῶν μιμήμενοι ἔργα γιγάντων.

Orpheus apud Eundem:

Οὓς καλέεσι γιγαντας ἐπωνυμον ἐν μακάρεσσιν

Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος ὠρανίοιο.

Ovid.

Ovid. Faſt. V.

Terra feros partus immania monſtra, gigantes.

Edidit, auſuros in Jovis ire domum. Sic et Titanes, τιτῆνες, recte dicuntur ab Hebr. tit, terra, lutum. Haec ex laudato Beemanno. Add. Gr. γύα *arvum, foſſa, et cum hac poſteriore ſignificatione conf. phraſin* at giöra gýg í eld, *i. e. cavum facere in candentis cineris acervo ſ. favilla, quo facilius ſuccendatur ignis, ad* γύα, *et* Gýgvr, *hoc ſenſu, pertinet* Giá *chaſma.* Gygvr, *et* Gífvr *mulier gigas, fortaſſe adſinia ſint.* Gyas *n. pr. gigantis eſt apud Horatium.*

* Gyl, *f. genitivo* Gylvar, *idem quod* Gaúl, *amnis infernalis n. pr.* Sol XLII. 4. var. m. at gaúla *eſt, horrendum triſte et inconditum vociferari, et* Gaúl *n. talis clamor, ab* ek gel, *l.* gell, *ſignificatione aliquid variata.*

Gýla, *f. pro* Gola, *flatus, flabrum, vel pro* Gióla, *quod Venti eſt vocabulum apud poëtas* Rýgiar gýla. Hrafn. XIV. 6. var. n. *conf.* Glýgia *ſupra. ab* ek gel, *l.* gell, *ita ut* þiótr, *venti vocabulum, ab* at þióta *reſonare, fremere. Ad* Gýll, *parelius, ſolis prodromus, allatum a Gunnare ſub* var. n. *modo citata, addo ex Ejusdem annotatis ad* Grim. XXXIX. "Gýll, *venti nuncius.* gola *ventulus, interdum etiam non ita levis;* Gúll *bucca* [*proprie inflata, item tumor.* G. M.] *indidem, alteri* (gýll) *ſimile vocabulum. Haec Ille.* Gýll *tamen, mihi quidem potius eſt a* Gvll, *ob ſplendorem ſuum;* Gúll, *m. autem cognatus,* Gr. κήλη *tumor in ſpecie ſcroti, et* κοῖλος *cavus.*

Gýla, *f. pro* gæla *cantio,* Hrafn. XIV. 6. var. n. *quod haec vox non fit ficta, colligi poteſt ex plurali in compoſita voce* Spán-gýlvr, *qua ſignificatur lamentabilis canum baubatio, ſive funeſtus ululatus, creditus a quibusdam mortem portendere uni vel alteri ex vicinia, ubi auditur; dictae autem ſunt* Spán-gylvr *a* Spán, *vaticinium, quaſi Vaticinae cantiones vel baubationes, et* gyla *formata a* Gól, *n. quod originarie, ab* at gala, *eſt cantus, uſurpative autem reſtringitur ad cantum rudem et inficetum, item caninum ululatum. Scio, qui* Spángýlvr *ſcribant et efferant, quaſi poſterior pars vocis foret ab* at ýla *ejulare; a quibus ſi quaeratur, quid* Spáng *ſonet in hac eorum diſtinctione, haereant ut opinor.*

Gyllir, *m. n. pr. unius ex Aſorum equis ſellariis.* Grim. XXX. *quaſi Aureolus, a* Gvll.

Gýmir, *m. n. pr. gigantis,* Gerdae *patris.* Skirn. VI. 1. Hynd. XXVIII. 4. 5. *item alterum nomen Ægeri Aſorum hoſpitis.* Form. Æg. pag. 148. *quaſi* Geymir *cuſtos, conſervator, quomodo et ſcribitur* Hynd. *loco cit.* var. q. *Aut Vaſtus, ingens in extenſione; vide, quae attuli*

attuli ſub Gavmvl *ſupra;* Gýmir, *vocabulum oceani.* Gýma, *f. telluris vocabulum.*

Omiſſa in litera G.

Gaútr, *abſolute, unum ex Odini nominibus inter Deos* Grim. LIII. 6. *vide ſupra.*

Geir-vanr, *adj* Hynd. XXXIX. 6. var. c.

Getall, *adj. in compoſito nomine Odini,* Sanngetall. Grim. XLVI. 2. *in conjectando ſagax l. ſolers; ab* ek get *ſupra.*

Geymir, *m. nom. pr. patris* Gerdae. Hynd. XLVIII. 4. var. q. *vide* Gýmir.

Giaforþ, *n. matrimonium.* at geta giaforþ. Alv. VII. 3. *vide* Giavfir *ſupra.* Orþ *hic eſt nuda terminatio vocis, ut in* Eginorþ, *pro* Eign *poſſeſſio, in* Egilsſaga, *conf.* Leitord, Letord, *in* Húngrvakae *Indice.* Giaford *hic poteſt pro ipſa femina nuptum data accipi, quomodo et matrimonium apud Latinos, et* Koſtr *in monumentis priſcis noſtratium.*

Giallar-horn, *l.* Horn giallar, *tuba, buccina.* Hrafn. XVI. 3. 4. *vide* Gavll, giöll *Supra, ab* at giella.

Gifvr, *monſtra gigantea.* Fiöl. XIV. 3. *ubi vocabulum cepi pro fem. plur. conf.* Gifr *ſupra item* Rekar *infra.*

Gin-heilagr, *adj.* ginheilög god. Æg. II. 3. *ubi videntur diſtingui ab* Aſis *et* Aſyniis. *Vide* Ginnregin *ſupra.* Ginregin *etiam occurrit* Alv. XXX. 3. *ubi quoque tanquam a diis diverſa ponuntur* Ginregin; *vide* Me *ad* Alv. IX. 4. n. 18. membr. I. pag. 259.

Giuki, *m. n. pr. viri* Hynd. XXV. 2. *Forte idem quod* gaukr *cuculus, quod etiam n. pr. viri eſt in* Niála *et* Landn. b.

Glap-ſviþr *aut* Glaps-vidr *unum ex Odini nominibus* Grim. XLVI. 7. *Forte ſonat, viſu captus, Odinus erat captus altero oculo; Forte etiam, maleficus. Vide* at glepia *ſupra.* At Glapna, *corrumpi, vitiari, deficere, de viſu et auditu adhibet* Egilsſaga.

Glaumr, *m. equi vocabulum, in compoſita voce* Valglaumr, Grim. XXI. 6. membr. 8 *quaſi ſtreperus.* * Glauma, *f. in compoſito vocabulo amnis* Valglauma. *Ibid.* var. p. Val-glaum *hoc loco habet Cod. Svec. qvæ lectio e pluribus malis minime mala eſt; et proxime ad genium linguae accedit, ſive* Glaum *in gen. maſc. pro equo, ſivé in gen. fem. pro amne; velimus accipere.*

Glevr, *equi nomen, ſupra, quo adde:* "*Qui equus hic* Gler *dicitur,* ɔ: Glær, *l.* Gliár, *Splendens, lucidus, politus, in* Edda Snorr. *ſcribitur* Glenr, *quod et Solis mariti (in meo Cod.) nomen, etiam a Splendore ductum.* Gladr *a. quod hilarem ſignificat, et interdum cum his idem, ab alacritate tn. ita dictus, quemadmodum*

admodum vulgo dicitur, at rida gladr, *alacriter l. celeriter equitare:* Drecka gladr, *inpigre potare.* At Sigla gladan byr *etc.* G. Pauli.

at Greida, *promere, præbere, — einum* mál Hrafn. XII. 2. 3. *vel ab* at reida, *pendere, expendere, vel ab* greidr, *promtus, facilis, expeditus.* Gr. ῥάδιος, ῥηϊδιος. At reida, *pro* vega *pendere, eſt ab* at rída *ſublimem ferri, de quo vide* Me *in* Gloſſ. Niálae.

H.

Há, *pro* háv, *l.* háfv, *Dativ. neutr. ab* hárr *altus, procerus, in* há graſi. Grim. XVII. 2. Há, *pro* hátt *in complexa dictione* Há-fiall ſkarar. Hym. XXIII. 6.

Há-brók, *f. n. pr. falconis primarii.* Grim. XLIII. 8. G. Pauli *exponit per Altipes. vide* Brækvr *ſupra. Ebr.* Berech *eſt* Genu, *unde forſan* Brók *aliquando notaverit Femur.*

† Hæfing, *f. elevatio, eminentia, cacumen, ſummitas,* Grim. XXXIII. 2. Hæfingi, *in pl.* hæſingiar, Hæſingr, *in pl.* hæfingar, *m. ſublimis, in ſublimi poſitus, de Cervis* Yggdraſilli *incolis, accipi poteſt.* Grim. *Ibid.* var. b. *Ab* ek hef *extollo.* Hæfning, *pro* Hefning, *ultio, Ibid.* var. b. *conf.* Á *nomen.* J. Erici *vir perilluſtr. per* Hæfing, *l.* Hæfing *arbitratur intelligendum eſſe paſcuam ſive pabulationem, quod Norvegi* Havn *et* Fæ-havn *paſcuum, et* havning, *actum paſcendi, habilitatem terræ ad paſcendum, adpellent. Scio quidem, quod verbum* at hafa *inter alia notet, curare, colere, alere, unde in* Grettisſaga illa þiki mer hroſſin havfd — at jöfnun vetri, *i. e. male curatos cenſeo eſſe equos etc. ſed iſtam tamen acceptionem vocis* Hæfing *in medio relinquo.*

Hælbítr, *m.* Harb. XXXIV. 1. n. 36. hæll *vide in* Gloſſ. Synt. bítr, *ab* at bíta *ſupra.*

Hætigi, *pro* hot *l.* hæti eigi, *ne hilum quidem, plane nihil.* Harb. LI. var. m. pag. 114. *Vide* hot.

at Hætta, *ceſſare.* Æg. XXXVI. 1. var. f. *ab* háttr *modus, quaſi modum ponere, ut latini loquuntur eodem ſenſu: Ihreus duxit ab Lat. ceſſo, inde* hættome, *verbum reciprocæ terminationis vel actionis.* Harb. LI. 3.

at Hætta, *audere, periclitari.* Harb. LI. 3. var. ni *cognat. Lat. audeo.*

Hættingr, *m. comminatio.* Harb. LI. 3. *ab* at hætta *periculum vel malum alicui intentare;* Ölkofraþáttr: þu hættir oſt höfdingium; Kormaksſaga, þarftadu — at hætta mer nídi. *ab* hætta *periculum.*

Haf, *haſ. altum, oceanus.* Hynd. XXXVIII. 1. *ab* hárr *altus.*

Hafr, *hircus, caper.* Hym. XXXVII. 3. Hafrar horngavfger. Hym. VII. 1. 2. hafra drottin, Thori *titulus,* Hym XXXI.

2. *cognat. Lat. caper, quod forte eſt ab Ebr. Zaphir, hircus.* κάπρα αἰξ τυρρηνη *apud Heſychium.*

Hafrar, *m. pl. avenæ,* Harb. II. 7. *Germ.* Haber. *forte tamen vilis quidam potus, in loco* Harb. *intelligendus ſit, idem cum* afr, afri, *vel* afrar, *in* Eigils Saga *mea, pag.* 204. var. a. *quæ voces etiam ſunt ambiguae ſignificationis.*

Hagr, *dexter (in fabricando,) artifex.* Hynd. VI. 8. *forte ab* Gr. ἥκω *pertineo, convenio, unde* κατῆκον *decorum; aut ab* hægr, *facilis, commodus, quod ipſum ad* Gr. ἦκα *ſive* ἧκα *retulerim, nam commoditas ad uſum non eſt minima dos artificii; conv.* Hagr, *m. conditio, ſtatus. Ab altero illo eſt* Hagliga *adv. decenter, apte, ſcite, congrue, commode, dextre.* Sol. LXXII. 6. hagliga um höfud ſyppum, Þrym. XVI. 8. *Conf.* XIX. 11. 12. *ab* hagr.

eg Hái, *unde præt. cum ſuffixo* háÞac, *ago, gero, adminiſtro, exerceo, infinitivum facit* at heyia, *potius quam* at há; at heyia Þíng, *conventum agere, colloquium habere* — vit konu. Harb. XXIX. 4. *forte conv.* Gr. ἀγω *Lat. ago.*

at Hala, *trahere, ducere, vide ſub* Hali.

Hali, *m. cauda,* at leika lauſum hala, *locutio proverbialis.* Æg L. 3. n. 58. *cum qua conferri poſſunt:* Skaltu ecki ſvo lauſum hala um veifa, og bad menn ſína havndla hann, *non adeo liberam verſabis (vibrabis) caudam, et juſſit ſuos manus illi injicere.* Sturl. ſaga Lib. VIII. Cap. 14. *Skaptius de* Ölkofrio *in* OlkofraÞætti: 'Se ek at Þú heldr nu nockuru rakkara halanum, enn fyri öndverdu, o: *geſtu magis es. alacri.* Hali *aut eſt ab* at hylia, *nam velamento ſ. tegmini eſt animalibus, Vide Spec. Reg. pag.* 504: *aut eſt ab* at hala trahere. Sol. XXVI. 4. *ſub* var. d. *quod verbum hoc ſenſu in* Thomas Saga *me inveniſſe puto: Huc pertinet Paroemia,* lett er Þat ſem ecki dregr halann; *conf.* Gr. εἵλκω, ἕλω; *aut denique* hali *eſt ab Lat. culus per metonym. adjuncti.*

Halr, *m. viri nomen poëticum* Harb. XLVII. 3. *proprie eſt, ex mea hypotheſi,* helæ *civis, infernicola, homo defunctus;* Halir, *manes.* Alv. XXIIX. 3. n. 59. *coll. cum* Alv. XXVI. 6. *et cum mea nota ad* Alv. IX. 4. pag 259. Gvdrunarhvaut, *ubi ea Sigurdum adfatur jamdiu mortuum,* Verſ. XVII. At Þu mundir mín — vitia, halr or heliu. Grottuſaungr: ſua ſlöngdv Þær ſnuÞga-ſteini, Havfga-halli, at halir tóku, *i. e. ita jactarunt verſatile ſaxum — ut (telluri immerſum) inferi illud caperent.* Hinnig deyia or heliu halir. Vaf. XLIII. 8. *poteſt et* halr *proprie accipi, Mortalis, ab* Hel mors.

Háls, *m. collum, cervix;* drepa havfvÞ af hálſi *einum.* Æg. LVIII. 4. 5. Hálſa-

ſkaut,

ſkaut, Halſa himin. Veg. XVII. 4. 5. n. 34. 35. *forte ab Lat. collus.*

Hám, *pro* háum, *vel* háfum, *alto:* á hám gálga. Fiöl. XLVI. 2. *ab* hárr, *altus.*

Hamarr, *in dativ.* hamri, *malleus, tudes.* Þrym. 1. 3. *et ſæpius.* Harb. XLV. 6. Hym. XXIII. 5. *Angl. Dan.* hammer. *A Sax.* hamer, hamor. *Alam.* hamer. *Belg.* haemer. *Homines aliquot longe doctiſſimi miro jamdudum conſenſu, deduxerunt ab Hebr.* Hamam, *frangere, conterere? Junius.*

Hamingior, Veg. V. 3. n. 9. *ab* hamr, *de quo alibi, eſt* hamingia, *genius,* fylgia, *quod, tales naturæ qs. aſſumta aliqua viſibili ſpecie interdum apparerent. Et hinc* hamingia, *felicitas, fortuna benigna. ab* hamr *eſt Germ.* Hembd. G. Pauli. *Qui et cum* hamingia *contulit.* Gr. δαίμων, *ſed ubi, non memini. Adde* Vaſ. XLIX. 4. n. 51.

Hamr, *in complexa voce* Fiadr-hamr. Þrym. III. 6. 4. 6. *habitus, amictus, indumentum, pellis, corpus adſcititium. Lat. habitus, item particula* am, *circum, in compoſitis,* Gr. ἀμφι *Ebr.* amam *texit, operuit. add.* Gloſſ. Diatrib. *Dan.* Ham *dicitur de avium et ſerpentum pelle.* Jörunn i Arnarham Vaſ. XXXVII. 3. Hams, *in idem quod* hamr *induvium, involucre.* Þrym. IV. 6. var. f. *Dan ſive Norveg.* hams *pellis, ſive tegillum temporarium, larva inſectorum, et veſtis ſerpentum. Conv. forte Gall. Camiſe, chemiſe induſium, item Camaſus Amphimallus in Gloſſis Iſidori. Adde Lat. Camiſcia, Camiſia, induſium, lorica, Feſti et Fresnæi, item Camix Fresnæi.*

at Handtaka *einn, comprehendere quem.* Form. Grim. pag. 38. *quaſi manu capere, ab* Havnd, handar, *manus, et* eg tek, *infinit.* at taka, *capio.*

Hángatýrr, *m. in Accuſ.* — ty *Odini nomen.* Hrafn. XIXI. 1. *conf.* Snorr. *in* Yngl. Saga. Cap. VII. *et* me *in* Farmatýrr *ſupra.*

Hani, *m. gallus.* Fiöl XXIV. 2. *ab Lat. cano non male derivavit* G. Andreæ.

Hapt, *n. copula, nexus, vinculum, proprie manuum, ut probatum dedi ſupra, ſub* Fiötvrr, *hodie contra in ſpecie adhibetur de pedica vel compede equorum.* Hapt *de Divo, ob animorum inter Deos conjunctionem, vel nexum inter eos mutuum.* Veg. II. 1. n. 3. *Vide* havpt, hapt. *manifeſte eſt à* Gr. ἅπτω.

at Haſa, *a præſ.* eg hari, — á einn. Skirn. XXIIX 3. *forte eſt* hærere, *Suſpenſum eſſe,* hönum harir ecki (aldri) uppi, *dicitur de eo qui perpetuis premitur adverſitatibus, quaſi dicas, ex ærumnis nunquam levatur. Nec alibi usquam hoc verbum mihi obvium fuit.* [Hari, *conferri forte poteſt verbum Germ.* harren. *Fixus in tui contuitu maneat.* G. Pauli.]

Haraldr, *m. n. pr. viri.* Hynd. XXVI. 1. *vel eſt ab* Harri *dominus, vel a verbo præcedente* at Hara. Aldr, *vel foret ætas, vel non eſſet niſi productio vocis formativa, ut in* Faraldr *viator, quod occurrit in* Sturlunga ſaga, *ab* at fara. *Eyiolfus ait nomen eſſe obviæ notionis, ab* hár *canus, et* aldr, *ætas. cur ergo et legitur et ſcribitur* Haraldr *per a tenue in* Har? *melius homo Mulenſis præfecturæ, me puero hoc nomen gerens, de ſe dixit:* Ieg heiti Haraldr, hart nafn, og hægt at muna; *Voluit nempe, ut videtur,* Har *lucere ab* hardr; *Ideo autem dixit,* hægt at muna, *quod infrequens eſſet nomen.*

Hár-badmr, *m. de* Yggdraſillo. Hrafn. VII. 3. *vide* Badmr. *Sic Comas arboribus dat Horatius.* Carm. IV. 3. 11. IV. 7. 1. *et* Anacreon. Od. XXII.

Har-bardr, *m. Odini nomen inter Deos.* Grim. XLVIII. 4 *vide notam ad inſcriptionem* Odæ Harbarz-liod, *forte* Har *detruncatum ex* hardr; Bardr *barbatus* a bard, barba, *in* Edda. *Germ.* Bart. *Angl* Beard.

Hard-módgr, *adj. ſaevo ingenio praeditus. in* hardmodgu ſky. Grim. XL. 11. *contractum ex* hardmódugr, *quod ab* hardr *et* módr, *animus.*

Hardr, *vide* Harþr, Hardhugadr, *vide* Harþhugadr.

Harmr, *m. dolor, aegritudo animi, cura, moleſtia; de amore adhibetur.* Sol. XIII. 4. Gloſſ. Synt. *Forte cognat. Lat. aer-umna, hinc* harmliótan *n. foeda moleſtia.* Harb. XII. 1. var. l. *nomina generis neutrius in* an *terminata, et genitivum facientia in* ans, *aſſero contra quosdam, in* Óliúfan *vel* ókynian.

Hárr, *genitiv.* hás, *et cum articulo* háva, hàa, *altus, procerus, profundus, immanis, gravis,* hátt foraþ. Fiöl. XLI. 4. *Vide* foraþ. *Lat. arduus.* Gr. αἴρω *tollo.* Hárr, *Odini nomen.* Grim. XLV. 6.

Hárr, *adj. Dativo* Hárvm. Hym. XVI. 1. 2. *canus, incanus, alias* hærdr, gráhærdr. Háva-mál: at hárvm þvl hlæ þú aldregi. [Hárr í ſkeggi: Laxdæla *magna,* cap. LXIII. G. M.] *Primitivum eſt.* Hár, *n. g. pilus quilibet, et per Synecdochen capillus.* G. Pauli.

Harþr, *adj. durus, validus, ſtrenuus, acer, aſper, auſterus, ſaevus; de* Thoro. Hym. XXXI. 1. Harþ-hvgaþr, *de Eodem.* Þrym. XXXI. 3. n. 50. Harþ-úþgr, *pro* harþúdvgr, Hrúngneri *gigantis epithetum* Harb. XIV. 3. ver. þ. *quae Lectio ſi admittatur, in Str.* 4. *legendum erit:* Er havfvþit var úr ſteini á, *vel* Er hiartaþ var úr ſteini í; *vid.* n. 14. Harþráþr, *adj.* Hymeri *Epitheton.* Hym. IX. 7. *aut Immitis, inclemens, atrox.* Ráþ, *n. conſilium, imperium, vitae conditio l. inſtitutum, unde* ráþr *in compoſitis, varie ſignificans.* Harþr *forte à* Gr. καρτερὸς.

Hati

Hati, *m. oſor, infeſtus, n. pr. Lupi, qui Solis eſt praecurſor.* Grim. XXXIX. 4. 6. *contractum ex* hatandi, *participio activo verbi* at hata, *aut nomen verbale agentis, indidem.*

Há-timbraþr, *adj. f. particip. paſſ.* Grim. XVI. 6. *vide* Timbraþr.

Há-tún horna, *Capitis bovini periphraſis,* Hym. XIX. 3. 4. n. 28. *Serenus Sammonicus, in lepido de Medicina poëmate vers.* 13. *Caput vocat Arcem corporis, et vers.* 194. *Summam arcem, non addito corporis* [Há-tún *altum campum l. circum notat:* horna hátún, *caput, non ſine elegantia poëtica, petita à capite humano locutione;* Havfvd *enim à Verbo* at hefia, *attollere, elevare (Os homini ſublime dedit), et inde ad animalia prona atque cernua deductum; nec aliud certe caput aut κεφαλη.* Tún *autem n. g. a V.* eg tíni, *terrae elapidatae portio, quae quod cingi ſoleret, hinc* Tún, *terra aggere cincta, unde et haud dubie ortum* Gr. ζωνη. G. Pauli.

Háva, *pro* háa, *Dativus definitus, ab* Hárr *altus.* Fiöl. XXIV. 3. Hávar, *pro* háar *nominativ. pl. fem. Ejusdem Nominis.* Sol. LXXIV. 1. *hiatus vitandi gratia, et ut vox plenius ſonet, hic inſertum eſt v. conf.* Veg. VIII. 3.

Havdd, *pro* hodd. Grim. XXVII. 8. var. k. *forte regionem ſitu editam notat, ab* heid *l.* hæd, *locus editus, altitudo, conf. ſupra ſub* Geira-höd *plus nugarum dabo in* Hodd.

Havdr, *m. n. pr. Divorum unius, percuſſoris* Ballderi. Veg. XIV. 1. *ſeqq. videtur Celſum notare, ab* hæd; *et facit genitivum* Hadar, *Edda auctore, non enim* Haudrs, Haúdar, Hauds, *ut doctis hominibus viſum eſt, ad Nidlam Latinam pag.* 348. 349. *Dativum facit* Haudi, Hödi, Hædi. Veg. XV. 2. var. d.

Haúdr (Hauþr) *n. terra, ſolum, poëtice.* Hynd. XLV. 2. *vel ab* hæd, *eminentia, quam reſpectu maris Tellus habet: Cognatus meus et amicus ſuaviſſimus, philologus et poëta elegans, Sigurdus Peterſen, ducit vocem à* Gr. ἕδος, *ſolum, pavimentum, unde* ἐδαῖος *humilis, terreſtris.*

Havfvd, *v. caput.* Skirn. XXIII. 4. 5. *vid.* G. Pauli *ſupra ſub* Há-tún. *Hinc:* Havfvþ-bani, *auctor necis.* Hynd. XXVII 8. var. p. Havfþaþr, *particip. paſſ. ſine Verbi origine, vix enim dicitur* ek havfda *eo ſenſu,* κατ' ἐξοχὴν, *Capite praeditus, magno ſcilicet, aut multis capitibus praeditus.* Vaf. XXXIII. 6. *ubi praecedens* ſer *in ſenſu conjungendum eſt cum* gat Str. 4. *ut ſit:* gat ſer, *genuit ſibi, vel genuit ſeorſum, conf.* Ser. *poteſt tamen* Ser-havfþaþr *junctim ſonare, Singulari capite praeditus, v. figurâ ejus quomodocunque inuſitata: nam Verſionem Interpretis quod attinet, nondum video, priusquam mihi monſtratum ſit, quomodo ea cum genio linguae queat conſiſtere.*

conſiſtere. Havſvd *facit Dativ. ſing.* havſþi. Vaf. XIV. 3. *ubi* at veþia havſþi, *magis proprie, et minus ambigue, redderetur: ſponſionem capitis facere, vel ſponſionem facere in caput, caput pignori opponere. Genitivum pl. facit* Havſda. Hym. VII. 7. 8. Láta *einn* havſdi ſkemra, *et* at Typpa vm havſvþ, *vid.* Skemri, *et* at Typpa.

Havſvgr, *adj. gravis, ponderoſus, item moleſtus, incommodus;* -blvndr. Veg. II. 2. *ab* höfgi *m gen. pondus, (imo hoc ab illo contractum* G. M.) *à V.* at hefia, *attollere, elevare, quod ponderoſa elevationi reſiſtant.* G. Pauli. *Rationem hanc non ſatis percipio, et derivarem potius* havſvgr *ab* at hefia *ob eam rationem, quod elevando pondus rerum probatur et ſentitur. Ebr.* chabad *eſt grave eſſe,* chobed *gravitas. Angl.* heavie. *ASax.* hæfig, hefig. *Alam.* hebig, hevig, *ejusdem valoris et familiae ſunt cum Noſtro.*

Havgg, *n. verber, ictus;* hlióta af hamri (hamars) havgg. Harb. XLV. 6. Þrym. XXXII. 5. 7. Gr. *αἰκὶα plaga, verbera, αἰκίζομαι pulſor.*

at Havggva, 1*a praeſ.* ek havgg, 1*a praet.* ek hió, *ferire, percutere, caedere;* -havſvd af hálſi *einum.* Skirn. XXIII. 4. 5. Gloſſ. Synt. *add. Ebr.* hiccah *ferire, caedere. Hinc Verbum reciprocae actionis,* at havggvazt, *ſe invicem ferire, ictus ictibus alternare, inter ſe pugnare.* Vaf. XLI. 3.

Haúgr, *m. Locus editus, collis, tumulus;* at ſitia á haúgi. Skirn. XI. 2. *et in proſa praeced.* Þrym. V. 1. 2. n. 8. *forte ab* hárr, *celſus.*

Haukr, *m. genitivo pl.* haúka, *Falco, accipiter.* Grim. XLIII. 8. *Angl.* Hauk, Hawk. *ASax.* Hafoc, Heafoc. *Alam.* Hauech. *Belg.* Havick. *Cambro-Brit.* Hebog, *quod Junius, unde haec exſtripta, ait Cymræos feciſſe ex* hafog *devaſtamentum, ex quo adhuc remaneat Anglorum* to make havock *vaſtare. Ego nihil cauſae video, quin* Haúkr *cum ſuis cognatis referam ad* Hárr *celſus, vel ob altum volatum alitis, vel ob ejus prae vulgo alitum praeſtantiam; quò pertinet, quod* Haúkr *invenitur à poëtis optimis uſurpari abſolute, de Viro, aut magnanimo, aut quomodocunque aliter praeter ceteros egregio et inſigni; Sic* Arnorr Jarlaſkáld *de Magno Bono:*

Haúkr rettr ertv Havrda drottinn
Hverr gramr er þer ſtórvm verri.

et Thiodolfus noſtras de filiis Haraldi Severi:

Haraldz erv haúkar giörvir
Hefnendvr —

Neque aliam ob rationem ipſe Haraldus epitheto Haúkr-lyndr, *ab elegantiſſimo poëta, Steino (Sthenio)* Her-diſae *filio, honeſtatus eſt.*

Havldar, *m. pl. hominum vocabulum poëticum* Sol. L. 2. *et* var. n. *magis adſtricta*

notione

notione occurrit in compoſita voce Havld-borinn, *unde* Havld-borit manna-val. Hynd. X. 9. XV. 9. Gloſſ. Gvnnl. *In Edda alicubi memini legere:* Þegnar ok havldar Þat erv bændvr, *de cujus loci ſenſu diſquirere nunc non vacat. Forte* Havldar *proprie ſint Tutores, protectores, ab* at hylia.

Havlkn, *n.* — Þvtv. Hym. XXIV. 2. n. 37. *Forte vel ab* hollt *glabretum editius; vel ab* hallr *lapis.* Haulkn *aſpretum eſſe mihi videtur, idem quod* hólkn, *quam vocem in hiſtoriis et legibus noſtris habemus. In ſpecie ita dicitur Saxetum igne aduſtum, liquefactum atque induratum.* Holr *cavus*, κοιλος. Hola *f. g.* [*Lat. caula, eodem ſenſu apud Lucretium aliquoties.* G. M.] *cavitas, foramen, rima.* Hólkr, *m. g. manubrii vel baculi circulus muniens. Mille autem habent aſpreta noſtra*, Hraún, *cavitates.* G. Páuli].

Havll, *f. genitivo* hallar, *Dativ.* Havllv, *Nominat. pl.* hallir, *Dativ. pl.* havllvm, *uſualiter aula, palatium. forte proprie ſit Tectum, domus quaevis, ab* at hylia *tegere, aut domus ſaxea, ab* hallr *lapis. De domo gigantea ſaepe adhibetur, ut:* Vaf. V. 4. VI. 2. VII. 5. Skirn. XXX. 4. Hym. VII. 3. Æg. III. 2. IV. 2. *proſa pag.* 153. VI. 2. X. 6. XVI. 6. XVIII. 3. *ASax.* hal, heall. *Angl.* hall. *cognata ſunt etiam Gall. Belg. Germ.* halle, *porticus, Veſtibulum. Ebr.* Hechil, *palatium, regia, templum, et ſic quoque* Havll *de templo uſurpatur in* Oláfs-Saga Tryggu. Part. II. pag. 323. *quomodo et Lat. Baſilica apud Iſidorum. Ulph.* alhs, *templum baſilica. Ebr.* ohel, *tentorium, contulit* Edw. Lye, *ad Junium, unde quaedam horum excerpſi.*

Havll, *f. Amnis n. pr.* Grim. XXVII. 10. *quaſi Saxoſa; aut Vergens, ab* hallr *inclinatus.*

Havnd, *f. manus. Genitiv. ſing.* handar. Æg. XXXVIII. 4. handar vanr. Æg. XXXIX. 1. *Dativ. Sing.* hendi; Ber Þú Ottari biór at hendi. Hynd. XLV. 5. 6. Er at havndvm kom, *ſubaud.* kalkrinn *l.* leikrinn. Hym. XXIX. 2. *ab* havnd *eſt* Hand-bani, *m.* Hynd. XXVII. 7. *quaſi manu occiſor, i. actu, re ipſa, patrator necis, auctor ejus phyſicus, ad diſtinctionem ab* Ràd-bani *occiſor conſilio, moralis auctor necis.* Havnd, *vel ab Ebr.* iad *manus, vel à* Gr. χάζω *praet. med.* κέχανδα *capio, ſive, ut vult Martinius, à* χανδάνω *idem ſignificante.*

Havpt, *n. nexus, catenae, vincula, manicae, vid.* Fiötvrr *ſupra.* Leyſa einn or havptvm. Æg. XXXVII. 6. *eſt plurale* τῦ Hapt, *quod reſpice.* Havpt, *Dii* Hym. XXXIX. 8. var. u.

Havrgr, *m. delubrum;* — hladinn ſteinvm. Hynd. IX. 5. — há-timbraÞr. Grim. XVI. 6. Hof *et* Havrgar *junguntur.*

Vaſ. XXXVIII. 6. *ubi aliter vocem accepit Interpres, quocum facit Ind.* Landn. b. *in* Hörgr, *item fortaſſe quod non ſemel occurrit in* Oláfs-Saga Tryggu: at brenna hof ok bríóta havrga; *interim tamen quid eſt Deorum ſimulacra regere?* Havrgar *videntur pro Deabus ipſis, non modo earum ſimulacris, poni* Hrafn. XX. 4. *niſi* havrgar *ibi ſit genitivus ſing. pro* havrgs, *quando* havrgar god *forent in ſenſu connectenda vid.* n. 74. *ASax.* hærg, *Lupercal, Panos delubrum, item quodvis delubrum vel ſacellum, ap. Somnerum. Forte ſunt ab* hárr *celſus, quandoquidem vocatur* há-timbraÞr, *ut modo vidimus; aut, quod eodem abit, ab* Avrdvgr, *arduus, erectus, unde Verbum,* at ardga augunvm, *exſtat in* Hryggiarſtycki, *de Inſania regis Sigurdi.* at havrglazt á fætvr, *erigere ſe in pedes, quod habet* Hálfdánar-Saga Brönv-fóſtra *in* Mbr. *item* at örglaz vpp vid olnboga, *in* Vínlandz Saga *cum* Snorrio *edita.* Tom. I. *pag.* 316. *haud abſurde hic conferri poſſunt. Alias* Havrgr *duci poſſit à* Gr. ἱερὸς, *Sacer,* ἱερον *ſacrum, fanum, ſacellum. Quod autem* Havrgr *etiam pro Deaſtro ponitur, id eodem modo fit, ut in Latinis, Sacrum, et Delubrum, quae et de templo, et de Divo (templi praeſide), priſcis inveniuntur adhibita. Wachterus* Hörg *ducit à* Gr. ἕρκος *ſeptum.* Arx-cis, hörgr, *auctore* G. Pauli *ad* Hym. XXXIII. 4. *tanquam velit* Arx *et* Havrgr *eſſe cognata.* Havrgr, *quatenus ab* ἱερὸς *venit, ut paulo ante conjiciebam, et Sacrum, n. ſignificat, adſine ſibi habet priſcum vocabulum Latinum* Haruga, harviga, *quod hoſtiam notat, et unde Haruſpicis nomen formatum eſt.* Gr. ὀργάς, *locus l. lucus deo ſacer, an ejusdem familiae ſit cum* Hörgr, *merito ambigitur; uti et de* Gunnaris Pauli *conjectura ad locum* Hrafn. *allegatum, nempe legendum ibi eſſe,* "Havrgvr, *f. pl. deae, ab* Horgis, *Dearum delubris, ſic dictae.* „

Havrr, *m. linum. forte à* Gr. εἶρος, *Lana, quaſi Lana agreſtis. Hinc* Havr-meitiÞ *Accuſativus participii* Havrmeitiþr; *item* * Havr-meiti, *nomen fem. aut neutr.* Hym. XXXIX. 8. n. 62. *et* * Havrmeitir, *m. Ibid.* n. 61. pag. 145.

Havrvnd, *n. cutis, item corpus, caro.* at hafa húngri *farit* havrvnd. Sol. LXXI. 2. 3. Havrvndar húngr tælir havlda *etc.* Sol. L. 1. *ſeqq. haec Genitivi nominis neutrius terminatio in* ar *rariſſima quidem eſt, non tamen prorſus caret exemplo, ita enim* Kyn *genus n. genitivum facit* Konar; *et* Havrvndar litr *bis numero occurrit in* Raúdúlfs-Þætti, Oláfs helga Saga, Thomás-ſkinnae, Cap. CLXVII. Sigurdus Peterſen, *ſupra mihi laudatus,* Havrvnd *arceſſit ab Ebr.* or, *cutis; neque prorſus aliena inde ſunt* Gr. χρόα, χρῶς χροὸς, χρὼς χρωτὸς,

χρωτὸς, *corpus, cutis, item Lat. caro, et corium.*

Hauſs, *m. in accuſativo* haús, *caput, cranium.* Vaf. XXI. 4. Grim XL. 6. at drepa nockrv viþ haus einvm. Hym. XXX. 4. 8. *forte ab* Gr. κόσση, *pro* κόττη *caput, aut ab* κόρση *crinis; cognatum eſt* hiarſi, *m. caput, in Edda.*

Háþac, *pro* háþa ek Harb. XXIX. 4 *vid.* ek Hài.

Hitt, *neutrum* τῦ hinn *adlati ſub* Hinnig, *illud alterum, ceterum; poteſt et verbi adverbialiter, de cetero, de reliquo, quod reliquum eſt.* Vaſ. III. 4. VI. 4. Æg. XXXIII 4. Gr. ἕτερος, *Lat. ceterus.*

at Hitta, 1a *Praeſ.* ek hitti, *offendere, incidere in, invenire.* 2) *convenire, viſere, accedere.* Harb. LI. 4. at hittaz, *in ſignificatu reciproco, ſe invicem convenire l. videre.* Sol. LXXXII 2. Gloſſ. Synt. *Cum tamen Angl.* hitt *notet ferire, cogitandum cenſeo, anne is fuerit primarius ſignificatus noſtri Verbi,* at hitta, *quaſi ictu contingere, atque inde ceteri ſignificatus translati ſint; ita Germ.* treffen, *Dan.* at treffe, *eſt et certo ictu ferire et invenire. Iſta autem notione verbum* at hitta *referendum foret ad Lat. caedo, Ebr.* cathath.

Hiú, *n. pl.* Fiöl. XLVII. 3. n. 59. Gloſſ. Diatrib. *in* Hión, hiún. *ASax.* hiwe *eſt domus,* hiwan *familiares,* hiwiſce, *nobis* hyski, *familia, conf. Lat. jungo, jugo.*

Hladinn, *ſtratus, ſtructus, conſtructus.* havrgr hladinn ſteinvm. Hynd. IX. 5. 6. *particip. paſſ. ab* ek hled. *conf.* hlad *in Indice ad* Landn. b. *et* Húngrv. *et* at hleda *infra item* Hlaþinn.

Hland, *n. Lotium, urina.* Geita hland. Skirn. XXXV. 6. *vide* Geit. Hlandtrog. Æg. XXXIV. 5. *ASax.* hland, hlond, *Anglis Lancaſtrienſibus* Land *ap. Somnerum. convenit forte Lat. Lotium, quod Etymologis dicitur venire à Lavo, luo, ſive potius à lotu ſupino* τῦ *lavo, ideo quia hoc humore intus abluantur corporis partes, per quas meat. Ego utriusque Vocabuli aptius etymon adhuc requiro, aut ſaltem adplicationem aptiorem.*

Hlavcc, *in genitivo,* Hlackar, *f. nom. pr. Erinnyos bellicae.* Grim. XXXVI. 5. *Mihi ab* at hlacka, *exſultare, quod potius retulerim ad* Gr. ἀγαλλίαω, *quam ut garriendi notionem ei tribuam, referamque ad* Gr. κλάγγω, κλάζω, λακέω; *conf Ind.* Landn. b. *in* Hlacka. *Erit adeo* Hlavck *vel exſultatio, vel quae exſultat, ob ſtragem hoſtium et victoriam ſcilicet, aut etiam quae victis inſultat.*

Hlaút Hým I. 6. *proprie ſ. vi originis Sanguis ſortilegus, a* hlvtr, *ſors, pars,* hleýti, leyti *idem:* hlýt *ſortior.* G. Pauli. *Eſt generis neutrius apud* Snorr. Tom. I. pag. 139. var. 7. *in Fragmento autem* Eyrbyggiae Mbr. *praefert ſpeciem maſcul. aut fem. et ſcribitur* lut. *Origo eſt altioris indaginis; conf. Lat. Luo,* Gr. κλύζω *abluo, eluo, purgo, Germ.* Lauter *purus, Dan.* at luttre *purgare, noſtr.* Lút *lixivium, aqua per cinerem*

cinerem colata; cum Snorrii *loco citato.*

Hlaþinn, *à* 1*a praeſ:* ek hleþ, *Infin.* at hlaþa *dejicere, proſternere.* Seglvm Oþins Kvanar verþr ſíþ-hlaþit, *ſero vela ejus deponuntur.* Sol LXXVII. 1. 4. 5. n. 107. *forte* ek hleþ *ſit ab* læ *l.* le *cubatus.*

Hle-barþr, *m. gigantis nom. propr.* Harb. XIX. 4. 5. *quaſi barbae tegmine opertus, l. ejus umbraculo tectus;* Hle, *in enunciatione* hlie, *n. locus à vento immunis, umbraculum, Scena, tegmen, quae ultima notio locum habet in* Hle-bardr *clypei vocabulo Eddico, ubi* bardr *ſonat marginatus à* bard ora, *ſicut in priori barbatus à* bárd barba. *Origo et proprietas vocis* Hle *eſt ambigua. conf.* Hlý *infra et* Le *in* Le-rádr *l.* Læ-ráþr. [*ASax.* hleow *l.* hleowþ *proprie ſignificat locum apricum et à vento immunem, deinde, ut* Thwaitesius *ait, domum, aſylum, refugium. quae dimanarunt ab Isl.* hle, hlie, *ejusdem ſignificationis.* Edw. Lye, *ad Junium ſub voce* Le *l.* Lee, *quae Scotica eſt et notat vitam tranquillam ac commodam*] *J. Olavius opinatur* Hle *venire ab* at liggia, *et proprie locum humilem ſignificare; cognatum autem eſſe credit* Lâ *maris vocabulum, addo* Lægi *n. malaciae et portus vocabulum. Dan.* Le *ſ.* Lee *et* Ly *ad noſtrum* Hle *referenda ſunt.* Hleſródr, *Odini nomen, ſciens tegendi, ſe et alios.*

at Hleda, *ſternere, onerare;* vil ek mar minn -hleda. Hynd. V. 7. 8. *ubi rectius fortaſſe verteretur: volo equum — adſcendere l. inſidere, me equo imponere.* Hamdismál: Hlódvz mærir á mara bógv, *i. e. ad verbum, collocabant ſe illuſtres ſuper-equorum armos; conſtructione quidem alia, ſed unde tamen probetur, verbum* at hlada *hunc ſignificatum non reſpuere: Senſu oppoſito habetur in* Grim. XVII. 4. Mavgr af læze af marſ baki, *i. e.* hledr *l.* hlædir ſer af baki, *deponit ſe ab dorſo equi. An* at hleda *hoc noſtro loco poſitum ſit pro* hlada *ſive ex eo variatum, an vero potius ſubſtitutum ſit pro* hlæda, *quod apud poëtas invenitur, et cujus* 1*a Indic. praeſ. eſt* ek hlædi, *pro certo non dixerim.*

Hlenni-madr, *m. in pl.* Hlenni-menn, *Latro, lavernio, levator, pilator, ſuppilator.* Harb. VII. 5. *Simplex* Hlenni *m. idem notat apud Sighvatum poetam, in* Óláfs. h. Saga Snorrii pag. 316. *ubi ab eo junguntur,* Hvinna ætt ok hlenna. *Verbum autem* at hlanna *invenio apud* Gvll-Áſv-Thordum *in* Hryggiarſtycki: þinn hefir havldr vm hlannat Hialdr-gegninn mik tialdi, *i. e. — me ſpoliavit velo. ASax.* hloþian *eſt praedari, deripere,* hloþere, *praedator, raptor, ſpoliator.* Gr. λεία -ας, *et* λητς -ιδος *praeda, unde* λητζω *praedor,* λητης, λῃστης, *latro. Poteſt fieri, ut*

Hlenni,

Hlenni, *in* Hlenni-menn, *ſit gen. fem. diverſum ab* Hlenni *gen. maſc. et notet Latrocinium. Alias,* Hlenni *m. referri poteſt ad* Gr. λανθάνω, λήθω, *lateo.*

Hlid-ſkiálf, *f.* (*non* Hlid-ſkiálfr, *m.*) *in Dativo* Hlid-ſkiálfo. Form. Skirn. pag. 68. n. 1. Hrafn. X. 6. var. s. *et* n. 43. Form. Grim. pag. 37. *ubi in var. eſt* Hlid-ſkiálg *ASax.* hleþa. *eſt Sedile, ſine dubio ab* Gr. κλίνω, Skiálf *forte ſit Templum* (*i. e. locus circumſpiciendo aptus*) *theatrum, ſpecula, ſcopulus* (*apud Virgilium in* 1a Æneide). Gr. σκέπελος, *unde et orta videri poſſit vox, niſi eam ducere quis malit à verbo* at ſkiá (*pro* ſiá) *quod* Thorkelinus *attulit in* Orkn. Sagae *Indice. Hinc adeo conſtare poteſt, quid ego per* Hlid-ſkialf *intelligendum putem, Sedem ſc. vel locum ſpeculationis. Si erravero, veniam merebor, ut qui primus, quod ſciam, vocabuli hujus expoſitionem tentaverim.* Lid-ſkiálf *ſcribitur in* Atla-málvm: Land ſá þeir Atlæ ok lid-ſkiálfar diúpa, *ubi turrem l. palatium videtur notare, translatione facta ab* Hlid-ſkiálfa *Odini, ſicut* Val-havll *in Eadem Oda vocatur aula Atlii* (*Attali*). *Si* Lid *cohors, multitudo, populus, priorem vocis partem conſtituat, notabit ea locum unde omnes populos liceat conſpicere; ſed enim* hlid, *pro* lid *hoc ſenſu, vix usquam poſitum invenias. Si denique* Hlid *duceretur* (*ex tenui auctoritate.* Hrafn. X. 5. 6.) *ab* at hlýda, *audire, auſcultare, ſonaret quidem et auditorium et theatrum; atqui ſic ſcribendum foret* Hlýd-ſkiálf, *cujus ſcriptionis nullum exſtat exemplum.* Sin *per* i *grave ſcribatur,* Hlíd-ſkiálf, *ſignificabit Declive theatrum l. locum deſpicienda oportunum; conf.* Hlid (Hlíd) *in* Gloſſ. Synt. Hleod *ASax. eſt clivus collis altior, Cambro-Brit.* lethr, *apud Ihreum in voce* Lid *clivus.*

Hlíf, *f. tegmen, tutela, eſt n. pr. muliebris,* Fiöl. XXXIX. 1. *conf.* Gerdvr *ſupra.* Hlíf-þvrſa *l.* -þvrſa, *itidem n. pr.* Str. 2. *et* var. b. Gr. καλύπτω *tego, velo,* κάλυμμα *tegmen, velum,* καλύβη *tugurium,* κέλυφος *cortex, quaſi tegmen arboris, uti nobis* börkr *ab* at berga, *l.* byrgia *operire;* Gr. κλέπτω *occulo, Lat. clepo idem, ut et Lat. clypeus nobis* ſkiöldr *ab* at ſkýla *tegere omnia haec noſtro* Hlíf, *et verbo* at hlífa *protegere, cognata ſunt.*

Hliþ, *n. oſtium, porta.* láttv hliþ-rúm (hliþ rúm) Fiöl. XLIV. 2. *et* var. q. *ubi* hliþrúni *male expreſſum eſt, cum deberet eſſe* hliþ rúni-*diviſim.* At hefia grind frá hliþi. Fiöl. XI. 6. *quaſi tranſitus, aditus, introitus, ab* at hlíþa (lída) *ire, tranſire. Ihreo eſt, ut opinor, a* κλειδόω *l.* κλείζω *claudo, ut forem ſ. clauſtrum oſtii notet, quod noſtrum vocabulum non facit, quantum ſcio. conf.* Gátt *ſupra, utriusque enim vocis eadem eſt ratio.*

Hliþ, *f.* *Latus.* Gloſſ. Synt. Gr. κλίτος -εος, *idem, e Suida attulit Ihreus.* Hliþo, *pro* hliþ, *Dativus paragogicus ad diſtinctionem ab Nominativ. et Acuſ.* Grim. XXXV. 5. *alibi apud Noſtrum:* Gvll var þar eigi á grána leiþo, *i. e.* hliþv; *et ſimiliter apud Sighvatum poëtam:* Eida-ſkógr á leidv, *pro* á leid, *in itinere.*

Hlíþ, *f.* Gloſſ. Synt. * Hlíþ-þáng, *ad verbum, clivorum l. adclivitatum alga marina, Sylvae vocabulum poëticum.* Alv. XXVIII. 3. þáng, *plantae marinae genus, ponitur hic, Edda permittente, pro planta terreſtri, cum adſit idonea diſtinctio in voce* hlíþ, *quae Terrae partem notat, imo et Terram ipſam in Ejus Nomenclationibus Eddicis.* Þáng *autem eſt, vel ab* Gr. τέναγος *locus humidus, ubi ſc. naſcitur, vel à* φάκος, *alga, herba marina.*

Hlíþángr, *m. vel* Hlíþángn. *Sylvae vocabulum* Alv. *Ibid.* var. d. *forte quaſi Clivius aut Clivium, quod Sylva amet loca adclivia, quando illa* ángr *et* áng *forent novae vocis formativae, nihil ſeorſum ſignificantes.* Hlíþúngr, *m. idem Ibid.* úngr, *terminatio, ortum, aut ſtatum, qualitatem, notat.*

at Hlóa, *calere, tepere.* Heilög-vavtn hlóa (lóa, *in Excerptis* J. Olavii Grvnnavicenſis, *qui et* Hielög vötn, *gelidi fluvii, legit in Commentario Eddae*). Grim. XXIX. 6. *Conv. Lat. calea.* Gr. κήλεος *calidus. Ebr.* kalah *torruit, uſtulavit, Scot.* Lew *tepidus. Germ.* laulich *idem. Ab* at Hlóa *venit noſtrum* Hláka *f. tempeſtas tepida, item* hlærr *et* hlýrr *tepidus* Gr. χλιαρὸς. *Verbum hoc non temere alibi occurrerit.*

Hlór-riþi (Hlóridi). *Thori nomen.* Hym. IV. 6. XXVII. 1. XXIX. 1. Æg. LVI. 3. LV. 6. Þrym. XIV. 7. *Ratio nominis varia adferri poteſt, ut ſonet vel:* 1) Hlórae *neceſſarius, ſive haec* Hlora *alumna fuerit Thori, quae mea fuit opinio ad* Alv. n. 9. pag. 256. *ſive Ejus nutrix l. educatrix, quod quidam ſtatuunt, ſine dubio inde, quia in Eddae Appellationibus periphraſticis dicitur* Fóſtri Vîngniſ ok Hlórv, *ubi ut alias ſemper, quando per circumſtantias non determinatur, vocabulum* Fóſtri *eſt ambiguae notionis. Foret autem* riþi *in hac acceptione, nexus, adnexus, quaſi* riþinn vid hana Hlórv, *à verbo* at ríþa, *nectere.* 2) *Si Loritus fuit unus ex majoribus Thori, quod tamen Eddâ deſtitutus pro certo nunc adſirmare non poſſum, poteſt* Hlóridi *inde eſſe variatum.* 3) *Ab* at hlóa, *et* ríþa *ſublimem ferri, vehi, unde verbale agentis* riþi, *pro* ríþandi, *ſonabit* Hló-riþi *Calidum aurigam ſ. vectorem. aut denique* 4) *notabit ſervidum fulminatorem, ab* hlótr *pro* hlærr *calidus, et* Reiþ *fulmen.* Gloſſ. Synt. *in* Rid. *Rationem* 3tiæ *et* 4tæ

accen-

acceptionis pete Grim. XXIX. 3. 6. 7. n. 17. Þrym. XXI. 5. 6. 7.

Hlvnn-goti, *m. navis appellatio poëtica.* Hým. XX. 1. Hlvnnr, *m. g. palanga*, plánki, blöck; goti, *equi vocabulum.* G. Pauli. Goti *ab* at gá ire, *l.* gata *iter; eadem ratio nominis eſt in* Gángari, *Dan.* Ganger. Hlvnnr *erisma, fulcimentum, adminiculum, machinamentum cui navis in ſua ſtatione collocata incumbit. ASax.* hlonan, hlinan, *recumbere, inniti, incumbere, Somnero à* Gr. κλίνειν; *hlininga, ſedilia, fulcimina, apud Eundem. Alam.* Linen, hlinen. *Belg.* Lenen, Leynen. *Angl.* Lean, *inniti, incumbere, adclinare, apud Junium. Germ.* Lehnen, *idem, et* Lehne *fulcrum, acclinatorium. Noſtrum* at hlinna, *fovere, patrocinari, fortaſſe huc referendum ſit, et proprie notet ſuſtentare, ſuffulcire.* Phalangâ, *ſive ut alii ſcribunt, palanga, eſt cylindrus ligneus navi ſubducendae l. deducendae ſubjectus, haec videtur diverſa eſſe ab* Hlvnnr, *et adpellatur, ut opinor,* Skip-drag, *item ſimpliciter* Drag *in* Eyrbyggia, *tropica locutione,* at leggia drag vndir ofmetnad eins, *ſubjicere* drag *ambitioni alicujus.*

at Hlvſta, *auſcultare, auribus admotis ſonum captare.* Hrafn. X. 5. 6. Hlvſt, *f. in pl.* hlvſtir, *meatus auris, inſtrumentum auditus, à* Gr. κλύω, *audio.* Gloſſ. Synt. *in* Hlýda.

Hlý, *n. in compoſita voce* Of-hlý. Alv. XXII. 4. *aut ab* at hlóa *tepere, aut* hlýia (hlúa, *quibusdam hodie*) *tepefacere, fovere, contegere; aut variatum ab* Hle *ſupra, quando notaverit recubitum l. requietem, venti ſc. et maris.* Of *poſitum foret, l. pro* vm *circum, vel pro* yfir *ſuper. Fieri interim poteſt, ut hoc* Hlý *ſit à nominativo* Hlýrr, *m. calor, tepor, vapor, quam vocem ex* Hryggiarſtycki *in ſua Excerpta intulit homo in priſcis monumentis verſatiſſimus,* Oddus Johannæus.

at Hlýda (Hlýþa) *auſcultare, attendere.* hlýþ þú sögo minni. Hynd. XXIII. 8. Gloſſ. Synt. Gr. κλύω.

Hlymr, *m. in Dativo* hlym, *et* hlymi, *genitivo pl.* hlymia, *Sonitus gravis.* hvat er þat hlym hlymia *etc.* Skirn. XIV. 1. 2. *et* var. r. *Dictum hic eſt,* hvat er þat hlym (*in Dativo illud* hlym) *eodem modo ac ſaepe in Hiſtoriis,* huat manni er han, *pro quo recentiores,* hvada madr er han, *quid hominis eſt ille? adeo ut neceſſe non ſit cum* Gunnare Pauli *dicere* Hlym *eſſe neutrum, quod vocabulum mihi plane ignotum eſt. Ille autem ait id idem eſſe quod* hliómr *maſc. hoc autem à* hlióð, *ſonus quilibet. Eſt autem* Hlymr *ab* ek hlym, *praet.* hlymdi, *unde 3. pl.* hlvmdv (*inepte* hlvmþv, *licet* Mbr. *id praeferat*) *in* Hrein-gálkn hlvmdv. Hym. XXIV. 1. var. t. *et Infinit.* at hlymia *reſona-*

reſonare, perſtrepere. Skirn. *loc. cit.* Str. 2. G. Pauli *ad l. cit. ex* Hým. *optime obſervat, verbum* at hlymia, hlvmka, *vulgo euphonice* hlúnka, *inanimatis tribui ſolere, ſed tamen ibi per catachresin neceſſario ad animal vivum referendum eſſe,* [*recte, ſi Lupi intelligantur; vide* Hreingálcn *infra*]: *unde et* (*inquit*) *alia neceſſitas, cum mutuo reſpectu ac collatione,* το Þvtv (Str. 2.) *ſimiliter de animali intelligendi, nihil enim notius* Úlfa-Þyt, *et* Þióta heýrir úlf vndir aſk-limvm *p. utut hoc ipſum verbum de inanimatis uſurpetur. Haec ille; dedit autem duplicem verſionem hujus loci* Hým. Str. 1. 2. *nempe unam in Contextu ſic: Ejularunt rangiferi, ulularunt aſpreta, vel lupi;* [*Haec poſterior verſio nititur conjectura Interpretis parum plauſibili: Lupo, eo quod ſua quaerat latibula* (holvr), *facile imponi potuiſſe appellationem* Hólknir *l.* haulknir, *et per metonymiam loci* holkn *l.* haulkn. G. M.] *Alteram autem in Commentario, quae vel magis à Textu recedit, et talis eſt: Reſonuerunt antra lupis eo confugientibus, ibique ululantibus. conf.* Havlkn *ſupra et* Hrein-gálkn *infra. Tam difficilis hic locus viſus eſt* Gunnari Pauli, *ut ſuper eo exclamaverit, hic Rhodus! quare Ejus expoſitiones qualescunque huc inferendas putavi: ſed mihi omnis difficultas cubare videtur in Voce* Hrein-gálkn, *de qua meas propoſui opiniones ad locum citat.* n. 36. Hlymr hlymia *in* Skirn. *eſt figuratum more Hebraeo, uti* Hynd. I. 1. 5. *et* n. 1. *vide Buxtorfii Theſaurum Grammaticum pag.* 362. 363. *ASax.* Hlynn, *ſonus, ſtrepitus,* hlynnan *ſonare.* Gr. κλόνος *ſtrepitus, tumultus,* κλονέω *concutio, forte cognata ſint noſtris* Hlymr *et* at hlymia; *magis tamen adludunt Lat. clamor et clamo, quae quidam formant à* Gr. κλάω *pro* κλάιω *ploro ejulo,* (*unde* κλαυθμὸς *ploratus, haud multum diſtans ab* Hlymr) *Alii autem à* κάλω *voco, utrobique inſerto* m, *Alii denique à* κλάζω *clango, clamo.* Hlymr varÞ hellis kvmra, *i. e. ut opinor, Sonitus ortus eſt antri camerarum, dixit Thiodolvus in* Hauſtlöng; *quod cum loco* Hým. *conferri volo.* Hlymr var at heýra hóf-gvllinna, *de Terra ab equorum curſu concuſſa et inſonante, aut de equorum fremitu, occurrit, ut arbitror, apud Noſtrum in* Atla-QviÞa.

Hlýrnir, *m. Coeli vocabulum poëticum.* Alv. XII. 2. Hrafn. XI. 5. 6. *ubi tamen* hlýrnir heliar heimſ- *de noſtra tellure acceptum eſt. conf.* heimr *ſupra. Ab* at hlýia *fovere ſub* Hlý *adlato, vide* n. 29. *ad* Alv. *Aut proprie eſt* Aether, *ab* hlýrr *calidus.*

ek Hlýt, *praet.* hlaut, *Infin.* at hlióta, *accipio, manciſcor; etiam in malam partem adhibetur, ut:* Ef Þú hlýtr af

hamri havgg. Harb. XLV. 6. *ab* hlvtr ſors. Gloſſ. Synt.

Hnæfiligr, *Comparativo* hnæfiligri. Harb. XLI. 2. 4. hnæfilig ord, *petulantia, acria etc. ut et hodie* hnæfilyrdi [*quod vocabulum legitur in* Ölkofra-þætti. G. M.] *dicuntur, et* hnýfilyrdi, *à* hnýfill *m. g. corniculum, quod à* hnúfa *tuber. Dicitur quoque* at hneýfa einn, *verbis l. factis ſuperare: et* hneýf *l.* kneýf, hamus. *G. Pauli. Hoc ultimum per i ſcribitur* kneif *in Indice ad* Landn. b. *et inde in re ambigua potius derivandum crediderim noſtrum vocabulum, quam à* hnýfill. at hneýfa einn, *prorſus ignotum mihi eſt.*

ek hníg, *praet.* hne, *Infin.* at hníga, *cado, decido.* hníga á heliar ſiót. Fiöl. XXVI. 4. hníga fyrir eggivm. Skirn. XXV. 4. 5. Baldr-hne viþ bana-þúſv. Hynd. XXVII. 3. 4. *particip. praeteritum* hniginn *m.* -in *f. delapſus; in inferiorem locum delatus.* Hrafn. VI. 4. *Indic.* Húngr-v. *Conf.* hnvgginn.

Hnikarr, (Hnicarr) *et* Hnikvþr, Odini *nomina.* Grim. XLVI. 3. 9. *adſpiratio abjicitur in* Edda Snorr. Cod. Worm. *unde videri poſſint notare Victorem, à* Gr. νικάω *vinco,* νίκος *victoria, et* νικάτωρ *victor, quod parum diſtat à* Hnikvþr. *Alias duci poſſent ab* at hnika *commovere, inflectere, tum ob varium Odini ingenium, tum ob virtutem ejus perſuaſoriam.*

Hnik-bródir Ulfs, *Serpentis Midgardenſis periparaſtica adpellatio.* Hým. XXIII. 8. var. s. hnik *n. flexio, ab* at hnika *ſub voce praeced.*

at Hnióſa, *ſternutare* (1a *praes. Indicativi probabiliter eſt* ek hnýs, *nam praet.* hnaús *habet* Orkneyia-Saga) Harb. XXV. 8. Hnióſa, *idem eſt quod* hnióta, *nutare, ceſpitare: hic (aliud verbum) pro* fnióſa, *ut* fnióſkr, hnióſkr, *truncus arborir aridus* (berbeina), Fnióſk-þvrr, *ligni. ſ. trunci inſtar aridus,* [*conf. Indic.* Landn. b. *in* hnióſkr. G. M.] Fnióſa *vero* [*quod hoc loco mutatum eſt in* hnióſa. G. M.] *nihil certe aliud, quam* Fnaſa, *nares inflare.* Reid vard þá Freya ok fnaſadi [Þrym. XIII. 1. 2.] Eitri ek fneſta, fnæſta [*in* Fafnis-málvm], *ut ſit Indic. præſ.* ek fnæſi, o: fnaſa. *Dan.* Fnyſer, *communis omnia originis cum* Gr. πνεω *et Lat.* flo. *Et forte in* Fafnis-málvm [*His verbis:* hinn fráni ormr þú gerdir fræs mikla] *non minus legendum* Fnæs *quam* fræs, *quod tamen bene convenit cum equorum flatu vehementiore* at Fryſa, *niſi forte et hic* R *ex* N *factum.* G. Pauli. Hnióſa *ceſpitare, audio quosdam noſtratium occidentalium uſurpare, cum quo convenit balænarum generis minimi vocabulum* hníſa [delphin] *quod nutantis inſtar ſe celeriter mergat, quemadm. et delphini paullo majores, unde et curvi dicti Naſoni Met.* 2. *Scribendum eſſet* hnyſa, *ſed*

sed alterum in Skállda *invenio, ut et alibi. Hoc ipsum verbum firmat quoque, quod dicitur* at stínga ser koll-hnís *l.* kollhnys, *in caput, curvato corpore, sese ad terram dare, quod puerile est lusus genus.* Hnióta *habent boreales* [*et* Ostfiordenses; *quod propius accedit ad Lat. nuto.* G. M.], *et inde* hnotgiarn hestr, *facile cespitans. Ab his autem toto cælo distat praesens* hniósa, *haud dubie idem quod Germ.* niesen, *Dan.* nyse, *sternuere; qualis nec ignota hodie sternutationum suppressio. Cognatum esse videtur, quod idem significat* at hnerra [*à sono probabiliter fictum, cui tamen adfinia sunt: Lat.* Naris, *Ebr.* nachir *nares, et* nachar *ronchus.* G. M], *si non omnino alterutrum ex altero factum. Referri possunt ad* Nös, *narem, respirationis jugis et sternutamentorum instrumentum, et hoc vocabulum iterum ad verbum* at fnasa *l.* fnæsa, *per aphæresin, quod primum forte fuit* ek fnáï *l.* fnæ, *cui* πνεω *simillimum, sed Latinum* Flo *tam huic, quam alteri,* ek blæs, *ejusdem significatus.* Flæsa *ventulus, aura, vel ex* blæsa *factum videtur, vel* fnæsa: *et per* ονοματοποιΐαν *factum forte verbum, quod extitisse suspicatus sum,* eg fnáï, fnæ. *Ex* Fnasa *l.* fnæsa [Fnysa, *apud* Hornklofium *poëtam, in Snorrio* Tom. I. pag. 86. G. M] *factum* Fniosa, *et ex hoc* hniósa, *unde et facile* hnísa *l.* hnysa, *delphin minimus, minimis intervallis emergens et respirans, sonitu leni litterarum vel syllabae* pfu, *auribus non ingrato, quemadmodum ipsa (vel ipse) est corpore pulchro. Hinc* Fniósk*r l.* hniósk*r proprie dictus truncus arboris humilior relictus, sive ejus ima pars, ab ariditatis causa efficiente (una cum sole) videl vento.* G. Pauli, *in Addendis.*

Hnipinn, *inclinatus, incurvatus; aut contractus, compressus, adflictus, vexatus, anxius.* Sol. XLIII. 3. *et* n. 5. 7. *Nempe vox est ambiguae notionis; priori autem sensu foret particip. praeteritum verbi* at hnipna, *quod de* Gránio, *equo* Sigurdi Fafnis-banii, *casum domini maerente, habet Auctor noster:* þá hnipnadi gráni, ok drap havfdi í gras, ɔ: *tum incurvescebat griseus, et demittebat caput in herbam; cui loco alterum de eodem equo locum parallelum adduxi superius sub* V. at Gneypa, *huc quoque pertinet* hnipr n. *in phrasi vulgata,* at sitia í hnipri, *incurvo corporis positu sedere (et pedibus sub femora replicatis), nec non, in* Grettis-saga, at hnippa kolli at einvm, *capite nutare cui. conv. Ulph.* hneiwan, hnaiwan *inclinare, declinare.* Gr. νεύειν. *Cum posteriore sensu vocis à me allato conferri potest Index* Landn. b. *sub* Kneif, *et meus supra sub* at Gneypa, *adfinia sunt nostra,* at hneppa *compingere, coarctare, comprimere,* hneppi *n. portio foeni, quanta brachio-*

brachiorum ambitu comprehenditur, et hnipringar *f. pl. tuſiones (ſit venia verbo), impactiones (ingeſtiones) ictuum pugno aut cubito factae.*

Hnipinn, *m. frumenti vocabulum poëticum; item n. propr. agri infernalis, forte ab hujus ſterilitate.* Alv. XXXII. 6. n. 71. *conv. noſtr.* hnept *adſtricte, parce. Dan.* knap.

Hnitbróþir *Ulfs, Serpentis Midgardenſis vocabulum periphraſticum.* Hym. XXIII. 8. Hnit-bródir, *conjunctus frater.* hnitvdr, *annulus* hnitadr ſaman í ſiö ſtavdvm. Nornag. þ hnútr, knútr, *nodus.* G. Pauli. *Lat.* Necto. *Ebr.* anad *alligavit, nodo annexuit.*

† Hnögginn, *pro* hnvgginn, *et inde fortaſſe variatum; non enim permittunt circumſtantiae, ut referatur ad* hnöggr (*ASax.* hneaw) *tenax, parcus,* hnöggvi *f. tenacitas, de quorum etiam ipſorum origine parum conſtat.*

at Hnúca, *praet.* hnucþi. í hanſka þvmlúngi hnúcþir þú. Æg. LXI. 4. 5. *Forte ab* at hneigia *l.* hneygia *flectere, inclinare, curvare; conf. Lat. uncus, curvus, per metathefin, noſtr.* hnocki *uncinulus in faſo,* hnaekr ſella *equeſtris, utrumque à curvitate ſua, ut opinor, nomen adeptum. Ebr.* hichnia *eſt depreſſit, abjectum, humilem reddidit,* nichna *depreſſit, demiſit ſe, depreſſus, abjectus fuit. conf. et ſequens* hnvgginn. [Hnúctir. eg hnúki, *idem forte quod* húki, *poſticam corporis partem inclino.* Hnúkr *et* hniúkr, *mons prominulus, propendulus, altior quam amplior.* Hneykíng, *deſlinatio, ignominia,* Hneyksli, *ſcandalum.* G. Pauli.]

Hnvgginn, *inclinatus, caducus, delapſus, deciduus, dejectus;* miklv hnvgginn; *item* -gengi, gedi, hylli einſ, -einvm, *deſtitutus, orbatus* —. Grim. L. 4. 5. 6. *vel eſt variatum ex* hníginn *participio praet. verbi neutri* at hníga, *vel participium paſſiv. verbi activi* ek hnigg *l.* hnygg, *quod invenio in hoc Veteris poëtae:* hniggr þú annſkotum tiggi, o: *dejicis adverſarios, princeps! Quod autem* hnvgginn *hic ponitur cum Ablativo rei amiſſae, non caret exemplo, ita enim poëta* Giſl Illugii, *in* Hryggiarſtycki, *dixit,* Sömnud Svía ſigri hnvgginn. *Gunnaris Pauli interpretatio et commentarius in locum Auctoris noſtri ita ſe habet: "Magna cares re (l. privatus es) cum meo cares comitatu (l. auxilio).* Hnvgginn (hnögginn) *triſtis, ſolicitus, ſine caſu poni ſolitum,* hníginn, *lapſus, caeſus,* à v. eg hníg, *labor, decido, quod et abſolute uſurpatur, cujus tamen participio melius cum caſu convenire videtur, quam cæteris: niſi per hypallagen per* gengi? Einhervm *et* hylli, *harum rerum deſiderium et carentiam intelligamus.*

Hó,

Hó, Harb. XLVI. 1. *accuſativus ab* hórr *moechus, formatus ut*, Sió *a* Siórr *mare*, jó *à* jórr *equus.*

Hodd, *incerti numeri et generis, ſed potius ſ. ſing. quam n. pl.* Atla-Quiþa *in* Grenlenzka, *notante* J. Jonſonio: Er —avll —fólgin hodd. G. Pauli *ad* Egils-ſagam *pro neutr. pl. acccipit, pag.* 309. *Nimium dixit Auctor Indicis* Gvnnlögs-Sagae, *adſerens* Hodd, *praeterquam in Edda Auri Apellationibus, vix occurrere niſi in Genitiv. et Dat. plur. occurrit enim, praeter locum ex* Atla-Quiþa *modo adductum, in* Hryggiarſtycki: Hodd ok rekna brodda; *et in* Oláfs-Saga Tryggua Jóms víkínga þætti: Meidr ſparir hodd vid hródri; *quibus accedit* Hodd goda, *apud Noſtrum in* Grim. XXVII. 8. *ſed ſenſus vocis eo loco haud parum habet ambiguitatis, nam locum quomodocunque hic ſignificat* Hodd, *quod verisimiliter colligitur ex Edda Snorrii à G. Pauli citata, quae, de iisdem hiſce amnibus loquens, quod Auctor noſter poëtico ſermone hic extulit:* þær hverfa vm hodd goda; *id proſa oratione reddidit per:* þeſſar falla vm Áſa bygdir, o: *hae cadunt (fluunt) per Aſorum territoria: In Gloſſis* J. Olavii Grvnnavicenſis *ſuper* Grimnismál *loco praeſenti legitur* haudd (*quod conſule ſupra*), *et* hverfa vm havdd *exponitur: divitias, diademata, tiaras interfluunt; ſine ulteriore illuſtratione; cum tamen mirum et inſolens merito videri poſſit, quod amnes diademata l. tiaras interfluant; ſaltem dici poterat Hypallagen figuram hic eſſe, et Divitias, diademata etc. Aſorum poni, pro Aſis divitibus, diadematis etc. et hos porro pro Regione quam incolebant. Gunnaris Pauli Verſione careo; at obſervatio ejus in hunc locum talis eſt:* "Hodd *cimelia, quod Dii his abundarent: vel* hadd *gramen, ſolum herbidum: vel forte* haud *ſ.* haudr *terram.* „ *Primum utcunque procedit; ſed poſteriora duo ſunt figmenta, neque enim* hadd, *neque* haudr *in textu eſt. Ego in re incerta eo potiſſimum inclino, ut putem* Hodd *proprie notare circulum, orbem, ſeptum, ab Ebr.* hatar *circumcinxit, circumclusit,* hatarah *corona; fuerit ergo* hodd goda *fines l. regio deorum, aut etiam Asgardus ipſe vel Midgardus.* Cum hodd *circulus conv. Lat. anus, idem notans auctore Servio; unde Lat. annus et annulus. Ex hypotheſi mea facile eſt colligere, qua ratione* hodd *notet armillam vel monile, quod bene et ſolide demonſtratum eſt in Indice* Gvnnl. Sagae; *nempe generalem circuli notionem ad hanc ſpecialiorem reſtrinxit uſus. J. Jonſonius ducit* hodd *ab* haddr, *quae vox* Guñnari Pauli *ad* Egils-ſagam pag. 309. n. a. *exponitur per anulum, ſed res eodem redit; nam ſi* haddr *anulum notat, de quo mihi non ſatis conſtat,*

niſi

niſi tamen veriſimile eſt ob femininum hadda, *ſemicirculus quo ollae ſuſpenduntur, pro qua in* Hýmisquida *uſurpantur* hringar *circuli: Si, inquam,* haddr *circulum notet, unde convenientius quam ab Ebr. ſupra adductis derivari poſſit, non video. Si rationes velimus invertere, et ducere* hodd *ab* at há, *quod ſuperius ex propria hypotheſi adtuli ſub* Geira-höd, *et cui cognata ſunt, Ulph.* hahan *ſuſpendere, Frahc.* hahen *ſurſum tollere, ſuſpendere. ASax.* hon *crucifigere; ſi ergo inde ducamus* hodd, *notabit ſublatum quid, ſuſpenſum, penſile, et tum notio armillae, torquis, annuli, erit primaria ſtrictior, circuli l. orbis ſecundaria laxior.* Hángi handar *poëtice vocatur armilla in Edda, quaſi ad verbum: penſilis l. pendulus brachii: ex hac hypotheſi* hadda *f. foret vi vocis ſuſpenſorium inſtrumentum, et* Haddr *m. coma muliebris, Foret propriè coma pendula, promiſſa. Germ.* kette, *Lat. catena, cum priore originatione vocabuli* hodd, *conferri poſſunt. Vide et ſupra* Haudd *et* Geira-höd.

Hodd-mímir, *m. incertum an nom. propr. an appellativum; et inde aeque obſcura* Hoddmímis holt (hold). Vaf. XLV, 3. var. *. *Mimas gigantis n. pr. eſt, apud Horatium,* Mímir *in Edda noſtra.*

Hof, *m. aedes, domus; de antro gigantео adhibetur* Hým. XXXIII. 4. 2) *Fanum;* hofvm ok havrgvm han rædr, *de* Niördo. Vaf XXXVIII. 6. 7. *ASax.* hofe, *domus, aedes, ſpelunca; Lat. Barb.* hoba *praedium, apud Voſſium de Vitiis Serm. Lat. Germ.* hof, *praeter notam aulae ſignificationem, etiam notat aream, cavaedium, circulum. Omnia ſint fortaſſe, vel ab Ebr.* chaph *cavum, cavitas, quod in terrae cavitatibus primitus habitarint homines; vel ab Ebr.* chaphah, chaphaph *texit, operuit, protexit, uti Lat. caſa, unde* hús *domus, ab Ebr.* caſah *texit, Martinio et Voſſio derivatur. conf.* heimr *ſupra ſub initio.* [Hof, *domus ſublimis, in ſublimi poſita, arx, celſum, in ſpecie delubrum. Arxcis,* hörgr. G. Pauli. *quocum facit* Gloſſ. Syrit.]

Hóf. *n. modus, mediocritas, temperamentum, continentia;* hafa ſik á (í) hófi, *ſibi temperare, intra moderationis (modeſtiae) limites ſe continere.* Æg. XXXVI. 2. *et* var. g. Hóf, *à v.* at hefia *attollere.* Tvö erv hófin; ok ratar heimſkr hvörvgt, *à lancibus petitum, de iis, quae prope ad ipſam mediocritatem accedunt, nec tamen eam omnino attingunt, aliquid exceſſus vel defectus habentia, nec tamen in extremis verſantur: medium autem, quod tenent beati, eſt tertium* hóf, ɔ: medalhóf *et* mvndángs hóf: Á hófi, *qs. eo, f. juſto in loco ſtaterae.* G. Pauli.

Hóf, *praeterit. verbi* ek hef *elevo, qv. vide.*

Hollr, *adj. favens, benevolus, propitius; vera einvm* hollr í hvgvm. Sol. XXV. 3. *quaſi ab* hallr *inclinatus, vergens, propenſus, animo ſc. in quem. Sigurdus Peterſen contulit* Gr. ἵλαος *propitius. Inde Germ.* hold. *Dan.* huld. *ASax.* hold *Belg.* hold, huld, houd, *fidus, fidelis, amicus.* Holl regin, *clementes dii.* Æg. IV. 5. Hallr *et ad* hallaſt *vide in Addendis*

Holt (Hollt) *n. colliculus, ſalebra, grumetum (ſit venia verbo); aut Saltus, ſylva, locus ſylveſter.* Vaſ. XLV. 3. Skirn XXXII. 1. *Solum tuberoſum, caetero aliquando altius, infrugiferum, quibusdam ſaxis aſperum, ſive Saxetum editius. Cum hoc vocabulo, perinde ac* Hóll *et* háls; *convenit Lat. collis,* [*et* Gr. κολωνὸς *tumulus, collis.* G. M.]. *Poteſt et forſitan* Hollt *hoc loco* [*ſc.* Skirn] *Silvam denotare, quamvis noſtrae Linguae inſolenter; cum idem certe ſit vocabulum Germ.* holtz, *lignum; et conjunctim haec habuerunt olim quaedam ita dicta loca, ut* Hiardarhollt *in Dalis et prope amnem* Hvitá *in* Borgarfiörd, *nimirum colles, ſaxa, ſilvam* G. Pauli. Hollt *et* hreýſi *jungit* Snorrius *in* Olafsheiga Saga, *oratione Sigurdi Epiſcopi, pag.* 358. *ubi videndi ſunt Interpretes. In* Vavlvndar-Quiþa *videtur* Hollt *Silvam denotare, his verbis de* Vavlvndo *e* Sylva *veniente:* Era nú ſá hýrr er úr hollti ferr: *Neque forte aliud proprie ſignificat haec vox in nota Paroemia,* Opt er í hollti heýrandinær, *ad verbum, Saepe in ſilva prope* [*tectus l. non conſpicuus*] *adeſt auditor; niſi cavernam ſaxeam hic ſignificet* hollt (*conf.* havlkn *ſupra*), *ſicut* Holltaþórr *quibusdam appellatur vulpes, verbo Thorus, o: dominus* Holltorum, *quod cava ſaxetorum incolat. Laxdæla magna cap.* XXIII. *de loco, ubi praedium ſupra memoratum* Hiardarhollt *in Dalis conditum fuit:* þar var havggvit rióðr í ſkóginvm — í þuí ſama hollti let Oláfr bæ reiſa, *i. e. in ſylva ſpatium erat arboribus excifis vacuefactum. — in eodem* hollto *fecit Olaus villam exſtrui; Intermedia, quae hic omiſi, nullam* hollti *mentionem faciunt, adeo ut mihi videntur Auctor Laxdælae vocabula* Rióðr *et* Hollt *tanquam ſynonyma uſurpaſſe; crediderim ergo* hollt *olim notaſſe tam ſylvam ſtantem, quam locum ſylva caeſa denudatum ſ. apertum. Quatenus autem ſylvam l. arboretum notat* hollt, *duci commode poterit ab* ar hylia *tegere, eadem ratione, qua* Skógr *à* σκία, mórk myrk vidr *à* myrkr *obſcurus, opacus. alias conferri poſſunt* Gr. ἄλσος *l.* ἄλσος *lucus, nemus,* ὕλη *materia, ſylva,* κᾶλον *lignum; Lat. Saltus. ASax.* holt, holte, *ſylva, in Ælfrici Grammatica, Belg.* hout. *Angl.* holt, *ſub qua voce* Edw. Lye *tanquam radicem adfert Isl.* holt, *ſylva, teſqua.*

Hollt-

Hollt-riþ, Holt-rib. Hym. XXVII. 9. var. b.

Horfinn, *in pl.* horfnir, horfnar, *participium praeteritum verbi* ek hverf, *eo, abeo, diſcedo, diſpareo, evaneſco;* Heill-ir — horfnar ſyndvz. Hamingivr ætlar horfnar myndv. Veg. II. 3. 4. V. 3. 4. Heillvm horfinn, *quem fortuna deſeruit.* G. Pauli. *Vide* ek Hverf *et alij.* hverfr.

Horn, *n, cornu. Syr.* carna, *Arab.* karn, *Ebr.* keren. 2) *poculi genus apud antiquos, qui in cornubus bovinis ſ. potius bubalinis bibebant.* han — gaf honvm horn fvlt at drecka. Form. Grim. pag. 39. hornvm fvllvm drvckv þeir — miöþ. Sól. LVI. 4. 5. horn *pro* hrím-kalkr *ſubſtituitur,* Æg. *in Proſa pag.* 174. *coll: cum* 173. 3) *in Nomine* Hrvma-horn *l* Hvima-horn, *eſt angulus acutus montis l arcis, extremitas eorum in longum exſerta, extenſa, prominvla, et ſynecdochice ipſe mons l. arx tali figura praedita.* Fiöl XXXVII. 1. var. x. *Ita* Horn *in* Horna-fiördo *et* Hornſtrandis *Islandiae.*

Horn-gavfvgr, *contracte* Horn-gavfgr, *unde in ſuperlativo* hafrar horngavfgaſtir, *de hircis Thori, i. e. cornibus ornatiſſimi, cornuum dono l. cultu inſignes.* Hym. VII. 2. n. 17. *quo* G. Pauli. *adjecit ex Virgilii* Æneid. VII. *hos Verſus:*

"*Cervus erat forma praeſtanti, et cornibus ingens,*

Tyrrhidae *pueri: quem matris ab ubere raptum*

Nutribant Tyrrhusque pater — —

Aſſvetum imperiis ſoror omni Sylvia cura

Mollibus intexens ornabat cornua ſertis,

Pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

Horn-gavfvgr, *ut* vopn-gavfvgr, hialm-gavfvgr, klæd-gavfvgr, *item* hnoſſvm göfgvd ſkrín ok kroſſar *in* Knytl. S. *add.* Gloſſ. Synt *v.* göfvgr. G. Pauli: *conf. Eundem ad* Þrym. n. 30. *Sic et* kona menivm gavfg *dicitur in* Hynd. XII. 1. 2. n. 24. *Poteſt tamen fieri, ut in praeſenti loco* Hým. *cornuum decus et magnitudo per ſe ſpectetur, ſine ornamentis adventitiis, quae ulla in cornubus geſtaſſe hircos Thori, nuſquam quicquam invenitur.*

Horn-meitir, *in genitivo* -meitis, *Thori vocabulum, et* ætt hornmeitis *Dii; utrumque ex Gunnaris Pauli conjectura.* Hým. XXXIX. var. u. *conf. Eundem ad* Hým. n. 44.

Hórr, *m. genitivo* hóſſ. Æg. XXXIII. 3. *accuſativo* hór *et* hó. Æg. LV. 6. Harb. XLV. 1. *amaſius, concubinus, ſuprator, adulter, moechus.* Æg. XXX. 6. XXXIII. Harb. *loc cit. Aut rivalem, aut concubitum, adulterium, notat* Æg. LV. 6. *ubi* G. Pauli *ita:* "Einn hór, ok af Hlórrida, *eodem conſuetudini licitae*

citae atque illicitae indito vocabulo. ok var þat sá inn lævísi Loki, Sc. sem þat giördi, *conciſe dictum. Vel alio modo, ſcil. ut bis intelligatur, quod ſemel dicitur vocabulum* hór, 1. *pro commixtione*, 2. *pro adultero. Ulph.* horos *ſunt adulteri. Sclavon.* kurwa. [*Gr. Barbar.* κόρβα, *Lat. Barbar. curba*] *eſt meretrix; ASax.* horcwena (*nobis* hórkona), *Angl.* whore *meretrix, ſcortum, ASax.* hor (*inquit Junius, ſed eam vocem ſimplicem non invenio apud Somnerum*), *Alam.* hvar, huor, [*Germ.* hurc] *Dan.* hore, *Belg.* hóere, *Vet. Belg.* huere. *Junio, unde haec maximam partem excerpta, ſunt vel ab* hueren [*Dan.* at hyre] *conducere mercede, idque omnium jam olim miro conſenſu, ut ille ait, prorſus ut Graecis Meretrix dicta eſt* πόρνη *a* πέρνάω, *vendo; immo et Latinis Mulier vulgo quaeſtum corpore faciens dicta Meretrix, a Merendo. Notum eſt illud Ovidii Amorum* Lib. I. Eleg. 10.:

Stat meretrix certo cuivis mercabilis aere,
Et miſeras juſſo corpore quaerit opes.

Vide interim (*pergit Junius*) *annon ASax.* hor *potius videri poſſit detruncatum ex* ὡραῖα, *pulchra atque in primo etiamnum flore aetatis conſtituta; quod tales plerumque ſint mulieres quaeſtuariae, aut ſaltem videri laborent. hactenus Junius. Cujus ad poſteriorem derivationem ego quidem magis inclino, analogia ductus, qua Scortum Gallis belle fille, pulchra puella, et Anglis* prette wench *elegans puella, nuncupatur. Aut* hórr, *m. nom. perſonal. et femin* hóra *ſunt à* Gr. κόρος, κοῦρος, *puer, juvenculus;* κόρη, κούρη, κώρα, *puella, pulchra mulier, et vel idem cum hiſce ab initio ſignificarunt, vel certe amaſium, et amaſiam, propterea quod aetatula juvenilis amoribus maxime apta maximeque dedita ſit; poſtea vero ab hac honeſta ſignificatione ad turpem illam, in qua* hóra *cum ſuis cognatis adhuc ſupereſt, (nam* hórr *de perſona jam dudum adeo obſolevit, ut, praeterquam in Edda noſtra, nuſquam mihi, quod meminerim occurrerit.* hórr *adulterium, ſcortatio, non eſt inſolens quidem, ſed neque admodum frequens vocabulum) ad illam igitur nefandam ſignificationem detorta ac reſtricta ſunt, quod multis vocabulis, multis in linguis accidiſſe notum eſt: e. gr. Angl.* wench, *mihi ab Lat. juvenca, et puellam et ſcortum denotat obſervante Junio ſub voce* Harlot *meretrix, ſcortillum; Angl.* Quean *meretrix, ſine dubio ab noſtro* kven, kvæn, kuan, kuon, *mulier, uxor,* Gr. γυνή. *Neque abſurde ab* Gr. ἐράω *amo,* ἔρως *amor, quis deduxerit* hórr *et* hóra, *eadem ſub hypotheſi. Sed ſi haec uſque ab initio ſuo turpiter et impure ſignificarunt, non video unde magis congrue arceſſantur quam à* Gr. κόπτος *flerens,*

stercus, quomodo et Scortum fortasse venit à σκώρ, *unde et* hórr *esse potest, objecto sibilo.* [Hure, *olim Anglis, meretrix. hanc Scorti denominationem Mer Casaubonus de Vet. Lingu. Angl. pag.* 292. *refert ad* κόρη *puella, filia. plane ut Gallis* garce *tam puellam quam meretricem significat. Ex Junio, sub* hure].

Horskr, *adj. animosus.* Skirn. IX. 6. *ubi exponitur per sapiens, quomodo certe significat in* Háva-málvm *his verbis:* heimska úr horskvm giörir havlda sonv sá enn máttki mvnr, ɔ: *stultos ex sapientibus facit potens ille amor.* 2) *Superbus, aut Sagax, in* horskir hrafnar. Fiöl. XLVI. 1. *ad posteriorem interpretationem pertinet; quod Corvus in Edda dicitur* Viti *sciens, et ei epithetum* viti (vitz) borinn, *sagacitate nativa praeditus, tribuitur à Thiodolvo poëta apud Snorrium* Tom. I. *pag.* 40. *ibi enim in sensu conjungenda sunt* hergammr viti borinn, *quod non adverterunt Interpretes, dum* viti borinn *ad Ottarum retuleruut, et* þann viti borinn *junxerunt in sensu, genio Linguae minus convenienter.* 3) *Scitus, lepidus, elegans, concinnus, decorus;* iþ horska víf. Sol. XIV. 5. *origo et proprietas nominis hujus mihi est ignota, nisi primo significatu referenda sit ad* hárr *sublimis.* moþum horsce *occurrit apud Somnerum in Dictionar. ASax. de Tribus Adolescentibus in fornacem conjectis, et redditur ab Eo, magnanimi; ubi et monet eam vocem quoque de* Mose *usurpari.* Horskr *sapiens forte est diversum nomen, formatum ab* at horva *tueri, spectare, quasi* horfskr, *et ex hoc etymo proprie perspicax, l. prudens.* horskr *elegans vel indidem est, quasi spectabilis* (*nobis* sielegr); *vel convenit Germ.* hubsch *venustus, lepidus, concinnus, quod forte ab nostro* at hæfa *decere; adde* hæverskr *modestus, civilis, urbanus.* [Horskr, *alias et* hoskr, *dictum videtur quasi* hosadr, *caligis* (brynhosvr) *instructus, quod fidentius se gerat armatus; quam inermis. Vulgatum est:* þó ek (hann) væri (se) ecki á hosvnvm, *non obstante aliquo defectu.* G. Pauli.]

at Horva, *tueri, spectare;* — heimi úr. Skirn. XXVII. 3. *vel ab* at hverfa *vertere, quasi faciem, oculos, adspectum, aliquo convertere; vel ab* Gr. ὁράω *video.*

Hoskr, *pro* horskr. Fiöl. XLVI. 1. var. x. Sol. XIV. 5. var h. *Forte conv.* kaskr *validus, alacer, Ebr.* chasach *fortis.*

Hóss, *pro* hórs. at fá ser hóss. Æg. XXXIII. 3 *genitivus ab* hórr; *uti* Sióss *maris ab* Siórr, jóss *equi ab* jórr, máss *gavide à* márr.

Hót, *n. alias* Hæti *supra adlatum;* Hóti beztr *paullo optimus.* Hynd. XXX. 2. n. 57. *vel est minutia, minimum quid, quando*

quando conveniret 'Lat. *Barb.* hetta *perparum quid et viliſſimum*; Gr. ἥττων *minor*, *et verb.* ἡττάομαι; *Ebr.* katon *parvus*, *minimus*. *Vel* Hot *et* hæti *idem ſunt ac* heiti, *aut certè inde orta*, *et ſignificant rem*, *quae aliquod habet nomen*, *vel aliquo nomine poteſt deſignari*, Þat ſem nafni tiáir at nefna, *quod nomine nominare eſt*, *ut dicere ſolemus*. *Aut* hót, *pro* hvat *quodcunque*, *qualecunque per contemtum*, *unde* hóti beztr, *quomodocunque* (*utcunque*) *optimus*, *Nobis* i-ſkáſtr. *Vide ſequ.*

Hót-vætna (Hót-vetna) Skirn. XXVIII. 3. *Quicquid eſt Vættarum*, *geniorum*, *creaturarum* [*entium*, *Gall. des Etres.* G. M.] Hót, hæti, *aliquid*, a: hvat? *de quo quaeri poteſt per* hvat? G. Pauli. *conf.* Vetvr, vætvr, vættvr. *Aut* hot *in hac voce* à hvat *quodque*, *quodcunque*, *unde* hvatvetna, hvetvetna, *idem.*

Hræda, *f.* horror, *terror. proprie f. uſualiter terriculum*, *terriculamentum*, *res horrenda.* † hrædv hiarta. Sol. III. 4. var. l. *vid ſequ.*

Hræddr, *adj. timidus*, *proprie tremulus*, *tremens*, *tremebundus*, *trepidus.* hræddv hiarta. Sol. III. 4. *i. e. palpitante corde*; *conf. locum* Fóſtbrædra-Sagae *ſuperius ſub* Hirtir *inſertum. Spec. Reg. pag.* 536. *de protoplaſtis lapſis*: Bárv Þau hræddan allan lík-hamm ſinn, *ubi utrumque Interpretum conſule.* Hrædſla *f. palpitatio*, *trepidatio*, *tremor*, *horror*; *unde* Hrædſlv-fvllr. Sol. XLIII. 3. n. 37. *conf.* Gloſſ. Synt. *in verbo* at hræda. *Cognata ſunt Lat. Horreo*, *item noſtr.* hryggr, *ei* at hriſta, *quod vide.*

Hræ-ſvelgr, *m. n. propr. gigantis*, *aquilina ſpecie praediti*, *ventorum parentis.* Vaf. XXXVII. 1. *ſequ.* n. 36. *Valet Carnivorus*, *l. crudivorus ab* Hræ *cadaver*; *et proprie*; *ut opinor*, *nomen l. epithetum eſt aquilae*, *translate gigantis*, *ab Aquilae forma quam praefert.* Hræ *et Lat. caro fortaſſe ſint cognata*; *aut* hræ *eſt ab* Gr. ῥαίω *corrumpo*, *deſtruo*, *certe* Skip-hræ *vocatur navis lacera in* Grettis-ſaga. *Aliud Etymon* τῷ Hræ, *non minus plauſibile*, *dat* Gloſſ. Gvnnl. S. *ASax.* hreaw *crudus item cadaver*, hræw *cadaver*, hrá-gyfra *funeſtus* hralic *funebris*, *eo pertinent*; *item Alam.* hreu, hreo, *cadaver.*

Hræra, *movere.* Hým. XXXIII. 6. Gr. ὀρώρω *excito.*

Hræzla, *f pro* hrædſla. Harb. XXV. 3. *pavor*, *formido*, *vide modo* hræddr. *Dan.* Rædſel.

Hraſn, *m. corvus.* Horſkir hrafnar. Fiöl. XLVI. 1. *ſeqq.* Heliar hrafnar. Sol. LXVII. 4. Gloſſ. Synt. *ASax.* hræfn, hræmn, hremn, hremm. *Alam.* raben. *Angl. Belg.* raven. *Dan.* ravn. *Germ.* rabe. *Ebr.* oreb. ῥάφοι, ὄρνεες τινές, *Heſychio apud Junium.*

at Hrapa,

at Hrapa, *ruere, praecipitari, dejici, peſſum ire,* at þeim mvndi heill hrapa. Sol. IX. 3. Gr. ῥέπω *vergo, propendeo, inclino,* ῥίπτω *projicio, praecipito.*

Hrárr, *genitivo* hráſ (*ut* háſ *ab* hárr *altus,* ſmáſ *à* ſmárr *parvus,* táſ *à* tárr *paucus*) *crudus; item de ligno viridis;* ek geck — til hrás vidar, — *ad ſucculentum arboretum, vertente.* G. Pauli. Skirn. XXXII. 1. 2. *invenitur et demta adſpiratione* rárr, *ut in Edda noſtra:* á rótvm ráſ vidar. *conv. Angl.* raw, *Alam.* ro, *Germ.* roh, *Belg.* rouw, *Dan.* raa, *ASax.* hreaw. *Lat. crudus, et rudis adj.*

Hráſ, *ſub praeced.* Hrárr.

at Hrata, *unde neutr. participii* hrataþ. Alv. I. 4. *uſitate eſt lapſare, ceſpitare, cernuum* (*praecipitem*) *ferri l. agi, ab* at hrióta *ruere, deciduum agi; inde translate* † *offendere, hallucinari, peccare,* Ibid. *n.* 2. *Aut inſolenti notione* 2) *praecipitare, praefeſtinare, praepropera* (*praecipiti*) *feſtinatione inſtare, itineri l. negotio. Aut* 3) *adſpiratione addita, pro* at Rata *gradi, ire, proficiſci. vid. not. citatam.*

Hraun-búi, *m. aſpreti incola, gigas.* Hým. XXXVIII. 5.

Hraun-hvalir, *m. gigantum adpellatio.* Hým. XXXVI. 5. *conf.* Var. a. *pag.* 142. Gloſſ. Sym.

Hravnn, *f. genitivo* hrannar, *Amnis nom. propr.* Grim. XXVIII. 5. *forte Rhodanus Galliae* (Róne, Rhone). *Alias* Hravnn *fluctus, ab* at hrynja *ruere, aut ab* at renna *fluere, ut Fluctus a Fluo; Verba autem* at renna *adſpiravit Vetus Poëta in hoc:* Hrann lid búand-manna, i. rann *fugiebat.*

Hraún-valir, *ſ.* valar, *nam accuſativus eſt* -vala, *gigantum adpellatio.* Hým. XXXVI. 5. var. a. *conf. ſuperius* Bergdánir. τῷ Hraún *forte cognata ſint Lat. Rudus, randus, item Germ.* Rauh *aſper, ſcaber, rudis.*

Hravþvþr, *m Ignis Vocabulum poëticum.* Alv. XXVI. 6. n. 57. ek hryd, hraud, at hrióda, *vaſtefacio, vaſto. adſine* Hravdvngr, *viri n. propr.* Form. Grim. *pag.* 36.

at Hraþa, *feſtinare; unde neutr. participii* hraþaþ. Alv. I. 4. var. b. *ab* hraþr *celer, properus, promtus. ASax.* hrade, *agilis, celer, alacer,* to hrade *praeceps, forte ab* at renna *fluere, currere, potius quam ab* Gr. ῥᾴδιος, ῥηϊδιος, *facilis, proclivis, quod cum Angl.* ready *promtus, expeditus, Junius contulit.*

Hreckr, *m. in pl.* hreckir, *fraus, dolus, crimen, peccatum.* Sol. XXX. 1. var. *Germ.* Ranck, *Dan.* Rænke, *in pl.* Rænker. Gr. ῥικάω *decipio.* ῥικνὸς, ῥοικὸς, *curvus.*

Hreim-galkn, *n. pl* -hrvtv (hlvmdv, *conf.* hlymr *et* at hlymia). Hým. XXIV. 1. n. 36. *De* galkn *vid. Indicem* Landn. *in voce* Fiongalkn, *opuſculum doctum*

et

et laborioſum. Hreinn *et* Hreindýr *eſt* machlis, rheno, *animal ſuo certe* (*admiſſurae*) *tempore ſatis ferum ſaevumque.* G. Pauli. Hreinn, *Suec.* Ren, *ASax.* hran; *lidem Damam* ran *et* ra *appellant, uti et Belgae* reen, reyn, reyner *et* reynger; *quod vel ideo annoto, quia veriſimile eſt, aliquando. haec animalia, ut cognati generis, eodem nomine adpellata fuiſſe. Nicotus apud Menagium in Origg. docet* Rangier (*Gallis*) *eſſe animalis genus inter cervum et damam medium.* — *Alii à puritate* (*ab* hreinn *adj.*) *alii á pedum velocitate* (*ab* at renna, *unde ortum eſt Germ.* Rennthier) *animal nuncupatum volunt.* — Reun *in Lingua Armorica dicitur notare ſetam ſ. pilum craſſiorem, qualem revera haec animalia habent;* — *idem inculcat Pelletierius in Dictionar. Britann. voce* Rean. *Petrus Gran in Diſſertatione de Rangiferis docet, Lapponas animal in genere* raingo *nuncupare, et rangiferos ſpeciatim: quumque hoc unicum animantium genus ſit, quod illorum conſtituit opes, probabile eſt, nomen hoc ab illis ad ceteras nationes dimanaſſe. Haec ex Ihreo excerpta. Damula vel caprea, vel dorcas, in Ælfrici Grammatica Angloſax: exponitur* hræge. Hranas, *apud Somnerum, ſunt Rangiferi, cervi quidam cornibus ramoſis, Angl.* Raine-deer. *Lapp.* Ravnok *apud Cn. Leemium in Nomenclatore eſt* Rangifer *domitus:* Rodno, *pl.* raanok, *apud Eundem dicitur* Rangifer *femina adulta, per annorum vices foeta aut ſterilis.* Hræn *ASax. eſt caprevlus,* Ran *capra, apud Somnerum.*

Hreinn, *adj. purus, mundus, terſus, caſtus, ſerenus, nitidus, clarus, innocens, intaminatus.* Sál hans ſkal lifa (í) hreinv lífi: Sól. VII, 4. *ſequ.* var. b. Hreinir Kyndlar. Sol. LXIX. 4. Hrein-lífi. Sól. VII. 4. Hreinliga *munde, laute.* Sol. LXXIII. 2. 3. *Germ.* Rein. *Dan.* Reen. *forte ab* Gr. καθαρὸς *per literarum transpoſitionem; Aut, ut quidam volunt apud Junium ſub* Neat, *à* Gr. ῥαίνω *adſpergo, aqua perfundo: ſic Angl. clean purus, mundus, à* κλύζω *abluo, eluo: Germ.* Lauter, *Dan.* Lutter, *à* λύω *lavo,* λυτρὸν *Lavacrum; Angl.* Neat, *Gall.* Net, *nitidus, mundus, Lat. Niteo et Nitidus, à* Teuton. natten, *l.* netten *humectare, proluere; et* Gr. νίπτειν, νίζειν, *lavare, abluere. Haec partim ex Junio.*

Hreyſi, *n, in pl.* hreyſar *m. habet* Oláfs-helga-Saga *ex* Mbr. *à Magno Einarſono exſcripta, ubi in Snorrio editum video* hreýſi, Cap. CCXXX. pag. 358. *eſt ergo vocabulum heterocliton; imo invenio* hreýſar *f. pl. latibula ferarium, ab* Oddo Johanneo *ex* Edvardar Saga Helga Codicis Flateyenſis *annotatum; ſic et* Holltar *m. pl. Snorrio dicitur, quod Thiodolvo poëtae vulgari modo*

Hollt

fato. Sídr *Adject. eſt Demiſſus, promiſſus, deorſum majorem in modum pendulus, de barba et veſte dici ſolitum,* et Sídd (*f. g.*) á fati, *Veſtis prolixitas. Hoc ipſum de Sole multum declinante dictum quoque videtur* Síd ſól, *qui et ſenſus forte fuit* Hnikaris *in illis*: Engi ſcal gumna í gögn vega Síþſcínandi ſyſtor mána, *ubi tam ſero lucens, quam humiliore ſtatione lucens, intelligi poteſt; et quemadmodum dicitur* Víd *et* Vídd *a* vídr (*unde* á víd og dreif, *et* á vídum úti) *a* Vídr, *adject. ita quoque* Síd *et* Sídd *a* ſídr, *qua ipſa voce dicitur* um Síd, *tempore ſolis declinantis, et pluraliter* um Sídir, *per declinantes ſcil. ſoles.* ɔ: *eo magis magisque declinantes, quomodo et forte ſuo ſenſu, ſeu ex oppoſito ἀναλαι apud* Græcos *intelligenda. Adverbiaſcit autem vox* (um ſídir, *et poët.* um síd) *cum idem ſignificat ac Tandem, adeo ut hic tandem ſolus uſus obtinuerit, quod idem plures expertæ ſunt fatum. Sed particula ſeu præpoſitio* um *adverbiis adjungi non ſolet; licet enim opponatur* um ſeinna, *reſpondetur, ibi* um *vel redundare, vel* ϑὸ ſeinna *Adjectivum eſſe, non Adverbium. Ex dicta autem origine, non mirum eſt* Síd, *ſimplex et in compoſitis, et hinc ductum Adverbium* ſídla, *Sero ſignificare, cum hæc ſe mutuo ponant et tollant.* Sídbrýnn *l.* ſídbrýndr, brúnſídr, *et* Síd þoka í ſíöllum, *latiorem, quam primum indicavi, oſtendunt uſum adjectivi* Sídr. *Sed de his jam ſatis, cum plura (ſed hinc fluentia) ſe ſponte oblatura ſint latius cogitanti. Ad dictionem* Síd ſól, *addo, quod inter ſcribendum excidit,* Síd nótt, *occupante jam majorem coeli partem noctis umbra, et magis magisque ad ima occaſus tendente: et quemadmodum dicitur* ſíd *vel* ſídla dags, *ita quoque* síd um aptan, *late patente iſtarum locutionum uſu; qui reſpectus tandem referitur, cum dicitur* síd um nott *vel* -nætur. *Similis eſt ratio vocabuli* nid, *interlunium, ultima lunæ (non apparentis) tempora, a* nidr, *deorſum, vel* nidri, *infra, in loco depreſſiore, infra conſpectum vel horizontem; quemadmodum in* Grettis ſ. medan lönd erv nidri. *Et hoc ipſum vocabulum* (nid) *aliquando ad ipſa noctis tempora ac tenebras translatum animadverti, tum ad Solem lucemque infra terram latentem habito reſpectu.*

Síþgrani, *m. Odini vocabulum.* Alv. VI. 3. n. 15. Grön, *barba.*

Síþhöttr, *Odini nomen.* Grim. XLVI. 8. *quaſi Promiſſo cucullo tectus.*

Síþſkeggr, *Odini nomen.* Grim. XLVI. 8. *promiſſa barba præditus.*

Siþo (Siþv) Æg XXXII. 5. *Vox hæc, ut et Locus integer, eſt ambiguæ atque adeo obſcuræ ſignificationis; tentemus*

aliquid, quod ad eam illuſtrandam faciat, ſi tamen ullius lucis capax eſt. Poteſt ergo 1) Siþo, *ſcriptum per* i *lene, eſſe Accuſativ. plur. a* Siþr, *mos, pro Ablativo poſitus; atque* Siþo blíþ, *quaſi* Siþum blíþ (regin), *id eſt, Placide morata numina, quam acceptionem ſequutus ſum in verſione mea. Eodem, quod ad vocem* Siþo *res redit, ſi* Regin *Reginam accipere volumus, vel* Siþo *pro* ſiþa *in gignendi caſu poſitum eſt, uti* lavgv-navtr *pro* laga-navtr, *Conſors, commilito; falluntur enim qui* Lavgv-navtr *aliter interpretantur.* Siþo blíþ *ergo pro* ſiþa-blíþ *redderet ſenſum modo ante memoratum.* 2) Siþo *forſan ſubſtitutum hic ſit pro* Sinno, ſinnv, *ſenſu, animo, a Nominat.* Sinna, *ſenſus, ratio, mens, et quidem hic præcipue intelligeretur Cura, ſolicitudo, ægritudo ex amore, quaſi* Freyia *per veneficia immiſerit* Freyero *amorem* Gerdæ *immoderatum, de quo in* Skirnis-för *agitur, et ordo verborum fort:* blíþ Regin! Sítztv ɔ: ſíþir þú (ſíddir þú) ſiþo at bræþr þínum. *Aut* 3) ſi Síþo *per* í *grave ſcribimus, ſenſus exiſtit alius, neque is unus, nam* a) *vel eſt generis maſculini vel fœminini: ponamus ergo eſſe gen. maſc. atque ita erit accuſat. pl. a Nominativo ſing.* Síþr *l.* ſídr *pro* Seiþr. *et ordo verborum:* Sítztv ſíþo at bræþr þínum, *ut ita dicat* Lokius Freyiam *plures inſtituiſſe magicas operationes ad nocendum* Freyero, *neque unam operationem fuiſſe ſatis: atque ſic in* blíþ Regin, *fem. ſing. amarè foret Ironia in* Freyiam. *Faciamus b)* Síþo *eſſe gener. fem. ita valebit* Síþo, *Operatione Seidica, incantatione, et* Sítztv síþo *pro* þú síþir (Seiddir) meþ Síþi (ſeidi), *Incantatione incantaſti amica numina adverſus fratrem tuum. et ita* Síþo *foret Ablativus cauſæ l. inſtrumenti. aut: Incantaſti incantamentum adverſus fratrem, amabilis Regina, per Ironiam. ita* Síþo *erit Accuſat. ſing. utrobique a* Siþa, *inſolenti quidem voce, ſed ad analogiam tamen haud inepte formata; aut denique ſi* Síþo *in Dandi caſu accipiatur,* Síþo blíþ regin, *Veneficiis dedita Regina, aut Incantamentis indulgentia numina, exponendum eſſet, quod ultimum placuit Viro ampliſſimo* Sc. Thorlacio. *Hæc eſt mea ſymbola ad locum huncce difficillimum, nunc* G. Pauli *audiamus.* „Sítztu, Síd (lídan) es (er) þú at, át, átt, átz *l.* átſt, *deguſtaſti,* Síþo-regin, *pluvias laterales l. Seidicas.* blíd regin, *pluvias jucundas.* Regin, *neutr. plural. alius* regn: *neque enim hic numinis l. numinum vocabulo locus, ut verbis junctim ſumtis ſenſus aliquis annectatur. conſentit quodam modo cum hac corporum commixtione*

tione horum numinum hinc inde deprehenſa confuſio, de qua ſuis locis de Diis agens Peril. Suhmius."

Skadi, *nom. propr. Mulieris Giganteæ,* Niördi *conjugis.* Hynd. XXVIII. 7 *ad* 9. Grim. XI. 2. 3. 4. *Vis nominis latet; nam Damni notio non convenit, ceteres enim tam infauſtis nominibus non utebantur.* Skadi, *Pica, citta,* Gr. κίττα, *eſt nomen Avis garrulæ.*

ek Skæli, *præt.* Skældi. Harb. XXXVII. 3. *var.* k. Gr. σκολιὸς, *tortuoſus.*

Skæting, ſkötíng, *f. ſing. Sermo petulans.* Harb. LVII. 2. *uſitatius eſt* Skætíngr, *m. Dicteria, verba prætextata. ad Verbum* at ſkióta, *jaculari, referri poteſt. et hinc forte per crafin* Skútyrdi [*et* at Skattyrda *rixari.* Hryggiarſt. Skútyrdum ſkióta, *dixit* Hallgrimus *in* Moribus Seculi]. at Skúta einn út, *graviter objurgare.* G. Pauli. *Meliuſ hoc eſt, quam a* Skot, *angulus, anfractus, circuitus, quò mea ſpectabat Verſio.*

at Skaka, *agitare, concutere, quaſſare.* Vængi þeir ſkókv. Sol. LIV. 4 Æſir ſkókv ſkiöldv ſina [*ſc. haſtis,* bördv á, *indignantes ac minitantes* G. Pauli] *a prim. præſ.* ek ſkek, *Infinitivum* at ſkekia, *video in* Orkneyia ſ. *Indice, ſed bona fide dicam, non datur ille in lingva noſtra.* Angl. Skake, Belg. Schocken, *quatere, commovere.* Gall. Schoquer, *impingere,* Schock, *impulſio, offenſio, Nobis* Skak.

Skackr, ſcaer, *Obliquus, diſtortus,* — banni. Hym. XXXVII. 6. Lat. Scævus, Gr. σκαιὸς, *ſiniſter,* σκάζω, *claudico.*

Skáld. Grim. XLIII. 7. *a* Gr. ψάλλω, *quaſi* ψάλτης; *confr.* Ebr. Zalal, *tinniit. item* Germ. Schall, Schallen.

Skáli, *m. Tectum, domus, ædes.* Skirn. Prolog. *pag.* 69. *alias Aulam notare invenitur interdum apud Antiquos, ut in hoc* Sighvati *ad* Olaum *Regem:*

Allr er þeckr meþ þollum
Þinn Skáli mer innan.

et in Grípis-ſpá *Autoris noſtri:*

Gengr or Skála
Skatna drottinn.

at Skapa, *formare, fabricare,* — Skip. Grim. LXII. 3. 4. Gloſſ. Synt. *et* Niálæ.

Skap-ker (Skapt-ker) *n. Crater.* Grim. XXV. 3. *n.* 15. *et var.* e. Hrafn. XIX. 6.

Skapt, *n. Haſta, pilum, telum.* Grim. IX. 4. *Sic Vocem hoc loco accipiendam cenſet* G. Pauli, *et id ſine dubio recte, quod tam ex contextu loci apparet, quam ex aliorum Autorum locis, nunc affereudis.* Edda Cod. Wormii:

Enn kveþ ek heita
Öll Vapn ſaman
Skavpt, ſkavg ok ſnavr.

Stiörnu-Odda draumr: hverr maþr, er Skildi má valda, eþa Skapti ſkióta. Sporrius *in* Olafs helga Saga *Cap* XCIV. *pag.* 320. *Edit. Hafn.* ek ætla hann eigi muno eino Skapti ſkióta móti Olafi Konóngi. ASax. *in* Gloſſ. Ælfrici: Aſta (*i. e.* haſtá.) Quiris, Sceaft; Angl. Shaft, *telum ſagitta; conv. porro* Lat. Scapus, ſcipio, ſceptrum. Virgil. *etiam in* XII. Æn. Haſtilia *pro* Telis *poſuit his verbis:*

Stridentque Haſtiſibus *auræ.*

Skatnar, *m. pl.* Hynd. XX. 6. *Proceres, primores, item poëtice Viri quilibet.* Skati Haldani filius, *ſi* Eddæ *fit fides, huic appellationi originem dedit, quod ejus Commilitones appellarentur* Skatnar *ex Ducis ſui nomine.* Skati *alludit ad* Gr. ἔσχαλος.

Skaugvl, *in Genit.* Skavglar, *nom. propr. Erinnyos bellicæ, et Pocillatricis* Odini. Grim. XXXVI. 3.

Skavkvll, *m. Temo.* Hym. XXXVII. 5. Þrym. XXI. 3. *ab* at Skaga *prominere, protendi, in longum exſerere ſe; potius quam ab* at ſkaka, *ob concuſſionem perpetuam inter aurigandum. Interim adludit* Gr. ζεύγλη, *ſignificatu fere congruum.* Skavkvll á heſti, *membrum equi genitale, ab ſimilitudine quadam cum Temone nomen obtinuit.*

Skaull, *incerti Generis et flexionis, nom. propr. Lupi, qui ſolem pone ſequitur.* Grim. XXXIX. 1. 2. Skaull *in plurali, Clamor immanis, præcipue Cachinnantium, vix huc pertinet: potius* Skaull, *lupus, retulerim ad* Gr. σκύλλω, *vexo, aut* σκολιὸς, *obliquus, diſtortus, tortuoſus, Nobis* Skældr; *adde* Skolli, *nomen Vulpis, quod huic ſine dubio ab indole tortuoſa o: vafra inditum eſt. Etſi* J. Olavius *a* Cilleo *ducat, quod ſignificat Moveo.*

Skavllgiarn, *adj.* Hynd. XXVIII. 9. *var.* *. Thiaſſii *Gigantis epithetum; vel a* Skolli, *vulpes,* Skollr, *dolus, vid.* Skavll; *vel a* Skavll, *Sermo clamoſus, cachinnus.*

Skavr, *f. Caput.* Þrym. I. 7. Skarar fiall. Hym. XXIII. 6. *n.* 34. [Skavr, *f. g. Sinciput, a Verbo* at ſkera, *a raſura ductum, quod et interdum ad barbam referendum videtur; unde* Skörúngr, *vir gravis, barbâ, ſapientiâ, conſtantia, auctoritate venerandus.* Háfiall ſkarar, *altus Sincipitis vel raſuræ mons, Caput, conf. de* τῷ höfud *ſupra.* at giöra Skör ſína eptir, *caput objectare periclis (dubitem ſane de hac interpretatione; mihi foret aliquid negotium aliis rebus antevertere l. prævertere.* G. M.) G. Pauli]. Skavr, *ab* at ſkera, *ſecare; anterior capitis pars radi ſolita.* at ſkera hár. Har. S. Hárf. Hárſkurdir Norrænir. Kr. R. Víkverja. *Idem alio loco. conf. Me* Indice *ad* Húngrvakam.

Skaut-

Skaut, *n. in compoſita voce* Himinſkaut, *Limbus, Lacinia, extremitas, proprie de Veſte, et inde ad alia translatum.* Hynd. XIII. 7. 8. *ubi habetur:* Hvarfla Þóttv hanz verk meÞ himin-ſkautom, *de rebus geſtis viri celebris. Ita* Gunnlavgr Múnkr *in* Merlíns Spá:

Hanz HróÞr fara mvn
MeÞ Himin-ſkautum.

Aliis verbis idem dixit Einarr Laneicrepus poëta, *apud* Snorrium Tom. I. *Pag.* 245. *Stroph. Carm.* 5. 6. *et* 8. Skaut *forſan iſto ſenſu referendum ſit ad* Gr. ἴσχα⌋ος, *et noſtrum* Skot, *angulus; cognata vox eſt* Skútr, *puppis.* Skaut *etiam Sinus, velum, tegmen;* ASax. Sceate, Scete, Scyte, *Veſtis, ſagum, ſudarium.* Angl. Sheet, *Lodix, a noſtro vet.* Ský, *velum, quod occurrit in* Niáls-Saga, *Cantilenis* Darradi. *ab* Skaut, *poſteriori ſenſu accepto, eſt* Skaut-giarn, *ad verb. Se operiendi aſſvetus,* forma *ſc.* adſcititia; *aut quaſi Tegmen adpetens, Epithetum* Thiaſſii *Gigantis.* Hynd. XXVIII. 9. *var.* *.

ek Skef, *rado,* Skef af, *abrado, detergeo,* Þat ſkefr af, *abraditur, Impersonal.* Þat hefir eik er af annari ſkefr, *proverb.* Harb. XXI. 1. 2. *n.* 22. *conv.* Lat. Scabo. *adde* Gloſſ. Niálæ.

Skegg, *n. Barba.* Þrym. I. 5. ASax. Sceacga, *a* Ský, *quatenus Velum et tegumen notat. conf.* Niála *pag.* 276. *lin.* 3. *et Verſionem ac Notas* J. Jonſonii *pag.* 606. Gr. σκέπω, *tego. Alias* Skegg *referri quiverit ad* ſká *ſecare,* Gr. σχάω, *quemadmodum* Caeſaries *a* caedo: *Aut denique eſt ab* at Skaga, *eminere, prominere; unde et* Skeggia *et* Skegg-öxi, *ſpecies Securis, alias* ſnag-hyrnd öxi,

Skegg-ölld (Skeggiölld). *Nom. propr. Erinnyos bellicæ et Pocillatricis Odini.* Grim. XXXVI. 3.

Skeidbrímir, *m. nom. propr. Equi.* Grim. XXX. 2. *quaſi Curſu ardens; alias Equus in* Edda *periphraſtice vocatur* Reidar-brími. *Vide* Skeid *in* Gloſſ. Niálæ.

ek Skelfi, *quaſſo, aut etiam Cædo, percutio.* Harb. XXXVII. 3. *var.* k. Gr. σκύλλω, Lat. cello *in* Percello. Skelfdu aſka, *in* Rígs-Þula, *vix poteſt aliud eſſe, quam Arbores ceciderunt l. dejecerunt.*

ek Skell, *præt.* ſkall, *et* 3. *perſ. pl.* ſkvllv, *cum ſonitu l. fragore allidor ſ. illidor.* á hælvm hríngar ſkvllv. Hym. XXXIV. 8. Teuton. Skellan, *perſtrepere, perſonare cum quodam tinnitu,* Gloſſ. *Lipſii* Irſcal, *quaſi* Erſchallet, *Increpuit, ſonorum crepitum edidit.* Germ. Schelle, *Tintinnabulum.*

ek Skelli, *præt.* Skeldi, *elido, adfligo, verberibus ſonoris tundo.* Þær ſkeldo ſkip mitt. Harb. XXXVII. 3. *ab ſeqq.* Skellr, *conf.* Lat. cello, percello, Gr. κέλλω,

κέλλω, *ſibilo præfixo*, Germ. Schellen, *percutere, quaſſare.*

Skellr, *m. Ictus l. flictus ſonorus.* Þrym. XXXII. 5. Germ. Schall, *ſonus, ſonitus*; Angl. Shill, Scot. ſcill, *ſonorus.*

Skemma, *f. Gynæceum, virginum exedra l. diæta.* Skirn. Prolog. *pag.* 68. *olim et hodie etiam de aliis ædificiis uſurpatum eſt. vel ab* Skammr, *brevis, l. ab* at ſkemma, *ſecare, ut ſit Domus ab aliis ædibus quaſi abſciſſa, i. e. diſcreta, disjuncta; alias ad* Gr. σκέπω, *tego, poteſt referri.*

Skemri, *brevior, minor; truncatus, mutilatus, decurtatus.* at láta einn höfþi Skemra, *Capite minorem reddere quem,* ɔ: *caput ei amputare.* Hym. XV. 1. 2. *Comparativ. a poſitivo* Skammr *brevis, curtus, parvus, minutus. Conf.* Skadd *in* Niálæ Gloſſ.

ek Skenki, *præt.* ſkenkti, *Infin.* at Skenka [ſkenkia], *infundo potionem, pocillor, propino.* Æg. X. *in proſa Pag.* 155. Gr. σπένδω.

ek Skerdi, *ascido, circumcido, attero, attenuo, imminuo.* Grim. XXXV. 6. *ab* ek Skerr, *ſeco, ſcindo.*

Skiálf, *in compoſita voce* hlid-ſkiálf, *ibi quantum fieri potuit, expoſitum eſt, quo addo* ASax. Skylf, *ſcamnum, tabulatum, cacumen. forte et huc pertineat* Angl. Schaffold, Gall. Eſchaffaut, Belg. Schafot: Dan. *vulgari enunciandi modo corrupte,* Skamfot, *Theatrum, proprie Supplicii,* ɔ: *Pegma ſ. cataſta, ubi nocentes capite plectuntur.* Angl. Shelf, *exponitur abacus vaſarius, cui aliquid imponitur, et qui Scamni præbet uſum. De cætero credo fore quosdam, qui* ſkiálf *ab* at ſkýla *vel* Skiól *derivatum velint, ita ut Tectum l. Umbraculum ſignificet. Erunt et qui Lat.* Solium *collatum voluerint. Ego cum neutris diſcepto. Occurrit et* Skiálf *in* Vala-ſkiálf, *Loci l. Domus nomine propr.* Grim. VI. 4.

Skiálg, *pro* Skiálf, *in* Hlid-ſkiálg. Form. Grim. *Pag.* 37. *var.* 0.

Skiarr, *in Superlativo* Skiarraſtr, *vitabundus, pavidus, trepidus,* — vid Skot. Æg. XIII. 7. Germ. Scheu, *formido, pavor,* ſich ſcheuen, *refugere, reformidare, abhorrere,* Dan. at ſkye. Ebr. Saar (Saguar) *horrere.*

Skilfingr (Skylfingr), Odini *nomen.* Grim. LIII. 4. *aut eſt Sector, digladiator, ab* at Skelfa, *cædere,* Skálm, *framea, aut Separator. conf.* Harb. XXIII. 8. 4. *n.* 27. *aut Protector, ſi per* y *ſcribatur, ab* at ſkýla, *tegere.*

at Skilia, *disjungere, item impersonaliter, disjungi. Subjunctivus* Skili, *antiqua ſcriptione, et ambigua nimium, pro recentiore et magis diſtincta* Skilie. Sol. XLVIII. 6. *Conf.* Sol. LXXV. 4. Gloſſ. Diatrib.

Skillíngr, *m. Numulus.* Þrym. XXII. 6. Angl. Shilling, *ſolidus argenteus.* Germ. Schil-

ling; *Solidus.* Belg. Schelling, Dan. Skilling. ASax. Schill, Schyll, Scilling, *lunula, item Solidus, qui auctare* Somnero, *conſtabat ex quinque Denariis. In verſione mea expreſſa eſt Origo vocis, quantum ego quidem opinor, nempe ab* at Skella, ſkialla, *tinnulum l. argutum ſonum edere, clangere. Sunt tamen, qui ab Lat.* Solidus *derivatum velint.*

Skin, *n. Lumen, ſplendor; Lunæ vocabulum poët.* Alv. XIV. 5. *ab* ek Skínn, *quod vide.*

Skínanda Guþ, *Solis titulus.* Grim. XXXVIII. 3. *neutr. Particip. præſentis Verbi* ek Skínn.

Skin-faxi, *Equus diei.* Vaſ. XII. 1. 2. 3. *conf.* Hrafn. XXIV. 5. 6.

ek Skínn, *præt.* Skein, *Infin.* at ſkína, *coruſco, mico, ſplendeo, fulgeo.* Sol LI. 5. Alv. XXXV. 6. ASax. Scinan, Goth. Skeinan, Germ. Scheinen, *ſplendere, radiare, lucem emittere.*

Skiöldr, *m. Umbraculum, umbella, velum, tegmen; clypeus, munimentum,* — fyrir Sólu. Grim. XXXVIII. 2. 3. *ab* at ſkýla, *operire, protegere,* ſkiól, *operimentum, tegimen.*

Skióm *pro* ſkiám (Skiáum), *Specularibus ex transparente membranula confectis, metaphorice Aperturis nubium.* Sol. LI. 6. *var. f. 1a Sing. eſt* Skiárr. *vide* Orkneyia-ſagæ *Indicem.*

Skip, *n. Navigium, item Scapha.* Harb. VI. 3. *Conf.* Harb. LI. 2. *ubi* Bátr *appellatur, quod prius appellatum erat* Skip; *atque adeo non ſine ratione* Skip *a* Scapha *deduxit* Ihræus. *Ad locum* Harb. *priorem hæc commentatus eſt* G. Pauli. „Skipit, *vox notiſſima, multisque uſitata ſ. communis, de majoribus nunc ut olim navigiis, quamvis et Myvatnenſes (in boreali Islandia) ita etiam minutulas ſuas Cymbulas appellent, ridentibus partim aliis hanc nomenclaturam.* Skipuligt, Skipuliga, *concinnum, ex* ek Skipa Því edr Því (nidr) *ordino,* Skipa Þat edr Þat; *Lat.* jubeo *aphær. et antith.* Skipari, *nauclerus, cum quo pulchre convenit (ſine apocope) Lat.* Guber, *in noto illo verſu* Titinnii: *Sapientia* guber *ſám* [ɔ: *ſuam*] *navim torquet, non valentia. Ex conjunctis vero* Skipari (Dan. Skipper) *et navis vocabulo* Nór, *m. g.* (*Gen.* nós, *Dat. et Acc.* nó) *facile naſci potuerunt* κυβερνάω, -νήτης, guberno, -nator *et* -naculum. *Ex verbo* at ſkipa, *haud dubie factum alterum (pluribus commune)* at Skicka. *Vid.* Hypnon. Gloſſ. Synt. *in voce* Lopt. *Verbum igitur nativum aliis immutatum, nobis admiſſum et adoptatum, veteri ſimul atque una retento, adeo ut hæc duo* (at Skipa edr Skicka) *ſatis inepte interdum, modo*

do quodam pleonaſtico, conjungantur. — Eadem apud Danos accidit metamorphoſis vocabulo Lopt [Luft] *modo memorato, ex quo factum* Lugt: *quemadmodum et* Vedr, *aer, ventus, aëris conſtitutio, Odorem notat, qui ſine aëre ſentiri non poteſt; net forte aliud quam* Vedr, ek vidra, ὀζω *et* Odor. *Sed de his ultimis aliqvid forte ad* Grettis S. *Dani dicunt:* at komme under Veyr med, ɔ: hafa Vedr af, *Lat. Odorem, [olfacere, ſubolere].*

Skírleitt Guþ, *Solis titulis.* Þrym. XXXIX. 2. *Neutr. a* Skírleitr, *Serena forma præditus.*

Skirnir, *m. Aether.* Sol. LI. 6. *var. f. Alias nom. propr.* Freyieri *Pedisequi, qvi Odæ* Skirnis-favr *nomen dedit.* Form. Skirn. *Pag.* 68. *Ad verbum foret Illuſtrans, Declarans.*

Skírr, *clarus, illuſtris, purus, merus, ſplendidus, ſerenus, candidus, lucidus. Diei epithetum eſt* Vaf. XII. 2. Freyeri *epithetum* Grim. XLII. 5. Skadeæ *epithetum* Grim. XI. 4. 5. Skírar veigar. Veg. XII. 3. Chald. tſchar, *lucidum eſſe,* Ebr. tſchar, *ſplendor, feneſtra, parum diſtans a noſtro* Skiárr, *ſpecularę membraneum.* Ebr. tſachach, *candidum l. ſerenum eſſe.*

Skirr, *idem quod* Skiarr. Skirr Skaukvls. Hym. XXXVII. 5. *n.* 56. *variatum a* Skiarr; *Conf. tamen* Gr. σκάιρω, σκιρ̨τάω, *ſalio, ut* Skiarr, ſkirr, *proprie ſit Reſiliens, atque inde Refugiens, ſubterfugiens.*

Skiþ *pro* Skin, *unde* Skiþ-rofnir, *Opacus, aut alia acceptione Luce transverberatus.* Sol. LI. 6. *var.* e.

Skíþrofnir, *quaſi Lignirupa, Venti appellatio.* Sol. LI. 6. *var.* e.

Skötíng *f. vide* Skæting.

Skógr, *m. vide ſupra* Heimis Skógar.

Skóku, 3. *plur. præt. Verbi* at Skaka, *ſupra allati.*

at Skorþa, *deſtinare, ſtatuminare, fulcris ſuppoſitis firmare.* — Skip. Harb. XXXVII. 4. Angl. Shore, *fulcrum,* to Shore, *fulcris ſuſtinere. Nobis* Skorþa, *f. Deſtina, tibicen, fulcrum, erisma. Origo omnium eſt obſcurior; tamen conferre licet* Gr. στηρίζω, *ſtabilio, fulcio;* Gr. Barb. *apud* Meurſium σκάριον, *pro* ἐσχάριον, *baſis,* ἐσχάρα, *idem.*

Skórr *in Compoſito* Húþ-Skórr. Harb. XXIV. 2. Germ. Schuh, Svec. *vet.* Sko, Ihreo *eſt Tegmen, quod rem quamlibet tuetur, ſpeciatim quod Extremitates munit, ſpecialiſſime de Indumento pedum uſurpari, optime attulit* Germ. Handſchu, *manuum indumentum. Arbitratur cum* Stiernhielmio *eſſe a* Skýa, *tegere. Fatetur quidem Vocem illam in* Script. vett. *ſibi non obveniſſe, ſed quod aliquando in uſu fuerit, colligi putat poſſe ex derivatis* Ský, *nubes (quod Lat. formarunt a Nu-*

Nubendo, ɔ: *tegendo*) ſkýla, *tegere*, Dan. Skytte, *protegere*. Skaud, *Calceus*, Ulph. *unde* Skaudaraip, *calceamentorum corrigia*. Marc. L. 7. Scydi, Leg. Gothl. *calcei*, clædi ok ſkydi, (*Nobis* ſkædi), Skyſwe *tegmen*, ſkúr, *idem*; ſkida, *vagina* (*Nobis* ſkeid) (ſkaut) *et* ſkó, *promiſcue uſurpaſſe Veteres credit* Ihreus, *unde hæc maximam partem ſumta ſunt. Addo* at ſkædaz, *induere ſe*, *obvium in hoc* Knytl. Sagæ:

Örr mvn Skáld í ſkyrtó
Skædaz hamri Sæþa.

ɔ: *Cito Poëta* induſium
Induet *malleo Sutum.*

Neque omittendum quod Skind, *Veſtem, togam, ſ. amiculum, ſæpe notet in Odis* Dan. *priſcis, ut in hoc:* klædde ſig i Skarlagens Skind. *Et in proverbio:* at gaae alletider i et Skind, *eadem ſemper veſte uti.* Skúadr, *pro* Skýiadr, *nubilus, habet* Spec. Reg. *pag.* 226. Þá ſkrýdiz han med ſkúadri loþkápv.

Skólveinn. Skirn. Prol. *pag.* 68. *ad verbum Servus l. famulus a Calceis.*

Skravtgiarn, *adj. Elegantiæ ſtudioſus, Splendori deditus, in cultu et moribus magnificus, et Glorioſus, faſtoſus.* Thiaſſii *Gigantis epitheton.* Hynd. XXVIII. 9. Skraut *eſt leviter deflexum a* Skrúd, *cujus vocabuli verum ſenſum et thema nemo adhuc, ut puto, invenit; vide* J. Olavium *in* Gloſſ. Synt. *et* Junium *in* Etymolog. Angl. *Obſervatu dignum arbitror, quod* Skrúdklædi *et* Litklædi *pro ſynonymis ponuntur interdum a Veteribus, ex. gr. in* Eyrbyggia *Capite de* Geirrida Oddum Katlæ filium *inveſtigante, et in* Grettisſaga, *Capite de* Gislio. *Conf.* Legem veſtiariam *in Codice Legg. noſtr.* Framfærſlv bálki, *Cop. ult. adde hoc* Niálæ: Þú ert Skrautmenni mikit Þráinn. *Quibus ex locis opinor liqvere,* Skrúd *non Sectionis vel Segmenti habere notionem, ſed Coloris, ſplendoris, elegantiæ, pulchritudinis, venuſtatis. Conf.* Germ. Zierde, Zierath, *decus, ornamentum, ornatus, cultus veſtium elegans. adde* Gr. χρώτον, *pictum, coloratum. Forte tranſpoſitis Literis a* Gr. σκεθρὸς, *exquiſitus, eximius. An huc ſpectet* Dan. Skryder, *oſtentator, homo glorioſus, pro certo non dixerim, ſed arbitror tamen.* Skrautgirni, *f. ſplendoris ſtudium, habetur in* Olafs h. Saga Thomas-Skinnæ, *de* Steinio Skaptii Nomophylacis *filio, qui equos ſuos argenteis ſoleis ornavit, atque ungulas eorum, (ſi recte memini) etiam inauravit.* Knúti konongi þótti Steinn vilia iafnaz um Skrautgirni vid ſik.

Skrautuþr, *m. Exornator, decorator.* beck-ſkrautuþr. Æg. XV. 3. *aut verbale agentis ab* ek Skreyti, *aut fine Verbi origine ab* Skraut.

Skúr, *ſing. et* Skúrir, *pl. fœm. Imber tranſitorius.* Alv. XVII. 3. Angl Shower, *Imber, nimbus.* Belg. Scheure *l.* Regen-Scheure, *vehemens pluvia, quod* Junius *vult eſſe a* Scheuren *l.* Schoren, *rumpere.* Ulph. Marci IV. 37. Skúra Vindis *eſt* λαίλαψ ἄνεμος; Heſychius *autem dicit* λαίλαπα *eſſe* ἄνεμον συρροφὴν μετὰ ὑέτος, *Venti vorticem cum imbre.* Junius.

Skúr-ván, *Nubis vocabulum.* Alv. XVIII. 2.

Skutull, *m. Menſa, in Dativ. pl.* Skútlum Hrafn. XIX. 4. (Skutull *et* Skutill *ab* at Skióta, *ponere*, Ebr. Schut, *appoſuit.* G. M.) *Menſa, quod hæ pro poſcente uſu apponerentur et removerentur; hic a priori fit denominatio, quemadmodum* at ſkióta heſti undir mann.

Skutr, *m. Puppis.* Hym. XXI. 4. *a* Skaut, *ſinus, item Limbus, Lacinia, aut a* Skott, *cauda, l.* Skot, *angulus, receſſus. Conf.* Gr. ἔσχατος.

Ský, *n. Nubes.* Alv. XVIII. 1. Gr. σκία, *umbra*, σκέπω, *tego, operio. Sæpius in hoc Indice monui* [Ský] *eſſe Tegmen, velum.*

Skýdrifnir, *m. forte pro corrupta lectione* Skýdeipnir *ſubſtituendum ſit* Sol. LVI. 1. *var.* c. *Poteſt autem Coelum notare, quod in* Eddæ *Nomenclationibus invenio appellari* Drífandi, *a motu ſuo perpetuo; atque ita fieri poteſt, ut,* und drifnu Tialdi, *apud* Arnorem Poëtam *ſignificet, ſub Coelo. Alias* Skýdrifnir, *Nubila pellans, poteſt eſſe venti appellatio, et* Skýdrifnis ſký, *Nubes vento actæ.*

Skýdrupnir, Skýdrypnir, *Tegumen inclinatum, (a Figura) aut Velum ſtillans, Coeli adpellatio poëtica factitia.* Sol. LI. 6. *quod ad priorem vocis partem attinet, conf.* Himinn, *et quod ad poſteriora, conf.* at drúpa.

Skylldr, *neceſſitudine ſangvinis (l. affinitatis etiam) junctus.* Sol. XLVIII. 6. *a* Skylda, *officium, obligatio; ob mutuas talium obligationes inter ſe. Oppoſitum eſt* Vandalauſs, *extraneus, alienus, quo cum minus arcta intercedit obligatio*

Skylldira, *non deberes, non debuiſſes.* Æg. XXII. 5. *imperf. Subjunct. Verbi* ek ſkal, *cum ſuffixa negatione* a.

Skyli *pro* Skuli. Grim. XXXIV. 8. *Subjunctiv. Verbi* ek ſkal.

Skylfingr (Skylvingr) *vide* Skilfingr.

Skyndir (Skindir) *m. in Accuſativo* Skyndi, *Lunæ vocabulum.* Alv. XIV. 4. *Eſt nomen Verbale concretum a Verbo* ek Skynd, ſkyndi *l.* ſkvnda, *nam quomodo rectiſſime formetur in præſenti, liquido non dixerim. Conf.* Germ. Geſchwind, Dan. at ſkynde. Skyndo Skýþundar *dixit* Stvrla-*in* Hratnsmálum *a Sc.* Thorlacio *editis.*

Skyndir, *m. pl. Rapti, cito acti l. ducti.* Þrim. XXI. 3. *Incertum an Participium*

cipium ſit, an nomen adj.; prius intendit Verſio, poſterius ſimpliciter diceret, Citi., celeres.

Skyrm *pro* Skurm, *Cruſta, teſta, involucre. Unde diminutivum videtur* Skurmzl, *quod occurrit in* Hryggiarſtykki *Cap. de Supplicio* Sigurdi Slemberi, *in complexa dictione* Valhnotar-ſkurmzl. Skýdrupnis ſkyrm. Sol. LI. 6. *var. f. Dubium non eſt, qvin cognata ſint* Germ. Schirm ? *Umbraculum, munimentum,* Dan. Skierm; *ſed unde omnia ſint, amplius quærendum.*

Ský rofnir, *m. Venti vocabulum, quaſi Nubila disrumpens.* Sol. LI. 6. *var.* e. Rofnir *ab* at riúfa *l* rýfa.

Skýr-ofnir, *nimbi l. procellæ vocabulum.* Sol. LI. 6. *var.* e. *ab* Skúr, *et* at vefa, *texere. poteſt et eſſe Coeli vocabulum, ſicuti Coelum* Vind-ofnir *appellatur.* Alv. XII. 3.

Skyrta, *f. Induſium, amiculum, thorax, item Perizonium, perizoma, ſuccinctorium, ſubligar l. ſubligaculum, præcinctorium, ſemicinctium.* Skyrta ſyri, *pro* Fyri-ſkyrta. Hynd. XLIII. 4 Germ. Schürtz, Vorſchürtz, Dan Skiört (*item* Forklæde, *Nobis* Svinta, Sveipa). *Conf. et* Schirm; *utrumque poteſt eſſe a* Skyrr, *quatenus Clypeum notat, et porro hæc vox* at Ský, *velum, referri.* Skyrta *etiam Loricam notat;* Germ. Panzerzer Schürtz. *Eſt qui vocem Germanicam* Schürtz *derivet a* kurtz, *curtus; aut a* gürten, *cingere, Nobis* at girda.

ek Slæ, *verbero, percutio, pulſo.* Ek ſlæ elldi of íviþiv. Hynd. XLIV. 1. 2. *n.* 77. Gr. *σαλέυω, τλάω.*

Slæfr (ſlævr) *Hebes, obtuſus; Ignavus, iners.* Æg. XXII. 6. Slævörum, *Comparativus a* ſlærr, ſliór, (ſliófr) *hebes:* ſlærri *et* ſlævari. *Hinc nom. fem.* Slefa, ſleva, ɔ: ſlæva, *ſecundum vocem, molle qvid l. lene, Lat.* Saliva. [Slefu mælltr, *ſaliviloqvus.* Sliáleiki, — leikr, *puſillanimitas, a Verbo* ek ſlæ; *obtuſus, qui facile retunditur.* G. Pauli.] — Dan. Slöv, *obtuſus;* Angl. Slow, *piger, iners;* ASax. ſlaiv, ſlav, ſleav, *deſes, iners;* Slæfd, *pigritia;* Friſiis Sleeuw, *piger, tardus;* Slee, *apud* Tevtoniſtam, *ſtupidus, obtuſus. omnia fortaſſe ab* at Liggia, *et* Læ, *cubatus.*

Sleginn, *percuſſus, pulſatus, tunſus, adflictus,* — regni. Veg. X. 6. *obſitus, opertus, circumdatus;* Klædi, elldi (elli) umſlegin. Sol. LXVI. 6. *var.* m. *Particip paſſiv. Verbi* ek ſlæ, *qv. vide.*

ek Slepp, at ſleppa, *cadere, labi, fortuito (temere) nolenti elabi l. excidere.* Sverþit ſlapp or hendi honom. Grim. Epilog pag. 66. *hinc formatum eſt* ek ſleppi, ſlepti, *facio labi, mitto, amitto, miſſum facio, laxo.* Angl. Slipp, ASax. Slipan, *laxare et labi.* Dan. Slap, *laxus, fluxus, male intenſus, debilis.* Cambr. Brit. Lippa, *flaccidus, pendulus. Componi quidem poteſt* Gr. *λείπω,*

linquo. Cum Verbo autem ek Slepp, *Latin.* Labor, labo, *ſine controverſia cognata ſunt.*

Slettr, *planus, lævis; Coeli epitheton eſt* Vaf. XLVI. 4. ASax. ſliþ, Ulph. ſlaight, Franc. ſleht, Belg. Shleet, ſlecht, Gr. λεῖος [λειώδης] *lævis, planus;* λειότης *lævitas.*

Sliþ *l.* ſlíþ, *Amnis nom. propr.* Grim. XXVIII. 6. *ad verbum, Caduca, labilis, lubrica, eadem forte cum amne tartareo* Sliþr, ſliþrar, *in* Vauloſpá. *Conf.* Angl. Sliþi, *labi, Noſtr.* Sliþra, *Subſt. Lapſus.*

at Slíta, *rumpere.* Sol. XXXVII. 4. *lacerare, dilacerare,* — Siónir or einum. Fiöl. XLVI. 3. Sol. LXVII. 6. Alam. Sliſſam, Germ. Schleiſſen, *rumpere, carpere, findendo lacerare,* Gr. λιάζω, *ſeparo.*

at Slokna, *exſtingvi, de Flamma.* Vaf. LI. 3. *Origo eſt obſcura hujus Verbi, uti et Verbi act.* ek Slöck, *extinguo; conferre tamen licet* Lat. *obſol.* Leo, *unde* Deleo. *item* Gr. ἐξαλείφω, *extinguo;* Germ. leſchen, ausleſchen.

Slot, *n. Arx, Caſtrum, palatium.* Sol. LXXVI. 3. *var.* u. Schlotz, *quod etiam Clauſtrum notat, ab* Lat. Claudo. Angl. Slott, *peſſulus, ſera,* Alam. Slot, *ſera.*

Slúnginn, *implicitus, intortus, involutus, circumcinctus.* Salr ſlúnginn Vafr. loga Fiöl. XXII. 3. *ubi in* ſlúnginn *videtur adludi ad* ϑὸ Vafr. *ab* ek Slíng *l.* ſlýng, *l.* ſlaungvi. ASax. Slingan, *torquere, circumagere.* Belg. Slinger, *ſpira, circulus funium in ſe contortus, atque involutus.* Dan. at ringe Tov.

Smýl, *larvæ, lemures.* Form. Grim. *pag.* 37. *ob Tenuitatem et ſubtilitatem, fortaſſe ita dicti, a* Smárr, *parvus, minutus,* r *in* l. *mutato.* (*vide Ind.* Húngrvakæ *in* Smala-maþr). Smárr *autem eſt a* Gr. σμικρὸς, *idem. Ceterum haud abſurdum eſt tamen* Smýl *deducere a* moli, *mica, recula minuta,* Dan. Smule, *ſibilo præfixo, et* o *ſecundum regulam abeunte in* y. Smiila *Infernum notat, in* Gloſſar. Venedico, *apud* Eccardum, *in* Hiſtoria Studii Etymologici Germanorum *Cap.* 1. J. Olavius Grunnavicenſis Smýl *hoc loco accipit de Spectris.* Smíla-villvr *exſtat apud* Egerhard. Olavium *in* Fridreksdrápa, *notione forte eadem, locus enim eſt obſcurus.*

at Snapa, *a* 1*a Præſent. Inditativi* ek Snapi. Æg. XLV. 3. *ab* Nef, *naſus, et translatum videri poteſt verbum ab avibus, roſtro eſcam captantibus.* Germ. Schnappen, *ore velle aliquid captare, morſu petere quid,* aufſchnappen, *aperto ore petere quid,* Erſchnappen, *roſtro caperé, ut avicula muſcas.* Schnapp, Schnappe, *quantum hianti ore una vice capitur.* Schnabel, *roſtrum, item* Os, *in humili et jocoſo ſermone;* Schnepf, Schnepfe,

Schnepfe, *Ruſticula, gallinago, perdix ruſtica, gallina ſylveſtris l. fera, quaſi Roſtrata, ab eminenti roſtri longitudine. Hæc omnia cum Verbo* at Snapa *conferri poſſunt. Alias* at Snapa *figurate magis accipere hic licet, pro Naſutum l. ſciolum ſe præbere, ingerere ſe in aliena negotia, aliena facta et dicta captare, atque in ea curioſe inquirere, carpendi atque obtrectandi gratia.* Snápr *in* LL. *noſtris, Sycophanta, ardelio, homo qui ſe alieni pueri patrem ultro profitetur, ad hanc ſignificationem verbi commode quadamtenus poteſt referri.* [Ek ſnapi, *inhio, appeto, quemadmodum cibum infantes, pulli, cæt.* Snöp, *n. Cibus minutim colligendus l. carpendus.* at ſnapa úr því eda því, *cibum hunc vel alium viliorem carpere.* at ſnapa gams, *vulturem hiantem agere.* G. Pauli.]

Snapvíſs. þat litla — er ſnapviſt (ſnápviſt) ſnapir. Æg. XLV. 3. *Senſus hujus vocabuli, atque adeo totius ſtrophæ hujus et* 1æ *quodam modo apparet ex iis, quæ de Verbo præcedente ſcripſi, unde prior pars Vocabuli deſcendit. Quæ ad hunc locum et alia pollicitus ſum in Commentario, ea præſtare mihi non permittunt res meæ præſentes et urgens temporis anguſtia. Nolo tamen prætervire, quod* ȝò Víſs, *unde poſterior pars vocabuli conſtat, mihi magis videtur hic eſſe terminatio quædam, et* Lat. oſus *in Adjectivis reſpondere, quam ut Sapientis, Sagacis l. gnari, notionem in hac compoſitione habeat; certe non perſpicio, quomodo hanc notionem commode admittat in* Svipvíſs *infra, et* Hvatvíſs, *temerarius, præceps, inconſulte feſtinus; conf. et* Lævíſs *ſupra.*

Snemma, *adv. Maturè, promtè, citò, propere.* Alv. VII. 2. *Eadem ratione ab* at Snúa, *vertere, qua* Snart, *idem notans.* Snemr, *prius, apud Poëtam* Thorbiörnum Díſarſkálld *in* Edda Snorrii *eſt priſcus comparativus iſtius* Snemma.

Snialli, *fortis, ſtrenuus, vegetus, animo et manu promtus, animis acer.* Æg. XV. 1. *ab* at Snúa, *vertere, verſare, quaſi Verſatilis, agilis.* Snillíngr, *Bellator fortis et alacer, in* Sverris-Saga.

Sniófi *pro* Snio, *in dandi caſu.* Veg. X. 5. *a primo* Sniórr, *nix,* Gr. *νίφω, ningo.*

Snívinn, *nivatus, nive obrutus l. coopertus,* — ſniófi. Veg. X. 5. *vel particip. paſſ. ab Impersonali* þat Snióvar (Snýr, *apud* Eyvindum *Poëtam in* Snorrio), *vel Adjectivum participiale, aut participium ſine Verbi origine ab Nomine* Sniórr, Snærr, Sniárr, *Nix.* Sniúvinn *hic legit* G. Pauli, *hæc adnotans:* „Sniúvin, ɔ: Snýfin, *ut* Júfr, *n. g.* Júvr, Dan. Yver, Lat. Uber: Júríngr, *m. g.* Ýríngr, *vulgo* hiúríngr, *ab* Úr, *Subſt.* [*pluvia tenuis.*] *Sic* Hiúpr, hypia; gliúpr, glypia. ek Lýg,

flýg,

flýg, ſýg, *dant in Infinitivo* Liúga, fliúga, ſiúga."

Snöri, *pro* Sneri, *præt. Verbi* ek Sný, *neo, necto, torqueo, plecto, item Verto.* Greýivm ſinvm gvllbavnd ſnöri Þrym. V. 4. Dan. at Snoe, *et* Germ. Schnur, *cognata ſunt, quorum poſterius ſunt qui ab* Lat. Nervus *arceſſant. Variationem* ö *in* e *in* ϝω Snöri *quod attinet, reſpice ad* Frörinn.

Snötr (Snotvrr), *Elegans, lepidus, argutus; doctus, callidus, cordatus, ſagax, ſcius, eruditus, intelligens. Comparativo* Snotrari; nema þú enn ſnotrari ſer, *ubi* enn *eſt articulus pro* hinn, *et ſubauditur forte* mer. Vaf. VII. 6. *In* alſnotra ambot, *de* Lokio *Pediſequæ perſonam geſtante, repetitur in* Þrym. XXVI. 1. *ubi promtum ejus acumen in ſolvendis* Thrymi dubiis (*Suſpicionibus eludendis*) *reſpicitur hoc epitheto; forte ab* at Snýta, *ut, Emunctæ naris homo,* Latinis. Gr. νόος, νοῦς, *mens.* íllt er heimſkan at ſnotra. Hálfd. S Brönvfóſtra, *ubi* at ſnotra *eſt Erudire.*

at Snúaz, *verti, converti; item Deponens intranſitivum, pro, vertere ſe,* — heim í ſinni meþ einvm. Alv. I. 3. *ubi Properandi habet notionem, quo et Verſio ſpectat, quaſi dicat* Pygmæus: *cito ſe paret ſponſa ad iter mecum domum, l. Cito id iter ingrediatur ſ. aggrediatur; Poteſt et ſimpliciter accipi: Transeat celeriter domum mecum.*

Snvgga, *celeriter ſe convertere, properare, accelerare,* — heliar til. Skirn. XXVII. 4. at ſnvgga ſik til, *celeriter ſe apparare ad quid, ut iter l. aliud negotium, opinor me audiſſe unum l. alterum in Islandia dicere, et* at ſneggia, *haud longe abit, Cito ire, quod dixit* Thordus Siárekſonus: Sneggia let fyri Siggiv, Sólborþz goti (gota) nordan; *a* Snöggr, *citus, quod referas ad* Snúa, *vertere, quaſi* Snúþgr, *verſatilis, volubilis;* Slúngv ſnúþga-ſteini, *rotabant (circumagebant) verſatilem lapidem,* Grottv-Söngr. Angl. Snudge along, *feſtinanter et inclinato capite incedere.* [Snvgga Heliar til, *Singultire adverſus Helam;* Snvgga, *verbum mihi non obvium memini, præterquam in* Hiſtoria Norv. *ſemel (locus debuerat citari; eſt autem in* Hryggiarſtykki, *vel* Þætti Sveinka Steínarsſonar, *vel* Gvlláfv-Þórdar. *G. M.*) *ubi legitur:* Snæliga ſnvggar (*ſed forte hic* ſnvggar, *pro* ſnöggar *l.* ſnöggvar, *ſit fœminin. Adjectivi;* Snæliga *arbitror eſſe in* Grettis-ſ. *de* Thorbiörni Ferþalangi *Cæde, aut* Snæfrliga. *G. M.*) *de aëre nivicidium prænunciante, ſive tempeſtatem nivoſam, quod (aliis mox memorandis) circumſtantiis ſuadentibus, ad ſonitum aëris referre libet, tum quod Verbum quotidie uſurpatum (a Sono, mea opinione fictum.* G. M.) at ſnögta *l.* ſnökta *de Flentium ſingultu dicatur, tum rei reſpectu,*

ſpectu, de qua hic ſermo, v: Neceſſario puellæ moerore ac fletu. G. Pauli.]

at Snúna, *evenire, expetere, cadere, cedere, vertere, bene vel male.* Hverſv ſnúnvþv yþr konvr yþrar? Harb. XVI. 1. 2. [Grípisſpá: hueamun Sigurþi ſnúna æfi? *Metaphora dici poteſt a Ductu et tortura filorum fatalium.* G. Pauli]. *ab* at Snúa.

Söm, *pro* Sæm, *n. pl. Congrua, apta, idonea,* — vapn til vígs. Fiöl. XXXI. 5. 6. *Nominativ. ſing.* Sæmr, ſamr, *conveniens,* þat ſamir, ſæmir, *congruit, convenit. ab Inſeparabili* Sam, *ſimul, una, conf.* Gloſſ. Synt. *in* Samr.

Söni, *vide* Sæni, *et* Soni.

Sörvi, *vide* Savrvi.

Sókn, *f. Agmen, coetus, congregatio.* Hrafn. XIV. 8. *ubi per* Sókn, *conatum, molimen, contentionem, rectius intelligi putat* Sc. Thorlacius. *ab* ek ſæki.

Sól, *f. in Gen.* Sólar. Vaf. XXIII. 3. *Dat.* ſólv [ſólo]. Grim. XXXVIII. 2. Gýgiar-ſól. Sol. LI. 4. *unde* Gýgvr, *vide* Gýgvr.

Sól *pro* ſúl *l.* ſúla. Hym. XII. 4. *var.* æ, *vide* Súl.

Sól-bearta. Fiöl. XLIII. 5. en Sólbearta brúdvr.

Sollinn, *tumidus, turgidus.* — Súrum. Hrafn. XV. 3. *i. e. Triſtitiis onerata l. cumulata.* Sollinn [*part. præt.* G. M.] *a Verbo Neutr.* at ſvella; *vide Ind. Voc.* Gunnl. S. *in voce* Sullr, *quod de vulneribus, ulceribus, animique affectibus, ira inprimis uſurpatur.* G. Pauli. *Vide* ek ſvell *et* ſullu.

Són, *m.* (*non* Sóni, *ut ſine auctoritate poſitum eſt in* Ind. Kriſtni-Sagæ) *Expiatio, piaculum, propitiatio, placamentum, ſacrificium.* Sónar dreýri. Hynd. XXXIV. 12. Sonar dreyri. *ibid. var.* n. *ſi* ſon *pro* ſán, *Semen, ſeminium, accipiatur.* Germ. Söhnen, Al. Sühnen, *expiare.* Sone, ſun, ſöne, *pacificatio, reconciliatio; qvæ Qvidam ducunt ab* Lat. Sons, ſontis. *Si* són *ſangvinem notet, quæ mihi non tenuis ſuſpicio eſt, conferre licet* Lat. Sangvis *et* Sanies; *de prioris horum origine magnopere fluctuatur inter* Etymologos.

Soni (ſöni) *pro* ſyni. Fiöl. XXXI. 5. *var.* h. Soni (ſöni) *hic forte eſt Sanies, Sangvis, et* Söni-vapn *ſint Cruenta (funeſta,) arma.*

Spá, *f. in pl.* Spár. Veg. II. 6. *n.* 4. Hrafn. XX. 5. *ab* ek Spái, *quod referri poteſt ad* Gr. 'σπέω *pro* ἔπω, *dico. Conf. tamen* Germ. Späen, *inveſtigare, explorare. item* Gloſſ. Synt. Spár eda Spakmál *junguntur* Hrafn. *loc. cit.*

Spakmál, *n. pl.* Hrafn. XX. 5. Spekivr, *f. pl. Sermones, confabulationes.* Adrar voro ockrar ſpekivr; Qviþa Guþrúnar oc Þióþreks. Angl. to Speech, *loqui.*

Spakr,

Spakr, *ſagax*, *eordatus*, *quietus*; Spakar konvr. Harb. XVII. 2. Gloſſ. Synt.

Sparkr, (Spárkr) *adj. in fœm. pl.* Sparkar konvr. Harb. XVII. 1. *et var.* g. *ubi Paronomaſia eſt in* Sparkar *et* Spakar. *vel pro* Sprækr, *alacer*, *veges*, *per Metathefin*; *vel ab* at Sparka, *calcitrare*, *ut* Sparkar konvr *ſint mulieres calcitroſæ*, *refractariæ*, *obſtinatæ*. *Quomodocunque accipiatur vocabulum hoc*, *inauditum eſt et inſolens*. [Spárkar; *velle videtur accentus Divinas intelligi*, *quod nec diſſvadet mox ſequens* ſpaukum, *quamvis dure ſatis a Verbo* at ſpá *vel ſubſt.* Spá *formetur adjectivum* Spárkr, *cum paſſim habeatur* Spárr, *ut* forſpárr, *cet.* Spakr, *ſapiens*, *prudens*, *item Quietus*, *manſvetus*, *ſi a* Spá *derivandum*, *contractum ex* Spáigr *l.* Spáugr, *triſyllab. Forte a* Spor, *quaſi dicas Sagaces*, *ut neque literam amittat*, *nec admittat: nec cognata ſignificatio hic magis quærenda in* Sparkr *et* Spakr, *quam mox in* horſkr *et* hollr, *quæ æque conjuncta ac ſeparata eſſe poſſunt. Crediderim potius* Sparkar *dici quaſi* Svarkar *a* Svarri, ſvarkr *(per Antiſtoechon) graves*, *ſtrenuas*, *in quibus vocibus literas huic etymo videmus faventes. Eſt et Verbum* at Sparka *pedibus trudere*, *impellere*, *&c. unde Ad id valens*, *vel iſti actioni deditus*, Sparkr *dici poſſet*; *quod m. hic in medio relinquo*. G. Pauli].

Spialli, *m.* Hrúngnis ſpialli. Hym. XVI. 2. *Confabulator*, *convictor*. [Spialla *in fem. perinde ac* rúni *et* rúna. Konongs-ſpialli, *Vir aulicus*, *ſatelles*; ek Spialla, *loquor*, *cognatum haud dubie* at ſpila (Dan. *et* Germ.) *quod* Græce *eſt* ψάλλειν. G. Pauli]. Angl. ſpell, *narratio*, Ulph. Spillon, *narrare*, ASax. ſpellian.

Sprakr, *Loqvax*, *garrulus*, *aut Famoſus*, *inclytus*. ſprakar konvr. Harb. XVII. 1. Spraki, *m. Sermo*, *rumor*, *in* Sverris Saga. ASax. Spræce, *idem*, Gr. σφάραγος, *ſonus*.

ek Spríng, *præt.* ſprack, *inf.* at ſprínga, *diſſilio*, *diſrumpor*. — mer þótti ſprínga havþr oc himinn. Sol. LIV. 6. Ebr. parak, *rupit*, *disrupit*. Germ. Brechen, *frangere*. Gr. σπαράσσω, *l.* σπαράττω, *lacero*, σπαραγμὸς, *laceratio*; σφριγάω, *turgeo*, *vegetus ſum*, *laſcivio*, *quod tamen potius ad* ῾ὸ Sprínga, *ſalire*, *exſultare*, *referendum eſt*.

Sprvnd, *Mulieris apellatio poëtica*. Hrafn. XX. 6. Germ. Spröde, *aſper*, *faſtidioſus*, *delicatus*; *alias forte ab* at ſpretta (*quod cognatum eſt Verbo* at Spríngа, *modo ante allato*) *ſalire*, *exſilire*, *germinare*, *pullulare*; *vel ob progeniem ex Ea ſperandam*, *vel ob florentem Ejus ætatem*. AS. Sprytting, *gemmæ arborum*, *et plantarum germen*. Angl. Sprouts, Belg. Spruyte.

Stafr,

Stafir, *in pl.* ſtafir *in vocibus compoſitis* Feikn-ſtafir. Grim. XII. 6. Leiþ-ſtafir, Æg. XXIX. 3. Mein-ſtafir. Æg XXVIII. 3. *et ſimilibus. Item in* Laga-ſtafr. Alv. XXIV. 5. *videtur eſſe Baſis, ſtamen, fundamentum, columen, ſubſtantia, materia, unde aliquid conſtat; pluralis hujus vocis in compoſitis frequens eſt, nec tamen ſenſum vocis, qua cum componitur, mutat, ſed aliquantum forte intendit. Poteſt et pro Cauſa, origine, principio, interdum probabiliter accipi.* Stafir, *in complexa voce* Fornir ſtafir, *incertum eſt, an Res notent an Voces, ſermones.* Alv. XXXV. 3. *Ab* at Stá, *ſtare.*

Stafir, *m. pl. Voces, Dicta, in compoſita voce* Laſta-ſtafir, *maledicta.* Æg. XVIII. 1 *et* 2. Germ. Stimme, *vox*, Dan. Stemme. *Vide* G. Pauli *Introductionem in* Höfud-lavſn Egils, *pag.* Egils-Sagæ *Impreſſæ* 428.

Stall-helgr, *Adj.* — Staþr. Fiöl. XLI. 3. Stallr *et* ſtalli, *Ara, pulvinar Deorum. Vide Indicem* Hungrvakæ.

Stallr, *m. Stabulum.* taktu úlf — af ſtalli. Hynd. V. 2. *Hodie vox nobis obſolevit, niſi quod de Præſepi adhibetur, ab* at Stá. *alias priſcis* ſtallr *eſt Conſiſtentia, firmamentum, durities, ut* Stallr i hiarta, Gr. στάλη Heſychio *exponitur* ϑαμεῖον κ[ηνῶν, *Receptaculum jumentorum.*

ek Stavck, *Infinit.* at ſtöckva. 3*ia præt. pl.* Stvkkv; *ſalio, diſſilio.* han utan ſtöck endlángan ſal, — *reſiluit* Þrym. XXVII. 4. Stökk — men bríſinga. Þrym. XIII. 5. 6. ſundr-ſtöck ſúla. Hym. XII. 5. Stucko átta hverar — af þolli. Hym. XIII. 1. 3. 4. Gloſſ. Synt. *in* Síg *et* Stöckvi.

Stavþ, *f. Sedes, domicilium. Genit. pl.* Stavþva. Form. Grim *pag.* 37.

Stavþ, *f. Statio, in Accuſat.* ſtavþna *per Syncopen pro* Stavþina. Harb. VI. 2. *ita in* Niála *Cap.* CXXXI. *pag.* 205. Kne-ſkelna *et* Savdvl-fiölna.

at Stavþva, *ſiſtere.* Harb. VI. 2. *var.* x.

Stefna, *vide* G. Pauli *in* Málſtefna.

Stiarna, *f. Sidus, aſtrum, ſtella, in compoſita voce* Dag-ſtiarna, *qui Solis eſt titulus.* Sol. XXXIX. 3. *et in* vonar ſtiarna. Sol. XLVI. 1. Gr. ἀστέριον, Gr. Barb. *in* Gloſſario Meurſii στέριον, *ſtella.*

Stockr, *m. Stipes, palus.* Ha LIV. 3. Wachter *confert* Gr. δοκὸς, *trabs, Sibilo, ut ſæpe, præfixo.*

Stolinn, — einu, *ſpoliatus, de perſona, cui furto quid ablatum eſt.* Þrym. II. 8. [Jónsbók *in* Þiófabálki Cap. I. várr ſkal eingi annan ſtela, *et* Cap. VI. þar er maþr er ſtolinn, Dan. Beſtiaalen *eadem ratione. Eſt participium paſſ. verbi* at ſtela. Ulph. Stilan; *quæ mihi ſunt a* Lat. Tollo; *ſic* at Taka,

capere, eſt Furari: Kona hafdi tekit. Hryggiarſtykki *Cap. de Sigurdo Slembere in Irlandia hyemante; et* Tökvr, *furta*, Foſtbrædra-ſaga *Cap. de fure* Veglago. *Alias* at ſtela *conferri poteſt cum* Lat. Spolio, *per literarum* p *et* t *inter ſe permutationem. Adde et* Gr. ϑίλλω, *vellico, carpo.* Junius *contulit* ϑείλασθαι, *fallere*, ɔ: λανθάνειν, *ut* Budæus, κρύψαι, *ut* Svidas *exponit.* Mericus Caſaubonus *cenſet* Angl. Steale, *furari, eſſe a* Gr. ϑερέω, *privo*, r *in* l *mutato, quod frequentiſſimum, ita inquit ille, an* Junius, *ab* ἔρις *eſt Lis, ab* ῥάχνω, *lacero*, λείριον, *Lilium*, μύριοι, *Mile, et poſt Mille*, παῦρον, *paulum.*

Strá, *n. Stratum, lectus, ſuggeſtus.* Fletz ſtrá. Æg. XLVII. 4. Strá *in pl.* er ek lá ſtirþr á ſtráum, *notat fortaſſe Lectum funebrem* (Börurnar). Sol. XLIII. 3. *Dani vocant* Straae en Lavette *ſive Fulcrum, quod ſubſternitur Tormentis bellicis. ab Sequ.*

at Strá, *ſternere, inſternere, obtegere, obducere, cooperire* — becki (*quod alias* at breiþa bekki). Þrym. XXII. 4. bat ek uppríſa becki at ſtrá, Odinus *in fragment. Poëmatis* Ericks-mál *in* Edda Snorronis *et* Nor. K. Tali. Beckir baugum ſtrádir. Veg. XI. 6. Brynium um becki ſtráþi Grim. IX. 6. [ek ſtrái, *Lat.* Sterno, ſtravi, ſtratum: Gr. στρωννύω, στρώω *l.* στρώνυμι, a Strá, *culmus, ſtipula, caulis:* Dani *et* Germani *quædam habent communia, et* στορέω Gr. *qu.* στροέω, ek ſtrái; *adeo late ſe extendit hoc verbum.* G. Pauli].

Straumr, *m. Fluxus, curſus aquæ.* — Lopts, *ventus; niſi quis malit potius de Nimbo ſimpliciter accipere.* Hrafn. V. 3 *et* 4. Wachtero *Germ.* Strohm *eſt a* Gr. δρομὸς, *præfixo fibilo*; Helwigio *eſt a* στρόμβος, *vortex. Interpretationem loci præſentis quod attinet, conſulendus eſt* Lucretius *de* Ventis *cum* Flumine *comparatis.* [Straumr *uſitate eſt Maris*, Stormr *Aëris; re tamen vera haud certe dubie unum idemque vocabulum; ſola Metatheſi et levi Vocalium Antitheſi variatum, quemadmodum de* Draumr *loquitur* Hypnon. *in* Gloſſ. Synt. *Utrum autem horum ex altero ortum ſit, eo difficilius determinatur, quod Etymon ſatis commode conſtitui poſſit tam* Stör *quam* Strá, *et vice verſa, et hoc reſpectu vocabulum eadem ratione dici ac Lat.* Calamitas. *Conferri quoque hic meretur* Króka-Refs S., *ubi* Ventus Stábeygir *appellatur. Probabiliter tamen dici poteſt, adfligente ſæpius vegetabilia vento vehementiore, quam maris l. aquarum æſtu; primariam originem ſervare vocabulum* Stormr, *et hanc uſum communem ſecutum hodieque retinere. Sit*

facile

facile a Dúr, Durmr, Dormr, *et hinc per Antitheſin* Draumr. *Impetui autem utriusque Elementi unum idemque vocabulum bene convenire poterat. Addo ex* Skálda *de* Maris *vocabulis*: Stormr, Díki, Hylr, ſtraumr, lækr, oc beckr. *G. Pauli*]. — Stormr hafs *pro* ſtraumr *ſubſtituit* Speculum Reg. *pag.* 225. Mækis ſtravmr, *Machæræ ruentis impetus, bene exponitur apud* Eyvindum *Poëtam in* Snorrio *Tom.* I. *pag.* 162.

